VIDIJ
DE
ANATO

PS

6601(3)/D
Vol 1

42829 ur
27

Vidius, V. De curat. Ven. 1611
Manque f. No (pag. 145-146) avec les planches
qui sont refaites parfaitement au lavis.

VIDIUS

Antonino Portal

Der Arzt drei Gesichter hat
Dem Engel gleich, gibt er dem Kranken Rat
Und hilft er ihm aus schwerer Not
Dann gleicht er schon dem lieben Gott!
Doch wenn es nur um's Lohn anspricht
Hat er ein teuflisch Angesicht.

Jenő barátunknak
hálával és szeretettel

Borbás Lajos és neje

927 Aprilis 20.

G. VIDI VIDII FLORENTINI DE ANATOME CORPORIS HVMANI LIBRI VII.

Nunc primum in lucem editi.

Atque LXXVIII. Tabulis in æs incisis illustrati et exornati.

1611.

Ex Libris D. Stephani Gentile

VENETIIS APVD IVNTAS. M.D.C.XI.

95359

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

VIDI VIDII DE ANATOME LIBRORVM SEPTEM,

NEC NON LIBRI CVIVSQVE CAPITVM INDEX.

PRIMVS LIBER

Tractat de communibus totius Anatomes. Continetur Capitibus Nouem.

Quid sit Anatome, cap.1 pag.1
Quam utilitatem afferat Anatome, & quantam requirat exercitationẽ, caput 2 3
Ad quam facultatem referatur Anatome, & si ad medicinam, ad quam eius partem propriè pertineat, cap.3. 4
Quæ tractanda sint in descriptione Anatomes, cap.4 4
Qualem oporteat esse medicũ qui Anatomen profitetur, & quales ministros, cap.5 5
De corpore quod in Anatome incidendum est, cap.6 7
De Instrumentis ad Anatomen necessarijs, cap.7 8
De lumine, loco, ac scamno idoneo ad Anatomen, cap.8. 12
Quo ordine persequi oporteat quæ tractanda sunt in Anatome, cap.9 14

SECVNDVS LIBER

Tractat de ossibus, cartilaginibus ac ligamentis. continetur Capitibus Tredecim.

De ossibus in vniuersum, cap 1 pag.16
De ossibus capitis, cap.2 24
De osse hyoide, cap 3 39
De ossibus spinæ, sacro, & coccygis, cap.4 39
De costis, ossibus pectoris, & iuguli, cap.5 47
De scapulis, cap.6 56
De ossibus brachijs, cap.7 57
De osse coxæ, cap.8 68
De ossibus cruris, cap.9 69
De cartilagine, cap.10 75
De ligamentis, cap.11 81
De ratione tractandi ossa, & parandi scheleti, cap.12 84
De Membranis, fibris, carne, adipe, glandulis, & cute. caput 13 85

TERTIVS LIBER

Est de Neruis, Venis, ac Arterijs. Continetur Capitibus Octodecim.

De Neruis in vniuersum, cap.1 pag 87
De Neruis qui à cerebro oriuntur, cap.2 88
De Medulla spinæ, & neruis, qui ab ea deriuantur, c.3. 96
De Neruis qui ad brachia feruntur, cap.4 98
De Neruis cruris, cap.5 100
De Venis in vniuersum, cap.6 107
De Vena porta, cap.7 112
De Origine venæ cauæ à iecinore, & eius progreßu ad iugulum, cap 8 113
De Venis, quæ à iugulo sursum feruntur, cap.9 116
De distributione venarum quæ in caluariam penetrant, cap.10 117
De venis quæ per brachium feruntur, cap.11 122
De progressu venæ cauæ infra iecur vsque ad inguina, caput 12 123
De venis ad crus pertinentibus, cap.13 124
De arterijs in vniuersum, cap.14 129
De arteria magna ascendente, cap.15 136
De arteriarum distributione supra iugulum, cap.16. 137
De arteria magna descendente, cap.17 138
De sectione neruorum, venarum, et arteriarum, c.18. 140

QVARTVS LIBER

Est de Musculis. Continetur Capitibus Duodecim.

De Musculis in vniuersum, cap.1 Pag.142
De Musculis frontis, palpebrarum, oculorũ, nasi, buccarum, labiorum, cutis capitis, & aurium, cap.2 150
De musculis capitis, cap.3 158
De musculis ossis hyoidis, linguæ, faucium, gutturis, maxillæ, cap 4 175
De musculis humeri, cap 5 176
De musculis scapulæ, cap 6 182

Index Librorum ac Capitum.

De musculis mouentibus cubitum & manum, c.7 186
De musculis pectoris, & septo transuerso, cap.8 199
De musculis dorsi, cap.9 208
De musculis abdominis, vesicę, colis, ani, testium, c.10. 213
De musculis mouentibus femur, cap 11 220
De musculis mouentibus crus, & pedem, cap.12 226

QVINTVS LIBER

Est de Ventre. Continetur Capitibus Duodecim.

Diuisio externarum partium nostri corporis cum ipsarum nominibus, cap 1 Pag.239
De methodo, qua vtendum est in ostenda natura partium quæ secantur, cap.2 246
De abdomine, cap.3 247
De Peritoneo, vmbilico, omento, cap.4 248
De intestinis, mesenterio, & glandula quæ παγκρέας *dicitur, cap.5* 253
De ventriculo, & gula, cap.6 259
De iecinore, vesica fellis, & liene, cap.7 264
De renibus, vesica, & canalibus vrinæ transitum præbentibus, cap.8 269
De partibus genitalibus in mari, cap.9 274
De partibus genitalibus in fœminis, cap.10 280
De inuolucris fętus, cap.11 286
De mammis, cap.12 290

SEXTVS LIBER.

Est de sectione partium Vitalium. continetur Capitibus Quinque.

De collo, cap.1 pag.291
De thorace, & eius membranis, cap.2 291
De gutture, epiglottide, & faucibus, ca.3 293
De pulmone, cap.4 297
De corde, & pericardio, cap.5 301

SEPTIMVS LIBER

Est de capite, membris, & sectione Viuorum. continetur Capitibus Octo.

De capite, cap 1 pag.309
De crassa, & tenui membrana cerebri, cap.2 310
De cerebro, cap.3 311
De oculis cap 4 318
De instrumento odoratus, auditus, gustatus, & de dentibus, cap.5 321
De sectione cerebri, & reliquorum instrumentorum facultati animali inseruientium, cap.6 339
De Membris, cap.7 340
De Sectione viuorum, cap.8 341

FINIS Indicis Librorum ac Capitum.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM,
QVAE IN SEPTEM LIBRIS ANATOMES Vidi Vidij continentur.

A

ABdomen quid, & vbi 241.b
Abdominis officium quod sit, eiusque ad hoc structura admirabilis 247.c
Abdomē primum in Anatome incidendū, & quid in eo considerandum: tum incisionis modus 247.b
ἀκρώμιον dictum ligamentum, quo iugulū cum sublimi parte superioris processus scapulę illigatur 53.a
Adeps pars corporis nostri qualis, eiusque generatio. 85.d. & 250.g
Aerem in thorace existentem ne exeat, prohibens musculus, eiusque vis eximia 166.e
Amnion, intimum fœtus inuolucrum quale, ipsiusque descriptio 286.h
Amphitheatri ad Anatomen administrādam facilis structura quæ sit 12.b
Anatomes definitio eiusque explicatio 1.c
Anatome subiecta materia. sunt partes animalis; finis Inspectio partium singularum 1.d
Anatome pictoribus, fictoribus, ac Philosophis quantum necessaria 2.e
ex Anatome, quam multiplicem corporis nostri, singularumque eius partium cognitionem Medici venentur, ac percipiant 2.e f
Anatome ad Medicinā an, & ad quam eius partem pertineat 4.f
Anatome ad Chirurgiam refertur, & cur ibid.
Anatomes cognitio Chirurgicis quam necessaria 3.a
Anatomen vt fœdam qui a medico reijciunt, quomodo refellantur 3.a
Anatomen prisci medici ac philosophi filios suos ab ineunte ętatē docebant 3.b
Anatome primū sine libris per manus tradebatur ad Dioclem vsque; qui eam literis primum illustrauit 3.b
in Anatomes descriptione quęnam sint tractanda 4 h
in Anatome quæcunque tractanda sunt, quo ordine persequi oporteat 14.e
in Anatome scriptis illustranda quinam elaborarint. 3.c
Anatome quam exercitationem requirat 3.d
Anatomes studium arduum est, longumque tempus requirit, & hominem, qui omnibus posthabitis, totum se in inuestiganda partium nostrarum natura collocet 5.d
Anatomes professorem quibus instructum esse oporteat animi, Corporis, ac fortunæ bonis, &c. 5.d
ad Anatomen quis locus ac lumen maxime conueniat 12.c fig.h
ad Anatomen quænam requirantur Instrumenta, eorumque accurata descriptio 8.g.h. & seq.
Anatomica corporis humani sectio qua parte primum sit aggredienda, & quomodo 247.b
Anatomicus qua methodo vti debeat in ostendēda natura partium, quæ secantur 246.e
Andreæ Vesalij de Anatome volumen commendatur 3.c
Anus quis dicatur, & vbi situs 241.d
ἀπόφυσις ossium quid 17 a. & ab ἐπίφυσι quomodo differat ibid.
Arteriæ quinam canales dicantur, earumque munus præcipuum quod sit 129.e
Arteriæ motu suo quo pacto perspiratum efficiant, eiusq; necessitas 126.e
Arteriarum materia ac forma qualis ibid f
Arteriarum tunicę ac fibræ quotuplices ibid.
Arteriarum tunicæ multis paruis foraminibus peruiæ, & cur 129.f
Arteriarum veluti truncus est Cor, cuius radices sunt arteriæ pulmonis, rami vero illæ arterię quæ a magna profectę in totum corpus diuiduntur 129.g
Arteria magna quomodo ex sublimiori parte sinistri cordis ventriculi initium sumat, & ipsius deinceps distributio 136.e
Arterię magnę rami duo editiorem cordis partem coronę modo ambeuntes ibi.
Arterię magnę infra cor propagatio 136.e f
Arteria primam petens costam, mox diuisa quatuor primis costis, spinæ medullę, & musculis scapulę inhærentibus impertitur, ac tādem aliquot ceruicis ramulos proferens, ad occipitiū ascēdit ac cerebro distribuitur 136.f
Arterię ac venę consortium inter vterum ac mammas efficientes quæ sint 136.g
Arteria posteriores ceruicis musculos petens 136.g
Arteria thoracis musculos, alarumque glandulas, & thoracis latera irrepens 136.g
Arteria in humeros, brachia, manus ac digitos varie exporrecta 136.g.h
Arteria carotis quæ, & vbi 137.a
Arteriarum supra iugulum vtrinque caluariam distributio 137.b.d.e
Arteriæ magnæ ductus descendens, eiusque historia, & varia in partes varias distributio 138.c. & seq.
Arteriæ venalis ortus, distributio, & de eius vsu differentes recentium nec non veterum sententiæ 298.f
Arteria venalis cum vena caua vbi & quo pacto coniungatur 298.g
Arteriarum sectio quomodo rite perfitienda 140.e
ἁρμονία ossium quæ dicatur 17.d
ἀρθρωδία ossium quid 17.d
Aspera arteria vnde dicta, eiusq; vsus & historia 297.b
Asperæ arteriæ materia quæ sit ibid.

INDEX.

Asperæ arteriæ cartilagines σιγμοειδεῖς unde dictæ 297.c
Asperæ arteriæ forma qualis sit ibid.d
Asperæ arteriæ situs. 298 e. Sectio. 304.g
Aspera arteria & costæ cartilaginosæ, cur 76.e.b
Auditus instrumentum est aer, in intimo foramine auris residens 322.e
Aurium munus quod, earumque ad hoc idonea ex materia ac forma compositio 322.e
Aurium pars ima, mollisque λόβος ibid.
Aurium anfractus ad quid conducant 322.f
in Auribus tria paruula ossa, eorumque descriptio ibid.g
in Auribus auditus qua pacto fiat 323.b
Auris in primo sinu tria paruula ossa contenta, eorumque descriptio, 29.a.b. Sub literis a b.c d. delineatio 33
Aures, ac imæ partes aurium quæ dicantur 241.a
Auriculæ cartilago qualis 76.g

B

βαθμίδες ossium quæ dicantur 17.b
Belluarum corpora in Anatome quando, & qualium incidantur 8.e
Brachij nomine quodnam in genere veniat membrū 57.c
Brachij tripertita diuisio in humerum, cubitum, & manū 241.d. & cuiusque partes, nomina, & historia. 57.c. & 242 e
Brachium etiam dicta pars illa, quæ ab humero ad manū pertinet 61.a
Brachium constat ex duobus ossibus, quorum superius Græcè κερκὶς latine Radius dicitur; inferius πῆχυς, latinè cubitus ibid.
in Brachij ossibus proprie pertinet ad Cubitum, flexus & porrectio; ad Radium inclinatio in pronum, & resupinatio 61.a
Brachij ossium substantia ac figura quæ sit, eorumque historia 61.a.b
Brachij ossium capitula, sinus, processus, asperitas, tubercula, eorumque descriptio 61.& seq.
Bucca quid 241.a

C

Calidum innatum remittitur perspiratu, quem præstat motus arteriarum 126.e
Caluaria ideo facta est, vt sit cerebri propugnaculum 24.e
Caluariæ materia, forma, ac superficies, tū foramina eius, magnitudo, &c. quæ sit, 24.e.f
Caluaria constat ex ossibus octo, quorum septem a Galeno relata sunt, duo verticis, duo pertinentia ad aures, vnum ad frontem, vnum ad occipitium, septimum ad basim; his octauum additur quod ad instrumentum olfactus situm, & cum cæteris non continuatum sed commissum obseruatur 24.f
in Caluaria venarum distributio qualis 117.d. & seq.
Caluariæ totius tam ab interiori quam exteriori parte, eiusque ossium omnium ac singulorum cum processib. suis, foraminibus ac suturis accurata delineatio 37. per totum; Ac declaratio, 35.b.c.d. & seq.
Calx πτέρνα græce 242.g
Calx, ipsiusque historia 74.g
Capitis nomine quæ pars corporis nostri veniat, eiusque in partes omnes totum illud constituentes diuisio, & partis cuiusque appellatio 240.f
Caput bipartito diuiditur, in partem, quę capillata est κρανίον Aristoteli, & κεφαλὴ dictam Hippocrati; & aliam quę capillis caret, hanc πρόσωπον Græci, Latini faciem dixere & vultū. 240.f & cuiusq; subdiuisio ib. & seq.
Caput factumne propter cerebrum fuerit, an potius propter oculos 309.b.c
Capitis substantia qualis 309.d
Capitis os grecè κρανίον, vnde dictum 309.d
Capitis ossium suturæ quem vsum præbeant ibid.
Capitis caluariam tegens membrana pericranium dicitur, eiusque munus ibid & seq.
Capitis figura quæ sit 319.e
Capitis magnitudo ac situs qui 310.e
Capitis motus quotuplex, & quibus musculis efficiatur 158.e
Capitis motus quotuplex, & ad eum commode perficiendum idonea ceruicis fabrica 41 b
Caro quotuplex sit, eiusque vocabulū quā late pateat 85.c
Cartilago, græce χόνδρος, quę in vsum fuerit cōstituta 75.d
Cartilago articulis adiecta, & cur ibid.
Cartilago vim glutinis obtinet, qua ossa inter se conglutinat. ibid.
Cartilaginis substantia qualis 76.e
Cartilago tenera ętate mollior; firma durior, senibus in quibusdam degenerat in os 76.f
Cartilago neruis caret ibid.
Cartilago qualis ac quibus adiecta sit ossibus sigillatim tractatum est cū ossib. ideoq; ad ossa quæuis recurrendū.
Cartilago in oculis ac palpebris qualis reperiatur. 76.f
Cartilagines nasi quinque, eárumque historia 76.g
Cartilago in auricula qualis ibid.
Cartilagines gutturis tres, earumque figura, processus, situs, ac superficies 76.g
Cartilaginosa substantia ad summam basim cordis. 76.b
Cartilaginum picturam vide pag. 79. a fig. v. vsq; ad xx.
Cerebrum animalis facultatis principium est, ipsiusque officium & historia 311.b
Cerebrum cur oculis vicinum esse oportuerit 309.c
Cerebri materia quæ sit 311.b
Cerebri figura qualis ibid c
Cerebri anfractus, eorumque descriptio ibid.
Cerebri ventriculi quatuor, eorumque historia 311.c
Cerebri plexus retiformis, eiusque distributio. ibid.
Cerebri corpus callosū, eiusq; officiū, suba, ac situs. 311.d
Cerebri ventriculorum situs 312.e
in Cerebri ventriculis fornix quæ dicatur, eiusque muneris descriptio, & idonea ad hoc materiæ ac formæ constitutio 312.g
in Cerebri ventriculis κωνάριον vbi situm, eiusque officium, 312.h. & seq.
in Cerebri ventriculis substantia clunes, testesque representans vbi sita, eiusque munus 312.f. & 313.a
Cerebri processus vermiformis vbi situs, eiusque munus quod sit 313
Cerebrum quosnam processus exigat, & vnde ibid.
Cerebri sectio, vt partium eius omnium natura plene innotescat spectantibus, quomodo sit instituenda 329.a
Ceruix quæ dicatur, eiusque situs, ac circumscriptio. 241.a
Ceruix cur instituta a natura, eiusque historia 41.a.b
Ceruix constat ex vertebris septē, earūq; descriptio. 41.b c
Ceruicis vertebra quæque tredecim fere processus obtinet, eorumque historia 42.f
Ceruicis vertebræ, vide Vertebræ ceruicis.
Chorion inuolucrum fœtus, eiusque descriptio 286.b
Chorion inter ac amnion quo pacto vrina fundatur. 286.b & sequen.
Cilia quid, & vbi sita 240.g

Clunes

Clunes qui, & vbi 241.d
Coles, einsque pars extrema Glans, tum cutis qua tegitur Præputium 241.c
Colis munus præcipuum quod sit, illiusq; historia. 275.c
Colis substantia ac materia quæ sit, ad exequendum munus suum idonea ibid.d
Coles neruos, venas atque arterias quas et vnde accipiat, earumque descriptio 276.e
Coles ad naturam partium eius cognoscendã, quo pacto incidi, & exhiberi spectatoribus debeat 276.g h
Collum quid, & vbi situm 241.a
Colli vsus ac materia quæ sit 291.b
Conformationi partiũ animalis quænam subijciantur 2.c
Cordis munus quod sit 301.b
a Corde calor in vniuersum corpus diffunditur, qui, & cum ipso vita, conseruatur attractione aeris frigidioris. qui attrahitur ex pulmone cũ cor dilatatur; & expulsione fuliginis, cum cor contrahitur 301.b. & 302 f
Cor cum dilatatur vel contrahitur, dilatantur simul & contrahuntur arteriæ corpori vniuerso distributæ, vnde partis cuiusque calor conseruatur 301.b
Cordi facultas vitalis propria, ad quam ira quoque & honoris cupiditas refertur 301.c
Cordis inuolucrum περικάρδιος *græce, eiusque munus quod sit* 301.a. *vide Pericardium.*
Cordis materia quæ sit, 301.c
Cordis fibræ triplices: rectæ, quibus attrahit, transuersæ, quibus expellit, obliquæ, quibus retinet ibi.
Cor contegens membrana qualis 301.c
Cordis nerui quinque, quandoque quatuor sunt tantum, efficientes plexũ ad eius basim, eorumq; descriptio 30 .c
Cordis basim coronæ modo circundat vena caua, itemque arteria, quæ a magna arteria deriuatur, antequam cor subeant 301.d
Cordis figura eadem quæ coni, nucisue pineæ 301.d
Cordis superficies qualis sit 302 e
Cordis ventriculi duo, & horũ descriptio, cum septo medio illis interiecto ibid.
Cordis sinistri ventriculi substantia qualis 302 e
Cordis ventriculus dirimens septum quam superficiem obtineat, & vtrum foraminibus sit peruium ibid f
Cordis ventriculus dexter duas obtinet venas sinister totidem arterias, earumque ac munus 302 f
Cordis vẽtriculus sinister spiritus vitalis est receptaculum, vnde vniuerso corpori distribuitur per magnam arteriam ibid.
ad Cor aer fertur a pulmone per arteriam venalem ibid.
Cordis ventriculi dextri munus quodnam sit 302.g
ad Cor attinentium quatuor vasorum ora vbinam sita sint & quo pacto claudantur 302.g.h
Cordis vasorum foramina quot habeant membranas, ipsarumque vsus ac descriptio 303 a
Cordis auriculæ duæ, earumque vsus ibid.c
Cordis auricularum materia ac figura, tum superficies qualis sit 303.d
Cor iuxta ac cerebrum homini maius quam cæteris animalibus pro portione corporis ibid.
Cordis situs ac positio qualis 303.d
Cordis Sectio quo pacto aggredienda, vt partes eius omnes innotescant spectantibus 304.f.g
Corpus humanum quomodo diuidendum, vt partes eius omnes melius innotescant 239.c
Corporis humani cum arbore inuersa comparatio ibid.d
Corpus in anatome incidendum, quale potissimum assumatur 7.a
Corpora hominum viuentium in Anatome incidi, nimis crudele est ac inhumanum 7.b
Costarum in fabrica naturæ solertia 47.d
Costarum materia ac forma quæ ac qualis sit 48 e
Costæ inferiores quinque spuriæ dictæ, ac cur ibid.g
Costæ, quo pacto cum vertebris à posteriori parte, & cum ossibus pectoris a priori committantur ibid g
Costis interiacentes musculi qui, eorumque historia. 200 g
Costæ cartilaginosę, cur 76.e
Coxa vnde dicta, eiusque historia 68.e
Coxa a parte interiori qua pubi subest, Os Pubis appellatur; ab exteriori, vbi ilia sunt, Os Ilium; a posteriori Os Coxæ; & singulorum historia 68.e
Coxæ vsus, substantia, ac figura qualis ibid.
κράνιον *pars capitis quæ* 240 f
Crus dicitur pars illa quę a coxa pertinet vsque ad digitos pedis; diuiditur in partes tres: supremam, quæ femur, siue fęmen, mediam quæ vel tibia, vel totius membri nomine crus vocatur; & imam, quæ appellatur pes, & quinam in singulis hisce partibus musculi reperiãtur 220.e. & 242.f
Cruris ossa tripartita sunt, femur, tibia, & pes, ac singulorum historia 69.a
Cubitum variè mouentes musculi qui, eorumque historia: pag. 186 e
Radius a quatuor mouetur musculis, eorumque descriptio. ibid.h. *vtrorumque sectio* 192.e
ad Curationem partium affectarum cognitio Anatomes quantum conducat 2.b
Cutis munus triplex, vt tegat, tangat, atque aeri aditum præbeat 86.e
Cutis pars summa, ἐπιδέρμις, *qualis sit* ibid.
Cutis a corpore quo pacto detrahatur ibid.

D

Dentes ad quid ordinati a natura 324.f
Dentium materia quæ sit ibid.
Dentes quando & quo ordine nascantur ibid g
Dentes ab ossibus quomodo differant. 324.h. & seq.
Dentes in ossium numero minime ponendi 16.h
Dentes canini vnde dicti, eorũq; muneris descriptio. 335.c
Dentes maxillares quot, eorumque vsus ibid.
Dentium caua, eorumque descriptio ibid.d
Dentes numero sunt 32. eorumque situs 335.d. & seq.
Dentium radices quales 336.e
Dentes vnde neruos sortiantur 89.c
διάρθρωσις *ossium quæ dicatur* 17.d
Digitorum nomina 242.e
Digitorum ossa sunt quindecim, eorumq; historia. 63.c
Digitorum ossium substantia, figura, appendices, commissuræ, earumque descriptio ibid c.d
Digitorum musculi vigintinonem, eorumque munus ac historia. 188.f. & *sectio.* 192.f.

E

εἰσόνυχα *ossium quæ vocetur* 17.d
ἐνάρθρωσις *ossium quæ dicatur* 17.d
ἐπιγάστριον, *siue Abdomen qua ratione primum incidatur & in eius sectione quęnam demonstrari debeant.* 247.d
Epiglottis quæ sit, eiusque munus, & idonea ex materia ac forma compositio 294.e
Epiglottida cibo potuque depressam attollentes musculi in bobus qui 165.c. *eorumque sectio.* 168.e

INDEX.

F

Facies componitur ex ossibus malarum, & maxillæ, & singulorum descriptiones 34.e
Faciei pars superior frons appellatur, & quibus nam illa terminis circunscribatur 240.g
Faucium glandulæ quæ sint, earumque descriptio 294.g
Faucibus quotnam musculorum paria præsint, earumque historia 165.A. Sectio 167.d
Femoris os, eiusque appendit, foramina, sinus, processus, ceruix, capitula, & horum accurata descriptio 69.a
Femoris os superna sede duos habet ingentes processus, ipsorumque historia ibid.b
Fibræ quæ dicantur, earumque munus 85.c
Fœtus inuolucra duo, & cuiusque officium 286.f
in Fœtus inuolucris venæ atque arteriæ vnde oriantur, ipsarumque ductus ratio ibid.g
in Fœtu pulmo perspiratum vnde, dum vtero geritur, obtineat 298.f
Fœtus perspiratum per quem canalem obtineat 288.e
ad Formam pertinet conformatio, Magnitudo, Numerus situs, Vnitas; & quænā singulis hisce subijciantur 2.f
in Fœtu pulmo quonam sanguine, & vnde illabente, dum in vtero geritur, nutriatur 288.e
Frontis appellatione quænam pars capitis veniat. 240.g

G

Genæ quid & vbi 240.b
Genitales partes quæ dicantur, & vbi sitæ 241.c
Genitales partes in marib. sunt testiculi, venæ, arteriæ, ac vasa semini inseruientia, ac tandem coles, & harū descriptio 274.e
Genitalium partium vsus quis sit ibid.
Genitales partes, in fœminis, virilib. ferè respondēt. 280.f
Genitales partes quo pacto ad procreationem accommodentur ibid.
in Genitali muliebri membranula quædam transuersa, ὑμὴν dicta reperitur, in medio perforata, vt etiam virginibus effluere menstrua possint 282.g
Genitali mulieris vtero nexum, ipsiusque descriptio, & idonea ex materia ac forma composito quæ sit 282.f
Genitalis longitudo ac latitudo, itemque situs ibid.h
Genitali muliebri qua parte vesicæ collū inseratur. 282.g
Genu quod, & vbi 242.f
γίγγλυμος ossium quæ dicatur 18.e
Glandula παγκρέας quæ, illiusque historia 255.d
Glandulæ laryngis quæ, earumque descriptio. 294.g
Glandulæ partes nostri corporis quales sint, earumque vsus & officium 85.d
γόμφωσις ossium quæ vocetur 17.c
Gula q̄ dicatur, eiusque munus, & historia. 260.b. & seq.
Gulam quo pacto exhibere spectantibus debeat Anatomicus 261.b
Gustatus instrumentum est Lingua 323.c
Guttur caput est asperæ arteriæ, græcè λάρυγξ, eiusq; munus, & idonea ex materia ac forma compositio quæ sit 293.b
Gutturis cartilagines tres, earumque historia 76.g
Gutturi astringendo, dilatando, aperiendo, claudendo sexdecim præsunt musculi, eorumque descriptio. 165. b. et sectio 168.e
Guttur claudentes musculi, idemque aperientes qui sint, eorumque descriptio 294.f
Guttur dilatantes musculi, idemque astringētes qui. 294.f

H

Hepar, vide Iecur.
Humerorum motui octo præsunt musculi, eorumq; historia, 176.e. ac sectio 177 b
Hymen in virgineo pudendo, vbi 282.g
Hypochondria, siue Præcordia, quæ, & vbi sita 241.b

I

Iecur grecè ἧπαρ, cur institutum a natura 264.e
Iecur sanguinis principium, ipsiusque historia ibid.
Iecur in homine maius si cum cæteris animalibus pro portione corporis comparetur 264 g
Iecur quem situm obtineat ibid.
Iecur quæ vincula obtineat, quibuscum partibus vicinis alligetur 264.g
Iecur sectum spectantibus exhibendi ratio 265.c
Ilia quæ dicantur 241.c
Inguina quæ dicantur, & vbi 241.c
Instrumenta quænam ad anatomen requirantur, eorumq; accurata descriptio 8.g.h. & seq.
Intestina Græcis ἔντερα dicta vnde 253.c
Intestinorum vsus triplex quis sit, eorumque ad hunc materia ac forma idonea qualis 253.d
Intestinorum tunicæ quo conferant ibid.
in Intestinis internæ tunicæ fibræ quales, earumque vsus. pag. 253.d
Intestinorum venæ, earumque processus 254.e
Intestinorum nerui à ramis illis sexti paris neruorum cerebri, qui ad costarum radices pertinent ibid.
Intestinorum forma quæ sit 254.f
Intestina omnia simul ad longitudinem quatuordecim cubitorum perueniunt 254.f
Intestina superiora tenuia, inferiora crassiora, & cur. pagina 254.g
Intestina sunt vnus quasi & continuus canalis ibid.
Intestinum ob variam substantiam, situm ac figuram videtur in sex distingui, terna tenuia, ac totidem crassa; hęc inferius sita sunt, illa superius 254.g
Intestinum tenue primum ab inferiori ostio ventriculi incipiens, ἔκφυσις δωδεκαδάκτυλον vnde dicatur 254.g
Intestinum tenue secundum νῆστις, siue Ieiunum vnde dictum ibid.
Intestinum tenue tertium Ileon dictum ibid.
Intestinum crassius primum τυφλὸν, Latinè Cœcum vnde dicatur 254.h
Intestinum crassius secundum, Colum appellatur ibid.
Intestinum crassius tertium, Rectum vocatur ibid.
Intestinorum omnium situs qualis 254 h
Intestinorū naturam quo pacto Anatomicus exhibere spectantibus debeat 256.e
Iris in oculo quid 240.h
Ethmoides dictum Octauum os Caluariæ a cribri forma, eiusque historia 31.b
Iugulum quæ pars dicatur, eiusque situs 241.b
Iugulum quodnam os dicatur, eiusque capitula, foramina, ac sinus quales sint. 52.g h.
Iugulum cum osse pectoris per diarthrosim, cum posteriori processu scapulæ per arthrodian iungitur 53.a

Larynx,

INDEX.

L

LArynx, vide Guttur.
Laryngis glādulæ quæ sint, earumq; descriptio. 294.g
Laryngis musculi, eorumque sectio. 168.e
λεπιδοειδὴς sutura, ita dicta a squammis, vbi sita. 24.b
Lien, græcis σπλὴν dictus, eiusq; officiū, & historia. 265 g
Lienis substantia qualis. ibid.
Lien quam formam obtineat. 266.e
Lienis situs. ibid f
Lienis vincula, quibus cum partibus vicinis alligatur, quę sint. 266.f
Lienis sectio & extractio qualiter fieri debeat. 266.f
Ligamenta σύνδεσμοι dicta, a munere alligandi. 81 a
Ligamenta nerui, & ipsa dicuntur. ibid.
Ligamentorum munus quotuplex sit. 81.a
Ligamenta per se motus sensusque expertia. ibid.
Ligamentorum substantia qualis sit, eorumque forma multiplex. 81.b
Ligamenta humeri os scapulæ connectentia quot, et eorum historia. ibid.
Ligamenta capitis & priorum duarum ceruicis vertebrarum, ipsorumque descriptio & munus. 81.d
Ligamenta ossium pectoris variorū varia, & qualia sint, quæ cum vertebris costas, & has cum pectoris ossibus deuinciunt. 82.e
Ligamenta vertebras inter se nectentia, eorumque historia. 82 e f
Ligamenta multiplicia cubiti, radij, manus, eorumque munus. ibid.f
Ligamentum coxam ossi sacro connectens, quale sit. 83.a
Ligamenta femur coxæ nectentia, quæ 83.b
Ligamenta genu complura, eorumque descriptio ibid.c
Ligamentum validum tibiam & suram superne connectens ipsiusque munus. 83.d
Ligamenta pedis, eorumque muneris descriptio. 83 d
Ligamenta pedis digitorū, ligamentis manus similia. 84.e
Ligamentorum sectio quomodo aggredienda 84.f
Lingua munus, & idonea ad hoc exequendum materiæ ac formæ compositio. 323.c
Lingua vnde neruos sortiatur. 89.c
Linguæ lateribus adiacentes musculi vnde venas sortiantur. 117.b
Linguæ motus multiplices ac varij, & quibus efficiantur musculis. 164 g. Sectio horum. 167.c
Loci differentiæ sex enumeratæ. 2.f
Lumbi qui, & vbi siti. 241.d
Lumen ad Anatomen administrādā quale cōueniat. 12.e

M

MAgnitudini partium animalis quænam subijciantur. 2 f
Malæ quid, & vbi sitæ. 240.b
Malleoli qui, & vbi. 242 f
Mammarum appellatio ac situs, qualis. 241.b
Mammas inter, ac vterum consortium, ex quib. venis & arterijs proficiscatur earumque historia. 124 g. 136.g & 290.e
Mammarum materia quæ sit. 290 e
in Mammis papillæ seu capituli vsus, & idonea constructio. ibid.
Mãmis nerui, venæ, & arteriæ vnde impertiantur. 290.f
Mammarum cum vtero nexus in quo consistat. 290.f
Mammarum figura quæ sit. ibid.
Mammæ cur duæ effictæ. ibid.
Mammarum, situs, & sectio idonea. ibid b
Manus, tertia pars brachij, eiusque ossium tripertita diuisio: quia uel ad primam palmæ partem, quæ & Carpus dicitur, referuntur, de qua uide in dictione, Palmæ pars prima; Vel ad palmam ipsam, de qua uide in dictione Palma; Vel ad digitos, de quo vide in uerbo Digitus. 62 f
Manum totam, idest primam palmæ partem, palmam ipsam ac digitos mouentes musculi qui sint, eorumque historia. 147 b. Sectio. 192.f
Manus in partes suas diuisio, earūq; nomenclaturæ. 242.e
Massiteres musculi qui dicātur, ipsorumq; historia. 166.g
Maxillæ nomine quę pars proprie ueniat. 241.a
Maxillæ os, eiusque substantia, superficies, foramina caua, & quæ singulorum sit constitutio. 39.a.b
Maxilla quos motus obtineat, & qui eis præsint musculi, eorumque historia. 156.g Sectio. 168.f
Medicū, qui anatomen profitetur qualē esse oporteat. 5.d
Medicus Anatomes beneficio, quomodo sanitatem uel seruet presentem, uel restituat absentem. 2.g
Medullam cur ossibus natura indiderit. 16.b
Membranę quotuplices sint, earumque substantia qualis. 85.b
Membrana dura duplicata in caluaria, octo sinus efficit, eorumque ratio. 117.d
Membranarum cerebri nomina, & historia. 310.f
Membranarum cerebri tenuis, Chorion dicta a similitudine χορίου inuolucri fœtus, quam materiam ac formam obtinuerit. ibid.
Membranarum cerebri crassæ munus, eiusque ad hoc rite exequendum materia ac forma idonea. 310.g
Membranarum cerebri superficies, caua, sinus eorumque descriptio. 310 g h. & seq:
Membrana carnosa dum inciditur quid in ea sit considerandum. 248.e
Membrana succingens, ὑποζωκὼς dicta, eiusque munus & idonea ex materia ac forma compositio. 291.d. & seq.
Membranæ succingentis foramina, eorumque vsus 292 f
Membranæ succingētis magnitudo, situs, numerus. 292.f
Membranæ διαφράττοντες quæ, earumque muneris vtilitas, ac descriptio. 292 g
Membrorum nomine quæ veniant, eorumque munus, ac idonea ad hoc exequendum ex materia ac forma constitutio. 241.d 340.g h. &c.
Mentum quid, & vbi. 241.a
Mesenterij nomina ac vsus. 255.a
Mesenterium venas vnde sortiatur. ibid b
Mesenterij adeps, ac glandulæ. ibid.
Mesenterij forma quę sit. 255.c
Mesenterij situs. ibid.
Mesenterium neruos & arterias vnde obtineat. 255.c
Mesenterij glandula magna παγκρέας dicta, illiusque historia. 255.d
Mesenterij, necnon intestinorum naturam quo pacto Anatomicus exhibere spectantibus debeat. 256.e
μετάφρενον quæ pars dicatur. 241.d
Ministri quales ad Anatomen requirantur. 6.g
in Mortuis aliter se habere pleraque quam in viuis empirici falso asserunt. 2.g
Motus voluntarij instrumentum sunt musculi magis insignes. 142.g
Mulierum Genitale quibus partibus ac nominibus contineatur. 241.d

Muscu-

Musculi vnde dicti 142.f
Musculi magis insignes instrumentum sunt motus voluntarij 142.g
sine Musculo vt nullus reperitur motus voluntarius;ita nec musculum reperias eiusmodi motus facultatis expertem,eo excepto qui in palma sub cute sensum, duritiem, ac pilorum carentiam affert 142.g
Musculi facultatem sentiendi vnde obtineant ibid.
Musculi motum quibus in partibus efficiant ibid.
Musculorum actio consistit in contractione voluntaria versus sua initia ibid.
Musculis internis flectuntur membra, externis porriguntur 142.h
Musculorum motus, idemq; tonicus, tum quies eorundem quæ dicatur ibid.
Musculorum cõpositio ex materia ac forma quæ sit 142.h
Musculi substantia conflatur ex membrana à ligamento producta;sub qua continetur neruus,ligamentum, caro, vena,arteria,adeps,& horum descriptio 143.a
Musculi omnes venis atque arterijs præditæ ibid.b
Musculorum partes sunt initium,medium, finis,& quæ eiusq; sit ratio 143.b
Musculorum chordæ quales,eorumq; differentiæ 143.c
Musculorum forma continetur figura,superficie,meatibus, magnitudine,numero situ; & horum accurata descriptio 143 d.& seq.
Musculorum corporis vniuersi delineatio,nec non declaratio 145.& seqq.
Musculi singuli membrana obteguntur 142.e
Musculi faciei,eorumq; vsus ac historia 150.e
Musculi palpebrarum, eorumq; descriptio ibid.f
de Musculis oculorum variæ medicorum sententiæ,eorumque historia 150.f
à Musculis quatuor,rectum motum præbentibus satis posse circumduci oculum qui dixere,refutantur 150.h
Musculi narium quatuor, ipsorumque officium, ac historia 151.b
Musculi buccæ vel genarum,quatuor, ipsumque latera ac munus 151.c.d
Musculi labiorum quatuor,ipsorumque historia & officiũ. 152.e
Hos præter quibusdam in cadaueribus alij quinque repe-riuntur,quorum duo cutem capitis, alij vero tres mouent auriculas ibi.f
Musculorum frontis,buccarum,ac labrorum sectio quomodo rite aggredienda & perficienda 152.h.& seq.
Musculi caput mouentes quot sint, eorumq; historia. 158. f.& seq.
Musculorum capitis sectio quomodo rite instituenda.159. d. & seq.
Musculi ossis hyoidis vtrinque quatuor, eorumq; historia. 164.e sectio.167.c
Musculi linguę motibus varijs præsidentes qui sint, eorũque historia 164.g sectio.167.c
Musculi faucium qui, eorumque munus ac historia.165.e sectio.167 d
Musculi gutturis sexdecim, corumque historia.165.b.sectio.168.e
Musculi maxillæ qui,eorumq; historia.166.g.sectio.168.f
Musculi humerorum quot sint, eorumque historia. 176.e. & sectio.177.h
Musculi scapulæ quotuplices, eorumque descriptio.182.e. eorumq; sectio.ibid.h
Musculi cubitum mouentes qui sint,eorumq; historia.186. e sectio 192.e
Musculi radium mouentes quatuor, eorumque descriptio. 186.h
Musculi manum,idest primam palmæ partem.palmam,ac digitos mouentes qui sint eorumque historia.187.b sectio.192.f
Musculi primæ palmæ partis 187.b
Musculi palmæ ibid d
Musculi digitorum viginti nouem,eorumque munus,ac historia 188.f
Musculi thoracis, seu pectoris octoginta nouem eorumque officium,ac historia 199.a
Musculorum 24 intercostalium historia 200 g
Musculi thoracis quo pacto respirationi inseruiant 201.d
Musculus aerem in thorace existentem ne exeat, prohibẽs, eiusq vis eximia 166.e
Musculorum thoracis ac septi transuersi sectio quomodo rite perficiatur 202.f
Musculorum dorsi historia, & de eorum numero diuersæ medicorum sententiæ ac rationes afferuntur.208.e.eorum sectio quomodo aggredienda 210.f
Musculi abdominis vtrinq; quatuor, per omnia pares, eorumq; descriptio 213.a
Musculi vesicę qui,eorũq; munus,et historia.213 d.& seq.
Musculi ani,qui,ipsorumq; officium,& descriptio 214.f
Musculi colis quatuor,ipsorumq; vsus 214.h
Musculi testium,ipsorum munus,& historia 214.h
Musculorum abdominis,vesicæ,ani,colis,testium sectio quomodo rite peragenda 216.e
Musculi femoris,vndecim,aut bis plures, ipsorum munus atq; historia 220.e
Musculi cruris,siue tibię decem,eorumq; descriptio 226.g
Musculi pedis nouem,& horum historia 228.f
Musculi digitorũ pedis,eorũq; historia,& officium 230.e
Musculorum cruris, pedis, eiusdemq; digitorum sectio vt rite aggredienda 231.b.& seqq.

N.

Nasus, pars capitis quæ 240.h
Nasus odoratui præest,eiusq; munus ac histo. 231.b
Nasus quam sortiatur materiam ibid.c
Nasi cartilagines quinq; earumque historia 76.g
Nerui proprie dicti,quid 87.c
Neruorum munus est,quod vel solam sentiendi vim impertiant,vel etiam mouendi ibid.
Neruorum substantia quotuplex eorumq; figura, ac magnitudo quæ 87.c.d
Neruorum octo paria oriuntur à cerebro, triginta a medulla ibid.d
Neruorum numerus vnde colligendus 87.d.& seq.
Nerui ex cerebro alij alij à medulla oriuntur, non autem à corde,aut dura menynge 88.e
Nerui à Cerebro oriuntur, octo à dextra parte, totidem à sinistra, vnde octo paria nominantur 88.e
Primi paris ortus,& historia 88.e
Secundi ibid.f
Tertij 88.g
Quarti 89.c
Quinti ibid.d
Sexti 90.e
Septimi 91.c
Octaui ibid.d
Nerui varijs tum faciei, tum oris partibus sese insinuantes,sunt rami tertij paris 89.a

Ner-

Nerui varijs tum faceli, tum oris partib sese insinuantes, sunt rami tertij paris. 89.a
Nerui recurrentes quinam dicantur, & vbi. 90.b
Neruorum paria triginta oriuntur a spinæ medulla, eorumque historia 96.f.g
Neruorum septem paria a vertebris ceruicis oriuntur,
Primi paris ortus, ductus, ac historia 96.g
Secundi. ibid.b
Tertij. ibid.
Quarti. 97.a
Quinti. ibid.b
Sexti. 97.c
Septimi. ibid.
Neruorum paria duodecim oriuntur a vertebris thoracis eorumque historia. 96.f.& 97.c.d & seq.
Neruorum quinque paria ex lumborum vertebris profecta, eorumque historia. 98 f
Neruorum sex paria ab osse sacro prodeuntia, & illorum descriptio. 98 g
Nerui in Brachium quotnam & vnde propagētur. 98.h
Primi nerui brachialis historia. 98.h
Secundi. 99.a
Tertij. ibid.b
Quarti. 99.c
Quinti. ibid.d & seq.
Sexti. 100 f
Neruorum in crus & pedē dißeminatorū historia. 100.f
Nerui genitale petentes. 101.a
Nerui optici qui 88.f
Neruorum sectio quomodo rite perficienda. 140.E
Nexui partium animalis quę subijciantur. 2 g
Numero partium animalis quęnam subyciantur. 2.f

O

Οβελαῖα sutura sagittiformis vbi sita. 24.b
Obscænę partes quę & vbi sitę. 241.c
Occipitium quæ pars capitis dicatur. 240 g
Oculi, græcè ὀφθαλμοί, quęnam pars capitis dicatur, & partium cuiusque oculi descriptio atque appellatio. 240.b
Oculus quisque septem osibus continetur, ipsorumque historia. 54.b & seq.
Oculorum finis quis sit. 318.e
Oculi materia, ac forma quę sit. ibid.
Oculi figura, superficies, caua, qualia. 318.f
Oculos cur binos fabricata sit natura. ibid.
Oculorum situs maxime oportunus. 318.f.g
Oculi humor Crystallinus, eiusq; vsus ac descriptio. 318 g
Oculi humor ὑαλοειδής, seu vitreus, eiusq; descriptio. ibi.h
Oculi humor crystallinus ac vitreus tribus obteguntur tunicis, Arachnoide, Ciliari, & Amphiblistoide; ac cuiusque officij descriptio. 319 a
Oculi vuea tunica, eiusque nomina & historia. 319.c.d
Oculi cornea tunica, eiusque nomina & historia. 320.E
Oculi album, eiusque usus ac descriptio. 320.g
Oculi tunica quæ a chordis musculorum oritur, eiusque officium. ibid
Oculi humor aquosus eiusque munus, ac historia. 320.f
in Oculo ταρσὸς quid, & ubi. ibid.
Oculi palpebra, eiusque munus, & idonea ex materia ac forma constitutio. 320.g
Oculi angulorum munus ac descriptio. 320 h
Oculi iris quę dicatur, & ex quibus efficiatur. 321.b
Oculis ac palpebris adiecta cartilago qualis sit. 76.f
Oculis uicinum eße cerebrum cur oportuerit. 309.c
Oculi sectio ut partium eius omnium natura plenè innotescat spectantibus, quomodo institui debeat. 340.e
Odoratui preest nasus. 321.b
Οἰσόφαγος, qui & στόμαχος, ipsius munus quod sit. 260.g h
Omentum, grecè ἐπίπλοον unde dictum. 250.e
Omenti munus quod sit. ibid.
Omenti substantia qualis. ibid f
Omentum multis vasis præditum, quibus, & vnde eidē impertiantur. 250.f
Omenti materia ac forma ad perfungendum munere suo idonea, & qualis. 250.g
Omentum partibus vicinis quo pacto illigetur. 250.h
Omentum quo pacto incidatur, & in eius sectione quid considerandum. 250.e
Os & Labia quid, & vbi. 241.a
Os cuneiforme, vide Os Sphenoides.
Ossa corporis nostri partes durissimæ sunt atque aridissimæ, & quodnam eorum sit munus. 16.g
Osium materia quæ sit. 16.g
Osium forma, quæ. 17.a
Ossa neruis carent ac sensu, & quid de dentibus. 16.h
Ossa quænam sint uenis prædita. 16.h
Osibus medullam cur natura indiderit 16.h
Ossa medullam continentia adnatam habent partibus extremis ἐπίφυσιν. 12.h
Ossa quo pacto variè inter se iungantur. 17.d.& 18.e
Osium superficies qualis. 17.b
Oßium caua, magnitudo, numerus, situs qualis. 17.b.c
Osicula tria intra vtranque aurem posita, ipsorumq; processus, & figura 29.a.b. delineatio sub lite. a, b, c, d. 33.
Ossa verticis duo, eorumque inter se, & cum alijs commissuræ. 24.g
Ossa capitis partim ad caluariam, partim ad reliquam faciem referuntur. 24 e
Osium omnium Caluariæ, nec non osis cuiusque partium cum procesib. suis, foraminibus, ac suturis tam ab interiori parte, quam exteriori accurata delineatio, 37. per tot Ac Declaratio. 35.b c.d & seq.
Os Caluariæ Octauum, ithmoides appellatum, eiusque historia. 3 .b
Os Caluariæ septimū quod basim constituit, qua partiū varietate, materia ac forma sit præditum 29. d. vide Os sphenoides.
Os frontis, eiusque subā ac forma, cū cauitatib. q̄ sit. 24.h
Os frōtis foraminib. duob. peruiū, & in quē vsū. ib et 25.u
Os frontis quomodo cū alijs circa osib. cōmittatur. 25.a
Os occipitij quam materiam obtineat, ipsiusque caua, superficies, foramina, &c. 25.a.b
Os occipitij in puerulis si quando quadruplex apparet, quænam & vbi sint eius discrimina. 25.c
Os occipitij, quomodo cū alijs circū oßib. cōmittatur ibid.e
Ossa temporū, eorū qualitates, ac partiū varietates. 28.e
Osium temporum processus varij, ac primum.
Processus λιθοειδής. 28.
Processus Lambdoides. ibid.
Processus Mastoides. ibid.
Processus Styloides. ibid.
Processus Iugalis. ibid.
Osium temporum superficies quæ sit. 28.f
Os temporum foraminibus quatuor distinctum a plerisque Anatomes Profeßoribus describitur.
Primum. 28 f
Secundum. ibid.
Tertium. 28 g
Quartum. ibid.
His author quintum adijcit, 28.g præter paruula quædam foramina ab interna parte durioribus processus. ibid.h
in Osse temporum sinus quatuor.
Primum. 29.a

I N D E X

Secundus ibid b
Tertius 29.c
Quartus ibid.c
Ossium temporum numerus, situs, & cum aliis circum ossibus commissuræ quales 29.d
Ossis sphenoidis processus, eorumq; antra, tum caua illius, foramina, & cum aliis circum ossibus commissura qualis 30.e,f,g,h,& seq.
Ossa faciei componuntur ex ossib. malarũ, & maxillæ 34.e
Oßa malarũ vtrinq; sena numerãtur ab aliis, ab authore vndecim in totũ assignãtur, ipsorũq; historia 34.e,f,g,h
Ossa oculi cuiusque componuntur ex quatuor malarum, & tribus caluariæ ossibus, eorumque descriptio 35.a
Os hyoides, eiusq; vsus ac historia 39.c
Neruos sortitur ex tertio pari eorũ, qui à cerebro oriuntur, 89.b.c item 91.c
Os hyoides musculos obtinet vtrinq; quatuor, eorumq; historia, 164.e.& sectio. 167 c
Ossa spinæ dorsi, eorumq; historia 39.d
Os sacrum, vel latum vnde ita dictum, eiusq; processus ac foramina 47.a
Os coccygis eiusq; descriptio 47.c
Os pectoris, eiusq; vsus, ac historia 52.e
Os pectoris ensiforme, vnde dictum fuit ξυφοειδὲς. ibid.
Os pectoris quotnam ex ossibus constet ibid.
Os primum pectoris ipsiusq; forma, sinus, ac vsus 52.f
Os secundum pectoris, ipsiusq; figura ac sinus, horumq; descriptio ibid.
Os tertium pectoris, ipsiusq; substantia qualis ibid.
Ossa scapulæ, vide Scapula
Os Iuguli, vide Iugulum
Ossis humeri substantia ac forma quæ sit 57.c
Ossis humeri sinus, asperitas, capitula, appendices, caua, eorumq; historia ibid.
Ossa manus, vide Manus.
Os sesamoides in prima palmæ parte vbi situm 63.a
Os ilium, eiusq; historia 68.e
Ossa coxæ singula tribus extruuntur ossibus, ipsorumq; nomina ac vsus 68.e
Os pubis quod sit eiusq; historia 68.b
Os pubis rectum magis in viris, sed fœminis in exteriora recuruatum; cur 68.b
Ossa cruris tripartita, femur, tibia, & pes, ac singulorum accurata descriptio 09.a
Os femoris, vide Femoris os.
Ossa pedis, ipsorumq; nomina 74.e
Ossium pedis triplex diuisio, in tarsum, plãtam, digitos; his adiiciuntur ossa quædam grandiora, vt talus, calx, & scaphoides, & horum descriptio 74.e
Ossa pedis omnia fere nuper natis mollia apparent, & cartilaginea ibid.
Ossis tali vsus, substantia, quatuor ipsius latera, ac sedes, & horum accurata descriptio. 74 e.f
Ossis Scaphoidis historia 74.h
Os tarsi constat ex ossibus quatuor, rorumq; historia 75.a
Os tarsi quartum, κυβοειδὲς dictum, eiusq; latera ibid.
Ossa plãtę pedis quinq;, singulorũ capitula, appẽdices. 75.b
Ossa cuiusque pedis digitorum tria sunt, præterquam pollicis, qui duobus constat 75.c
Ossa pedis vno pauciora ossibus manus 75.d
Ossa pedis in vniuersum numerantur vigintisex, non viginti septem, vt in manu 75.d
Os calcis durum admodum, eiusq; figura, latera 74.g
Ossium omnium commissura, Scheletos appellata, eiusq; cũ declaratione accurata delineatio. 16. 19. & seq. qua ratione sint ossa tractanda ad Scheletum parandũ 84.f

P

PAlatum quod dicatur, eiusq; descriptio 324.e
Palma Græcè μετακάρπιον dicta, eiusq; historia 63.a
Palma quatuor ossibus continetur, eorumq; descriptio ibi.
Palmam ex quinq; constare ossibus qui dixerint, & Authoris de hoc opinio secundum Galenum 63.a
Palmæ pars prima, eiusq; ossium historia 62.g
Palmæ partis primæ ossa sunt octo, eorumque accurata descriptio ibid.
Palmæ primam partem, & palmam ipsam mouentes musculi qui sint, eorumq; historia 187.b. sectio 192.f
Palpebræ quid, & vbi 240.h
Palpebris atq; oculis adiecta cartilago qualis sit 76.f
παγκρέας dicta glandula quæ, & eius historia 255.d
Partium corporis nostri externarum diuisio, & partis cuiusque nomina 239.c
Partes genitales, earumque historia 274.e
vide Genitales partes.
Patellæ genu historia 68.e
Patellę genu substantia, figura, sinus, superficies qualis ibi.
Patella genu in pueris cartilaginosa, in adultis dura est, eiusque vsus 68.e
Pecten quænam pars dicatur, eiusque situs 241 c
Pectus, siue thorax id totũ appellatur, quod inter iugulum & septum transuersum continetur 199.a.291.c
Pectus quibus motibus sit præditum, & hi à quibus musculis efficiantur ibid.
Pectoris pars prior στῆθος, medium στέρνον, pars posterior μετάφρενον, latera πλευρὰ nominantur 291.c
Pericardii munus quod sit, eiusque idonea ex materia & forma compositio qualis 301.a
Pericardium nucem pineam refert, eiusque superficies, foramina ac magnitudo quanta ibid.
Pericardii situs 301.b
περικράνιον dicitur membrana quæ caluariam tegit; περιόστεον, quæ reliqua ossa 309.d
Peritonei materia 248.h. Forma, 249 a. simplexne an duplex. 249 b. eius situs ibid.c
Peritoneum qua ratione sit incidendum, & quid in eo sit considerandum 248.f
Perspiratũ pręstat arteriarũ motus, eiusq; neceßitas 129.e
Pes, ποῦς græce 242 g. vide Crus.
Philosophia, cum cernat tantum, non faciat, postremo fuit exculta, vtpote minus ad viuendum conducens 4 f
Planta, πέλμα græce 242.g
Podex quis dicatur, & vbi situs 241.d
Pollex constat ex ossibus tribus 63.a.c
πολύμορφον dictum septimum os caluariæ, & cur 29.d
Poples quis, & vbi 242.f
Præcordia, siue hypochondria quæ, & vbi sita 241.b
πριονοειδής oßium quæ dicatur 17.d
πτεριγοειδὲς dictum os septimum caluarię, & vnde 30.e
Pubes quæ dicatur eiusque situs 241.c
Pubis os, vide Os pubis.
Pulmonis munus est per respirationem cor refrigerare. 297.a
Pulmo quo pacto vel dilatetur, vel contrahatur 297.a
Pulmonis materia, ibid. b. vide Aspera arteria. Vena arterialis, & Arteria venalis.
Pulmonis inuolucrum quod sit, ac quale 298.h
Pulmo formam nullam certam obtinet, sicuti nec iecur, sed variam accipit a corporibus quibuscũ iungitur. 298 h
Pulmonis superficies, caua, magnitudo, numerus quis ibid.
Pulmonis situs 300.e
Pupilla pars oculi quæ 240.h

Quadru-

Q

QVadrupedum curatio ad quem spectet. 7.a
Quid sit illud, de quo quaeritur, in qua vis tractatione primum est explicandum. 1.c

R

Ῥάχεως ossium quae dicatur, eiusq; nomina diuersa. 17.d
Renes Graeci νεφρούς appellant, eorumque officium & historia. 269.a
Renum materia qualis. ibid.
Renes duplici teguntur tunica, & vtriusq; descriptio. 269.b
Renum neruus, vena & arteriae vnde illis impertiatur ib.c
Renum caua ac sinus, & in horum descriptione medicorũ dissensio. 269 c
Renes cur duo efformati. 270.f
Renum dexter sinistro elatior, & de eorum situ. ibid.
Renes quo pacto secari, necnon exhiberi spectantibus oporteat. 271.c
Respirationem quo pacto thoracis musculi pficiant. 201.d

S

SAnguis a iecinore per venas ad vniuersum corpus aledũ fertur; quemadmodum spiritus cum sanguine tenuiori per arterias a corde, ad facultatẽ vitalem singulis corporis particulis impertiendam. 129.e
Scamni Anatomici, nec non instrumentorum quorumlibet administrãdis rite Sectionibus idoneorum accurata delineatio ac declaratio. 10.11.& 13.c
σκαφοειδὲς os, eiusque historia. 74.b
Scapula quos motus obtineat, & eo spectãtes musculi qui, eorumque historia. 182 e.& Sectio.ibid b
Scapularum vsus ac suba ad hunc idonea quae sit. 56 e
Scapularum caua, sinus, processus, eorumque descriptio. 56
Scapularum triangularis figura ex inaequalib. lateribus, & ipsorum historia. 56.f
Scheletos, ossium omnium commissura, eiusque cum declaratione accurata delineatio. 18.19.& seq.
ad Scheletum rite conficiendum, quomodo praeparandum sit cadauer, & ossa purganda, aliaque requisita. 84.f
Scrotum quod, & vbi. 241.c
Sectio corporis humani qua parte sit primum aggredienda & quomodo. 247.b
Sectio viuorum quomodo rite sit instituenda, & administranda 341 b & seq.
Sectio neruorum, venarum, atque arteriarum quo pacto rite perficienda. 140 e
Sectionem dum aggreditur Anatomicus, qua methodo vti debeat in ostendenda natura partiũ quae secãtur. 246.e
Secundae, vide Chorion.
Septum transuersum musculus communis tam dextrę, quã sinistrae partis thoracis, eiusque historia. 201 b
Sesamoides os in prima palmae parte vbi situm. 63.a
σησαμοειδῆ, ossa fere solida sunt. 16.g
Simia qualis ad anatomen eligenda, & in quibus ab humano corpore discrepet. 7.c
Sinciput, βρέγμα Graecis, quae pars capitis dicatur. 240.g
Situs partium animalis quo referatur. 2.f
Sphenoides dictum septimum os caluariae, & vnde. 29.d
Sphenoides os cuneiforme. 17 a
Spinae dorsi ossa, eorumque historia. 39.d
Spiritus cum sanguine tenuiori per arterias a corde ad vniuersum corpus fertur, quemadmodum sanguis a iecinore per venas. 129.e
Spiritum vel aerem in thorace existentem, ne exeat prohibens musculus, eiusq; vis eximia 166.e.Sectio.168.f
Splen, vide Lien.
στεφανιαῖα, id est sutura coronaria vbi sita 24.b
Stomachus quis dicatur, eiusque munus 260.g.b
Supercilia quaenam pars capitis dicantur 240.g
Sura quae, & vbi 242.f
Surae ac tibiae in medio distantia & ductus 71.c
vide Tibia.
Sutura sagittiformis, quae 24.b
Sutura Coronaria quae sit, & vnde dicta 24.b
Sutura Lambdoides quae sit 24.b
Sutura λεπιδοειδῆ asquammis ita dicta, quae sit ibid.b
σύμφυσις ossium quae dicatur 17.c
συνάρθρωσις ossium quae sit 17.c
σύνευρωσις ossium quae dicatur 17.d
συγχόνδρωσις ossium quae dicatur 17.d
συσσάρκωσις ossium vnde dicta 17.d

T

TActus instrumẽtũ est corpus vniuersum; sed maxime exquisite sentit cutis interna digitorum manus 336.f
Talus, ipsiusque historia 74 e.& 242.f
Tarsi os, vide Os tarsi.
Tarsus pars pedis, quae. 242.g
Temporum appellatione quae capitis pars veniat 240.g
Testes δίδυμοι graecè dicti 241
Testiculorum munus, ac substantia, ipsorumque officium, & historia. 274.e
Testiculi ex qua materia constent, eorumque partes quae sint ibid.& seq.
Testiculorum forma ac situs quis sit 275.c
Testiculi ad naturam eorum cognoscendam quo pacto incidi, & exhiberi spectantibus debeant 276.f.g
Testiculorum muliebriũ munus, ac substãtia quae sit. 280.g
Testiculi muliebres a virilibus quomodo differant ibid.
Theatrorum ac Circorum apud veteres extructio qualis fuerit 12.f
Thorax siue pectus id totum appellatur, quod inter iugulũ & septum transuersum continetur 199.a
Thorax quae pars dicatur, quibusque terminis circumscribatur 241.b
Thorax duplici mouetur motu, & eo facientes musculi qui sint, eorumque historia 199.a
Thoracis munus, & eiusdem ad hoc exequendum idonea materiae ac formae compositio 291.c
Thoracis membrana succingens, ὑποζωκώς Graecis dicta, eiusque munus ac historia 291.d.& seq.
Thoracis musculi quo pacto respirationi inseruiant. 201.d
Thoracis vertebrae, vide Vertebrae thoracis.
Thoracis, nec non partium in eo contentarum Sectio quae ratione molienda, vt earum natura innotescat spectantibus. 292.b & 304 e
Tibia quae dicatur, & vbi 242.f
Tibia duplici osse continetur, tibia, & sura, & vtriusque historia. 71.a
Tibiae substantia, figura, superficies, sinus, processus, latera, eorumque accurata descriptio. ibid.
τροχοειδῆ ossium quae. 18.e

V

VAsa spermatica, vide Genitales partes, Coles, Testiculi, &c.
Vena quid, earumque munus quod sit 107.a
Venae sanguinem, arteriae spiritum vitalem, nerui spiritum animalem per vniuersum corpus deferunt. 107.a
Venis vbique ferè iunguntur arteriae, & in quibus partib. hoc deficiat. 107.a
Venarum materia ac forma quę sit ibid.b
Venarum fibrę a fibris musculorum quomodo differant. ibid.b
Venę pulmonis duplici tunica praeditę, & cur. 107.c
Venę Cordis, quales. ibid.

I N D E X

Venæ Renum quales ibid.
Venæ in hominibus præcipuę tres, à quibus aliæ omnes deriuantur: Vena Porta, Vena Caua, Vena Arterialis; cuiusq; ortus ac distributio. 107.c
Vena porta vnde dicta, eiusque historia 112.e
Venæ portæ munus quod sit 112.h
Vena Caua principium habet à Iecinore, & de progressu eiusdem ad iugulum 113.a
Vena sine coniuge quæ dicatur 113.b
Vena caua postquam venam sine coniuge protulit, quo pacto ad iugulum feratur 116.e
Vena iugularis quo pacto in caluariam ingrediens, ibidem distribuatur 117.d
Vena iecinoris quo pacto in brachium distribuatur, 122. g. tum in cubitum & radium, ibidem, ac deniq; in digitos 122.h.& seq.
Venarum manus magna vt plurimum in diuisione varietas 123.b
Venæ cauæ pgressus infra iecur ad inguina quis sit 123.b
Venæ emulgentes vnde initium sortiantur, earum nominis ratio, ac distributio 123.c
Venæ emulgentes quomodo situ pro sexus diuersitate varient 123.d
Vena peritoneum & abdomen conscendens qualiter inde ramulos aliquot foraminibus ossis Sacri impertiens per dorsum colis partim ad glandẽ vsque progrediatur; partim etiam. i. altera sui parte ad musculos ani delata, constituat capitula quædam venarum sanguinem fundentium, quas hæmorrhoidas græci dicunt; & inde aliæ eiusdem distributiones 124.e.f
Venæ ad crus, pedem, ac pedis digitos quænam, & quo pacto distribuantur 124.h.& seqq.
Venæ arterialis exortus, processus, & substantia qualis sit. 298.e
Venarum sectio, quomodo rite perficienda 140.e
Venter quid, & vbi 241.b
Venter primus in Anatome incidendus, & quid in eo sit considerandum; tum incisionis modus 247.b
Ventriculus quid, eiusq; historia 259.a
Ventriculi munus quod sit, & ad illud exequendum quas facultates obtineat 259.a
Ventriculi materia ibid.b
Ventriculi forma 260.e
Ventriculi ostia duo, ipsorum nomina & vsus ibid f
Ventriculi situs 260.g
Ventriculi naturã quomodo exhibere spectantibus debeat Anatomicus 261.a
Vertebrarum ceruicis proceßus, sinus, foramina, ac ligamẽta, & singulorũ accurata descriptio 41.b c d.& seq.
Vertebræ thoracis, earumq; processus, sinus, ac foramina, eorumq; historia 46.e
Vertebræ thoracis singulæ septem procesßibus præditæ & quibus ibid.g
Vertebræ lumborum, earumq; historia ibid h
Vertebrarum spinæ mirabilis fabrica, earumq; vsus, ac historia 40.e
Vertex quæ pars capitis dicatur 240.g
Verticis ossa qualia sint, eorumq; historia 24.g
Vesica in quẽ vsum facta sit à natura, eiusq; histor. 270.g
Vesica constat ex tribus tunicis, & harum descriptio. ibid.
Vesica neruos grandiusculos cur, & vnde sortiatur 270.h
Vesica quas venas; quas itẽ arterias & vnde obtineat ibi.
Vesicæ figura quæ sit 271 a
Vesicę caua multiplicia, eorumq; descriptio. ibid.
Vesicæ canales οὐρητῆρες, horumq; munus & hist. 271.a.b
Vesicæ ceruix, eiusque descriptio 271.b
Vesicę situs quis sit, eiusq; pro sexus varietate diuersitas. ibid.c
Vesicam quo pacto secari; necnon exhiberi spectantibus oporteat 271.d
Vesicæ collũ qua parte genitali muliebri inferatur 282.g
Vesica fellis, eiusq; vsus ac historia 264.g
Vesica fellis triplici fibrarum genere distinguitur, earumque officium ibid.h
Vesicę fellis membrana orta à peritoneo, venę, arteria, neruus ibid.b
Vesicæ fellis figura ac situs 265.a
Vitalis facultas consistit in conseruatione, caloris innati, cuius sedes præcipua est cor, & quænam partes ad hũc potissimum sint neceßariæ 291 b
Vitali facultati, seu caloris innati conseruationi inseruiunt pulmo, aspera arteria, guttur, septum transuersum, thorax, & collum, ac cuiusq; horum descriptio 291.b
Viuorum sectio, vide. Sectio viuorum
Vmbilicus qui dicatur, eiusq; situs 241.e
Vmbilicus quinq; canalibus continetur, eiusque transitus ad fœtum 286.b
Vmbilicus quo pacto incidatur, & in eius sectione quid cõsiderandum 249.d
Vngues græcè ὄνυχες 242.f
Vteri substantia propria quę sit 280.b
Vterus quos neruos & vnde obtineat 281.a
Vteri venę atq; arterię, harumq; descriptio ibid.
in Vtero gerentibus venarum & arteriarum capitula quę paruarum cotylarum modo prominentia à nõnullis describuntur, commentitia sunt, cum non reperiãtur in homine, sed magis in boue fœmina, aut capra 281.b
Vtero pgnãtib. clauso vnde prodeat sãguis superãs 281.b.c
Vteri forma quę sit 281.c
Vteri superficies externa & interna qualis ibid.
Vteri caua, & vtrum in cellulas complures distinguatur, vel potius vnico sinu contineatur 281 c
Vteri sinum veluti in duos diuidens linea ibid.
Vteri pars summa nouilunium vel erumpentia vituli cornua repręsentat 281.c
Vteri os quod dicatur 281.e
Vteri os pręgnantibus adeo astringitur, vt ne stylum quidem admittat ibid.
Vteri magnitudo virginibus, pręgnantibus, & enixis diuersa ibid.
Vteri pręgnantium situs ibid.
Vteri positio quæ sit ibid.
Vterus quibusnam partibus, & quo pacto alligetur 282.e
Vtero nectitur genitale, stomachi nomine insignitum, illiusque idonea ex materia & forma compositio quæ sit. 282.f
Vtero gerentis cadauer si quando detur, quo pacto sit incidendum, ad fœtus sinum, eiusq; inuolucrorum rationem percipiendam 288.e
Vterum inter ac mammas consortium ex quibus venis & arterijs proficiscatur 124.g.136.g.290.f
ad Vteri ac muliebris genitalis naturam perspiciendã quo modo moliri sectionem oporteat 282.h
Vuę nomina, munus, & idonea ex materia ac forma compositio 294.g sectio. 304.h
Vulua, seu loci qui & vbi in fęmina 241.c

Z

Zygoides, os iugum repręsentans 17.a

F I N I S.

VIDI VIDII DE ANATOME

Liber Primus:

QVI EST DE COMMVNIBVS totius Anatomes.

Quid sit Anatome, & quam afferat vtilitatem. Cap. I.

C ILLVD inter Platonis [a] præcepta mihi semper antiquissimum fuit, cum nos monet, vt in quauis tractatione, primum quid sit illud de quo agitur explicemus, ne si forte aliud instituerimus, aliud intelligatur, frustra de ambiguo laboretur. Ab hoc decreto in Anatome nunc nobis instituta minimè recedentes, quid Græci eo vocabulo notauerint, dicere primum ingrediemur. Constat autem eos non aliud sibi voluisse, quam [b] sectionem artificiosam partium animalis ad earum naturam inspiciendam. Aperitur hac definitione, & ab alijs distinguitur Anatome, nequit enim in aliam facultatem transferri; id quod clarissime intelliges, si genus suis differentijs circumscriptum intuearis. Est autem genus proximum Anatomes, Sectio, non quidem simpliciter, sed ea quæ artificiose administratur, [c] fortuita enim imperitorum incisio nihil ad rem pertinet. Ex duplici igitur verbo, Sectione nimirum, & Artificiosa, describitur proximum genus, quod in accidentibus definiendis, [d] non petitur à subiecta materia, sed à forma; contra differentiæ partim à subiecta materia, partim à fine depromuntur. Anatome igitur cum sit accidens, definitur genere sumpto à forma, sectione nimirum artificiosa, differentijs vero partim à subiecta materia, partim à fine susceptis. sunt enim in Anatome subiecta materia partes animalis, cũ non quoduis secetur, sed corpus animalis dũtaxat, ac non unius hominis, sed belluarum quoque, quas secare sæpius cogimur: neque inciduntur sola cadauera, sed interdum belluæ viuentes, ad hominis naturam comprehendendam. Quamobrem longe aberrant, qui [e] Anatomen sectionem humani cadaueris definiunt.

a Plato in Menone Plato in Charmide.

b Gal. l. de defi. Med. non longe à princip.

c G. 3. l. catag. c. 2. in fine.

d Ari. 8. diuinor. tex. 6 & Auer. in comm.

e Carolus Steph. l. 1. c. 1.

D (marginal letter beside "biecta materia")

Altera differentia sumpta à fine est, [ad inspiciendam naturam earum partium quæ secantur:] hanc necesse quoque fuit iungere generi, vt separaretur Anatome à sectione artificiosa partium animalis, quam alii moliuntur, ueluti lanii, & coqui periti, qui belluarum partes non frangunt, sed vt idem [f] Plato monet, diuidunt articulatim, id quod faciunt etiam structores conuiuii, qui aues erudita manu, certis ductibus circumferentes, scindunt per pectus, & clunes, ut quæ excutiuntur frusta conuiuis apponantur. Quorum omnium sectio quamuis artificiose exerceatur, in partibus animalis, non secus quam Anatome, ab ipsa tamẽ diducitur fine proposito, neque enim eo spectat, ut naturam partium inquirat, sed vt elegantiam quandam intuentibus præseferat.

f Plato in Phędro.

Inspectio vero partium singularum, quam finem esse Anatomes posuimus, non modo per-

tinet ad Medicos,ſed ad pictores etiam,fictores,ac Philoſophos. Qui fingunt,aut pingunt, E
magis imitari externarum partium imagines poſſunt, vbi muſculos, chordas, neruos, venas, oſſa,quæ cuti ſubſunt,probè teneant,ita vt eorum quoque interſit apertarum partium compagem intueri. Philoſophi, [a] vt aliarum rerum omnium, ita animalium,& præcipue hominis contemplari naturam debent, quam minimè [b] intelligerent,niſi detectas,& patefactas ſingulas partes corporis intuerentur. Inde autem dignoſcere poſſunt treis ne partes habeat animus,rationis,iræ,cupiditatis,an ſimplex, vnuſque ſit; ſic cernunt ſummum naturæ artificium,& Deum optimum Maximum precantur,colunt,venerantur;ſic fatentur, atque agnoſcunt diuiniorem vim,quæ cum conſilio,& prudentia humanum corpus ingenuit; quam Dei artem,& prouidentiam exiſtimant.

Sed relicta vtilitate,quam ex Anatome colligunt pictores,& fictores non mediocrem, Philoſophi magnam, transſeamus ad eam, quam Medici maximam conſequuntur. Venantur enim per hanc,quicquid ſecundum Naturam eſt in ſingulis partibus noſtri corporis,munera, nempè,atque vſus,quæ [c] ſunt effecta ſanitatis;præterea compoſitionem ex forma,& materia,in qua conſiſtit ſanitas partium ſingularum; deprehendunt ſubſtantiam ſimplicium partium,quæ ſunt materia [d] inſtrumentorum; componuntur enim hæc ex pluribus partibus ſim- F
plicibus, ex quibus vna propria [e] eſt,neque alibi in vniuerſo corpore reperitur,per quã ſuum officium faciunt,cæteræ vſum aliquem præſtant ad ipſum efficiendum. Inſunt ſingulis partibus ſimplicibus [f] certæ qualitates,ut mollities,durities,raritas,denſitas,per quas inter ſe differunt, & materia [g] fiunt inſtrumentis componendis idonea: quanquam hæc vbi grandia ſunt,non ex ſimplicibus partibus, ſed ex minoribus compoſitis efficiuntur, veluti manus ex digitis,pulmo,iecur ex fibris; qualiſcunque autem ſit materia inſtrumentorum, deprehenditur per Anatomen non ſecus quam forma,ad quam pertinet [h] conformatio,magnitudo,numerus,ſitus,vnitas. Conformationi ſubijciuntur figura,ſuperficiei aſperitas,ac læuor, tum caua, vt canales,receptacula,& foramina. Magnitudo complectitur longitudinem,latitudinem, altitudinem. Ad numerum refertur multitudo partium tam ſimplicium,quam compoſitarum, ex quibus ſingula inſtrumenta, & vniuerſum corpus conficitur. Ad ſitum ſpectat locus,vbi pars reſidet, & nexus,quem cum alijs habet.

Complectitur locus [i] differentias ſex,ſuper,& ſubter;ante,& retro;ad dextram partem,& ſiniſtram;præter quas conſiderat Medicus interiorem,uel [k] exteriorem ſedem,è regione,uel contra,quæ tamen differentiæ ſub ſex prædictis continentur.

Nexui ſubiicitur ortus, ductus, finis,coniunctio partium. Sed præter hæc omnia, pertinet G
ad formam vnitas,quam non ſolum in inſtrumentis, [l] ſed etiam in partibus ſimplicibus attendimus; cuncta hæc perſecando patefiunt,quamuis ante laterent; falſaque eſt empiricorum ſententia,qui aliter [m] pleraque ſe habere in mortuis exiſtimant, quam in viuis,& ob id Anatomen,non ſolum vt [n] fœdam,ſed Medico etiam inutilem reiiciunt; quin potius pleraque apparent in mortuo, qualia erant in viuo, & eandem materiam, ac non diſſimilem formam præſeferunt, id quod facile intelliges, ſi eorum vnamquamque ex ſimplicibus partibus ſpectes; ſi accidentia etiam, quibus formam contineri monſtrauimus, [o] ſigillatim perpendas. Medicus hac notitia fretus,quam perſecando ſibi comparauit, beneualentes tuetur, iam labantes confirmat, eos, qui in morbum aliquem inciderunt, ad integram valetudinem perducit, [p] quod non ita facere poſſet,ſi eſſet eius cognitionis imperitus. Nam nec deprehenderet locum affectum, nec recte deprehenſum curaret; neque enim ad patefaciendum locum ſufficit actio læſa,cum ſæpe lædatur,inuiolata etiam parte,à qua proxime proficiſcitur,quod illi [q] euenit,qui digitorum manus motum amiſerat,ex ictu ad ſpinæ medullam,fruſtra enim admouebantur remedia ad digitos,quandoquidem curare ſpinæ medullam oportebat,quod Galenus [r] faciens hominem ſanauit; id autem acceptum retulit notitiæ, quam per Anatomen fuerat aſſequutus. Viderat enim à qua parte medullæ ſpinæ diducerentur nerui, qui H
facultatem motus digitis præbent.

Confert igitur propoſita cognitio non modo [s] ad cognoſcendum locum affectum, ſed etiam ad curandum,præſertim cum manus opera neceſſaria eſt. Si quis ignoret conformationem,numerum,ſitum,cum ad curationem veniet,incertus [t] quaſi uiator per ignota loca iter faciet;ſi reſtituere luxatos articulos conetur,non minus fortuito id faciet,quam ſi cœcus tentet filum per foramen acus traiicere;ſed leue hoc eſt,ubi ſi non proderit,fortaſſe non multum oberit,fruſtra laborans. At ubi ſagitta euellenda ſit, vel aperiendus abſceſſus, vel quauis alia de cauſa adhibendus ſcalpellus,ſæpe aut exitium,aut graue aliquod infortunium, aut neruorum diſtentionem,ſanguinis effuſionem,aut certe deformitatem afferet incredibilem; niſi ad vnguem teneat venas,arterias,neruos,muſculos omnes,quorum originem,finem, ductum,magnitudinem,numerum,ſitum,figuram,frequenti inciſione perſpexerit: contra ille, qui in corporibus incidendis plurimum fuerit uerſatus, prompte manu utetur, uitabit periculum, circumſpecte tractabit partes præſtantiores; quod ſi cogatur tranſuerſum muſculum, neruum, aut chordam præcidere,actionem,quæ inde proficiſcebatur,perituram denuncians, [u] reprehenſionem effugiet, atque artis dignitatem retinebit. Nihil igitur æque expedit ægrotanti,

atque

a Gal. lib.2 de anatom. aggreſſ. c 2

b Gal.2. de Placitis ca. 3.

c Vidus li. 3. de tuen. val. gene. a principio.

d Ariſto. 1. li. de Gen. anima. c.1. & 2. lib. de partib. ani. c.1.

e Gal.4. li. de vſu par. c.12.& lib. de opt. cor por. conſti. c. 2.

f Ariſt.2. li. de part. ca. 1.

g Ariſt. ibidem.

h Gal.li.de conſt art.c. 5.& lib. de diff. morb. c.4.

i Ariſt.3. li. phyſic. tex. 55.

K Gal. 1.de loc. aff.c.1.

l G. de arte med.c.8.& li.de conſt. art.cap.6.

m Celſus l. 1.in proœm.

n Celſ. ibi. & G.l.de ſectis cap.5.

o Paulo ante,& l.1.de tu.val.gen.

p Gal.3. de loc. aff.c.10 & 1.de loc. aff cap.1.

p Gal.3 de lo. aff.c.10.

r G.loc.cit.

s G.loc.cit. & 1.de Anatomicis aggreſſ. ca. 3.

t G.3. catagen.c.2. in fine.

u G.1 de anato. aggr. c.3. Vidus l. 2. inſt.med. cap.23.

A atque in eiuſmodi curationibus medicum accerſire, in ſecandis corporibus valde exercitatum. At non ſolum partium naturam, ſed uitia quoque interdum Anatome patefacit. Aperiuntur aliquando cadauera, vt veniant in conſpectum internarum partium vitia, quæ hominem ſuſtulerunt, quod in funere patris filii rogant, vt ſe defendere poſſint ab eo morbo, quem tanquam hæreditarium uerentur: Iubent iudices aperiri corpora eorum, quos ſuſpicantur veneno fuiſſe interemptos, vt appareat num viſcera mortifero poculo fuerint eroſa, aut alio modo violata. Poſtremam vero hanc affert utilitatem Anatome his, qui Chirurgiam exercere, & manu mederi uolunt, vt eaſdem manus operas, quas deinde ad ægrotantes adhibituri ſunt, adhibeant ad cadauera, in quibus verſati diutius, quandam ſibi comparabunt facultatem, per quam poſſint ægrotantes quantum res patitur, tutò, citò, & iocunde curare. His ita conſtitutis, facilè intelligi poteſt, quanta ſit Anatomes vtilitas, quam incredibilis, quam admirabilis. Cæterum fœditas, cuius aliqui [a] ipſam accuſant, delectatione ſuperatur. Tenentur oculi pictura animalium imagines repræſentãte, in quibus externum dumtaxat eſt artificium; at quanto magis delectare nos debent corpora ipſa animalium, quæ non [b] externum duntaxat, ſed internum quoque parentis naturæ artificium demonſtrant.

a Celſus l. 1. in Proœ.
b Gal. 2. de nat. fac. c. 3

B

Quam requirat exercitationem Anatome.
Cap. II.

NOn nimirum igitur, ſi priſci illi medici, [c] ac Philoſophi adeò in partibus animalium perſecandis verſabantur; ſi filios ab ineunte ætate eiuſmodi ſectioni aſſuefaciebant; intelligebant enim magis idoneam eſſe ad addiſcendum teneram ætatem, quam firmam: quamobrem [d] πεπαιδευμένους appellabant peritos, qui a pueritia fuiſſent inſtituti. Contra imperitos nominabant [e] ἀπαιδεύτους quaſi defuiſſet illis inſtitutio à pueritia. In facultatibus ergo quas magnifaciebant, quemadmodum Anatomen, priſci [f] filios ab ineunte ætate inſtituebant, vt aſſiduo vſu, conſuetudineque ſecandi, partium noſtri corporis perfectã cognitionem aſſequerentur. Exercebantur in ea pueri apud magiſtros, tradebatur autem per manus, neque [g] literis mandabatur ab Aſclepiadum familia, qua extincta, Diocles primus eam ſcriptam reliquit, quòd antiquo illo more diſſuefactos pueros a ſectione cerneret, qui ſi manſiſſet, ſuperuacanei fuiſſent libri, in quibus ſingulæ partes nobis declararentur. Nunc cum ſeruetur ille mos, neceſſarii ſunt libri, quibus tamen [h] non eſt ex toto nitendum, ſed me- C moria, ubi defecit, eorum quæ ſectione perſpexerimus, redintegranda eſt, & lectione, & intuitu imaginum, quæ partes noſtri corporis egregie repræſentant; ad quas etiam inueniendas, & aliquo pacto cognoſcendas, priuſquam ſecentur, plurimum quoque libri, & imagines conferunt; quis enim eſt, qui Andreæ Veſalii uolumen accurate perlegens, non ſolum non reficiat memoriam eorum, quæ per ſectionem inſpexerat, ſed etiam non ſibi comparet peritiam non contemnendam, eorum, quæ numquam eſt intuitus? eſt enim opus, quod quantum intelligo, cæteris quæ in hac profeſſione ſcripta ſunt, longe admodum præſtat: complura enim continet, quæ veteres latuerunt, & quæ ab ipſis tradita erant, diligentiſſime perſequitur, & tã hæc, quam illa ita pictura illuſtrat, ut paruo labore a quocunque intelligi poſſint. Veſalium deinde imitati ſunt Ioannes [i] Valuerda, & Gabriel [k] Fallopius vir non minoris doctrinæ, quam induſtriæ, qui ulterius progreſſi, multa quoque ipſi adiecerunt, a magiſtro prætermiſſa. Hos omnes ſequi auctores operæ precium eſt, ſi quis Anatomen non modo ſcribere uelit, ſed etiam intelligere dum tractatur, & reuocare in memoriam dum elabitur.

c Gal. 2. de Anatom. aggre. c. 2.
d Gal. ibid.
e Gal. ibid.
f Gal. ibid.
g Ga. ibid.
h Gal. 2 de vſu par. c. 3
i Valuerda in ſua Anatome.
k Gab. Fallop. in obſeruat. anatomicis.

At præter lectionem, & imaginum intuitum, adhibenda exercitatio eſt, vt [l] diximus. Oportet autem non ſolum ſemel, aut bis, ſed ſæpe oculis ipſis intueri, ac perſecari animalium D partes: ad ſimilitudinem enim adhibendus eſt uſus mater [m] geminos noſcit conſuetudine oculorum; inter homines celerrime illos agnoſcimus, cum quibus plurimum uerſati ſumus: quæcumque uiſu percipiuntur, niſi ſæpius inſpiciantur, non cuſtodiuntur in theſauro rerum omnium memoria: quæ uſitata ſunt, non facile elabuntur; ſtirpes ſi non ſæpius inſpiciantur, nequeunt teneri ab his, qui earum artem profitentur. Neceſſarius ergo eſt frequens intuitus, ut ſtirpium, ita noſtrarum partium notitiam profitentibus; iuuat lectio, iuuat pictura, ut diximus, reuocando in memoriam partes tam ſtirpium, quam animalium: quæ niſi a pueritia impreſſæ fuerint, quamuis ſæpe etiam poſtea inſpiciantur, omnino elabuntur, redeunt tamen in memoriam quadam quaſi extrinſecus oblata impulſione, per lectionem, aut picturam. Sed lõgius labimur, redeamus ad utilitatem Anatomes, quæ tanta colligitur, ut operæ precium ſit, diutius in ea uerſari; vſque adeo magni refert, inueſtigare naturam partium ſingularum.

l Sup. paulo ante. & G. 2. de vſu part. c. 3
m Cic. l. q. Academic.

E

Ad quam facultatem referatur Anatome, & si ad medicinam, ad quam eius partem propriè pertineat.

Caput III.

EX definitione, quam abunde patefecimus, [a] intelligi potest ad quam facultatem referatur Anatome; exquisita enim inspectio partium singularum, ad quam tamquam ad finem spectat, ad artem pingendi, aut fingendi non pertinent, quæ solam [b] formam exprimit partium externarum; internas verò eatenus perscrutatur, quatenus perspecto ductu, origine, fine, processu, recessu, eorum quæ cuti subsunt, externam speciem aptissimè imitatur. Neque enim contendunt pictores, aut fictores, sibi comparare naturę singularum partium quam Anatome [c] pollicetur, notitiam absolutam, quæ nec pertinet ad Philosophos quorum videtur magis interesse; sufficit [d] enim ijs artificium in hominis fabrica contemplari, aliter enim animaduertuntur res ab ijs, qui eas ad vsum transferunt, aliter ab ijs, qui ipsarum inspectione delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. Cernũt Physici, non faciunt, atque idcirco Philosophia quamuis aliarum artium omnium nobilissima sit, minus tamen ad viuendum conducit; qua de re, (vt testatur Aristoteles) [e] postremo fuit exculta, nam ante ratio innumerabiles artes inuenerat, per quas quæcunque ad vitam necessaria essent, solerter consequeretur. Inter eas Medicina [f] fuit, quæ eo dirigitur, vt faciat, non vt contempletur, atque idcirco quæ per Anatomen ostenduntur, diligentius inspectat, vt transferat ad vsum. F

Ergo cum ad id quod maximas partes occupat, latissimèque funditur, referri tota facultas debeat, perspicuum est Anatomen ad Medicinam attinere, quæ sectis corporis humani partibus, ex inspectione maximam colligit partem fructus, cum beneualentes [g] tueatur, & ægrotantibus restituat sanitatem.

Cæterum cum multæ sint medicinæ partes, ad nullam magis pertinere [h] Anatome videtur, quã ad chirurgiam; hęc siquidem complectitur omnem manus operam, ad curandum, siue proximè, siue media interiecta cognitione pertinentem. Ex operis [i] autem chirurgiæ alię auferunt morbos, aliæ patefaciunt, vel postquam medicus ad curandum est adhibitus, vt cum demisso specillo, quam alte vulnus insederit, explorat; vel antequam adhibeatur, vt cum persecando cuiusque partis naturam inuestigat. Referre igitur Anatomen ad Chirurgiam [k] oportet, quod fecit etiam Galenus, [l] qui vt secundo libro de decretis Hippocratis & Platonis inquirat, oriatur ne motus voluntarius à corde, an à cerebro, secat thoracem viuentis belluæ, & cor aut euellit, aut arctè comprehendit, eamq; Anatomen appellat [m] Chirurgiam; ac meritò, cum sit opera manus ad curandum si non proximè, saltem alio interiecto medio pertinens. Idem facit Galenus [n] in libro de vsu pulsuum, vbi vt caloris originẽ cõperiat, cor viuentis belluæ nudat, eiusmodi anatomen similiter chirurgiã uocans. Philosophis autem, pictoribus, uel fictoribus, cum internas hominis partes intuentur, medicus Anatomen ministrat, non secus quam huic faber ferramentorum, architectus machinamentorum compositionem suppeditat, quibus vtatur, cum manu medicinam facit. G

Meritò igitur nos cum chirurgiam [o] tradidimus, inter eius operas numerauimus Anatomen, cuius suo loco mentionem fecimus, sed integram tractationem huc distulimus, ut continuata esset series operarum, quas chirurgicus molitur, quibus absolutis ad Anatomen reuersi sumus.

a In cap. 2.
b Gal. 2. de na. fac. c. 3.
c Supr in 1. capite.
d Gal. 2. de anatom. aggress. c. 2.
e Arist. lib. 1. diuinor. c. 2.
f Vidus li. 2. Insti. medic. ca. 3. & Gal. lib. de tu. vale. ad Thrasyb. c. 30. & Gal. lib. de constit. art. c. 2.
g Sup. c. 1.
h Vidus 1. lib. chirur. c. vlt. & li. 2. c. 1.
i Vidus locis citatis.
K Vidus li. 2. chirurg. c. 1.
l Gal. 2. de Placitis c. 4.
m Gal. ibi. c. 4.
n Gal. li. de puls. vsu c. 2.
o Vidus li. 1. de chirurgia c. vlt. & lib. 2. c. 1.

Quæ tractanda sint in descriptione Anatomes.

Caput IIII.

H

PRoponamus primum de quibus agendum sit, inde orsi, quod ex ijs qui de Anatome libros conscripserunt, plerique [p] naturam singularum partium tam simplicium, quam compositarum adeo diligenter persecuti sunt, ut substantiam, colorem, duritiem, mollitudinem, figuram, asperitatem, læuorem, caua, magnitudinem, nexum, sedem, numerum, originem, ductum, finem, actionem denique ipsam, atque usum uberrrimè enarrauerint, nihilque prætererint, quod ad cognitionem naturalis status ipsarum facere posse uideatur, quod munus ad hanc tractationem non pertinet, sed ad eam, quæ est de sanitate. [q] Constat enim unamquamque partem tunc appellari sanam, cum naturalem compositionem retinet, quæ propositis rebus continetur; eum uero, qui de illis agit, de sanitate agere manifestum est: qui Anatomen profitentur, non sanitatem, & naturam partium singularum debent sibi enarrandam proponere, sed manus [r] operam per quam inuestigare ipsam possimus, quod qui non faciunt, errant. In similem errorem deferri

p Vessallius, Valuerda, Realdus.
q Vidus in lib. 6. de tu. vale. gene. per totum librum, & in libro de tuen. valet. membr.
r Vid. lib. 1. de chirurg. c. vl. & lib. 2. c. 1.

A eos diximus, [a] qui de Chirurgia libros inſcribunt, in quibus morbos, cauſas, ſymptomata, ſigna, & præſidia omnia perſequuntur, quæ attinent ad eos caſus, qui manus operam deſiderant, ita vt minima pars librorum eorum ſit opera manus, quam profitentur; ſed hos ſatis [b] alibi improbauimus. Pergamus ad eos, qui integra volumina de Anatome conſcribunt, in quibus ſanitatem multo magis, quam quod pollicentur, enarrant. Quos tamen iure collaudare, & defendere ſe poſſe aliquis iudicabit; primo quod rem vtilem, ac medico neceſſariam tradant, dein, quòd ſine ipſa nequeant operam exponere quam profitentur; quandoquidem Anatome [c] vim habet ſigni, quo uniuſcuiuſque partis natura demonſtratur; ſunt autem ſigna ex numero eorum, quæ referuntur ad aliud, ſine [d] quo intelligi minime poſſunt, neque enim tenere ſigni alicuius notionem valemus, niſi ſimul teneamus quod ſignificatur.

[a Vidus l. 1. de Chirurgia ab initio. b Vidus l. 1. de Chirurgia ab initio. c Sup. c. 1. d Ariſt. in prædicam. c. de relatiuis.]

Quamobrem non poteſt tradi Anatome, quæ nobis ſingularum partium naturam ſignificat, niſi ipſa quoque ſimul tradatur; hæc ſunt, quæ reſpondere poſſunt, qui eorum ſcriptorum patrocinium ſuſcipiunt, quos facile ex defenſione deiiciemus. Fatemur enim notitiam partium ſingularum, quam perſcribere exquiſitam conantur, ſummopere vtilem eſſe, ac neceſſariam medico: ſed (vt præclare monet poeta [e] ille) nunc non erat his locus, cum abſoluta, & perfecta tractatio naturæ vniuſcuiuſque partis, pertineat ab librum de tuenda
B valetudine, non de Anatome.

[e Hora. in Poetica.]

Illud vero argumentum, quod grauiſſimum, & firmiſſimum videbatur, de neceſſitate tractandi ſimul ea, quæ mutuo ad ſe referuntur, nullo negotio diſſoluitur; nam detur, non poſſe explicari ſignum abſque re ſignificata, & ob id Anatomen abſque natura ſingularum partium, quam demonſtrat, at non propterea perſcribenda hæc eſt coniunctim cum Anatome, ſed ante (vt fecit [f] Galenus) qui non iiſdem, ſed proprijs, ac ſeparatis libris tractauit ſectionem à natura partium ſingularum; nam licet non videatur una ab altera poſſe ſeparari, eſt tamen proprium ſuum utriuſque munus: natura vniuſcuiuſque partis, ante qua; de ſanitate diligenter perpendenda, & ad viuum reſecanda eſt, poſtea vero cum Anatome tractatur leuiter percurrenda, & eatenus commemoranda, quatenus poſtulat cognitio propoſiti muneris, neque de ea volumen longius producendum, præſertim in partibus multiformibus enarrandis, quæ longiorem deſiderant diſputationem, nã de ſimplicibus eadem fere repetuntur in hoc opere quæ dicta ſunt in eo quod [g] eſt de tuenda ualetudine generatim. Breuiorem me duæ res facient, una eſt, quam ſequor methodus in ſingulis rebus tractandis; altera, quòd quæ non ſunt hic inſtituta, eatenus perſequor, quatenus faciunt ad patefaciendas ſingulas partes noſtri corporis per operas manus, vt ſectionem, demiſſionem ſpecilli, aut fiſtulæ, vin-
C culum, inflationem, prehenſionem per hamum, & alias in [h] Chirurgia enarratas. Quamuis autem Anatome plures requirat, nomen tamen apud Græcos [i] obtinuit ab una ſectione, qua ex maiori parte vtitur.

[f G. in lib. de aggreſſ. anatomic. & libris de vſu partiũ. g Vidus in l. de tu. va. generatim. h Vid. in l. 1. de Chirurgia ca. vlt. i G. l. defin. medic. non longe a principio.]

Eiuſmodi igitur omnes operas in aperiendis partibus, in quibus requiruntur explicare neceſſe eſt, quod antequam ſigillatim fiat, operæ precium eſt, præcepta quædam omnibus communia recenſere, quem ordinem in [k] Chirurgia quoque ſeruauimus. Sunt autem eadem fere, quæ communiter proponuntur hic, atque ibi, eadem enim attenduntur in parte Chirurgię atque in tota, [l] nimirum Medicus, ægrotans, miniſtri, inſtrumenta, lumen. Hic tantum pro ægrotante conſiderandum eſt corpus incidendum, quibus conſtitutis, ad operas in ſingulis partibus exercendas tranſibimus.

[k Vid. in l. 1. Chirurgiæ cap. 2. l Hip. l. de offic. med. ab initio.]

Qualem oporteat eſſe medicum, qui Anatomen profitetur, & quales miniſtros. Cap. V.

D VEniat igitur primo in medium Medicus, qui adminiſtrare Anatomen debet, profecto cum idem ſit, qui opera manus vtitur in curando, neceſſe etiam eſt, ita ſit inſtructus, vt in Chirurgia [m] præcepimus, vbi ipſum ſpectauimus, & priuſquam ad curandum adhiberetur, & poſtquam adhibitus eſſet. Triplici autẽ [n] bonorum genere, fortunę, corporis, & animi præditum eſſe ipſum voluimus, priuſquam ad curandum adhiberetur; deſiderauimus in eo fortunæ bona, ne [o] ob anguſtiam rei familiaris auocaretur à ſtudio, atq; ab operibus artis; eadem nunc in eo requirimus, qui verſari debet in corporibus incidendis; longum enim tempus poſtulat hæc ars, & hominem, qui omnibus rebus poſthabitis, totum ſe in inueſtiganda natura noſtrarum partium collocet, omneque in eo ſtudium, curam, atq; operã ponat, non ſolũ quia plurima ſunt, q̃ notari debent, ſed ẽt quia eadẽ ſæpius inſpectanda ſunt: quæcunq;.n. oculorum ſenſu percipiuntur, facile excidunt, niſi aſſiduitate inſpectionis, vt ſupra [p] mõſtrauimus, memoria reficiatur. Ex bonis corporis neceſsaria eſt ſanitas, laborioſa.n. eſt opera hæc, quam præſtare homo infirmus nõ ualet: requiritur potiſſimum clara oculorum acies, ne minimum quidq; fugiat incidentem, ſæpe enim paruæ etiam particulæ maximi ſunt momenti, & vſum præbent incredibilem, quod in neruulis quibuſdam accidere videmus.

[m Vid. in l. 1. de Chirurg. ca. 3. n Vid. ibi. & l. 2. de inſtit med. cap. 6. o Vid. ibi. p Sup. c. 2.]

Requiritur & manus [a] ſtrenua,atque agilis,ut cum neceſſe eſt altius ſcalpellum demitte-re,ſecare quæ duriora ſunt,impellere,educere,atq;in diuerſa contendere,poſſit hæc firmiſſi-me præſtare:dexteritas [b] vero manus efficit,vt cæteris inuiolatis, tantum ſcalpello attinga-tur,quod propoſitum eſt,tum vt apte inter ſe partes diducantur;ne ve dum vna tractatur,al-tera laceretur:præterea,vt cutis à ſubiectis corporibus adhuc integra ſeparetur: Mitto iucun ditatem, [c] quam ſpectatoribus affert dexteritas;hanc vt in alijs artibus amamus, ita etiam in ſecandis corporibus animalium,& eo magis,quo materia tractatur longe nobilior, [d] quam ligna,lapides,aut metalla.Habetur dexteritas primum à Natura, ſed perficitur deinde vſu, atque exercitatione,non ſolum in animalium corporibus ſecandis,ſed etiam in minutis ope-ribus fabrilibus : reddit hæc maxime idoneum medicum ad perſequendas ſcalpello ſingulas particulas,quantumuis exiles, qualem in primis nunc eſſe conſtat Gabrielem Fallopium me-dicum doctiſſimum.Reſtant bona animi,quæ in [e] morales virtutes , & ſcientias ſeparantur ; vtriſque inſtructus eſſe debet Medicus ad ægrotantium curationem,ſed ad animalium corpo-ra ſecanda,non ita neceſſariæ ſunt virtutes,ſicuti ſcientiæ; ergo præter dialecticen , ac natu-ralem Philoſophiam,peritiſſimus [f] eſſe debet medicinæ,& ad vnguem tenere hominis natu-ram,ita ut uſum,actionem,formam,& materiam non ſolum didicerit,ſed animo firmiſſime te-neat,ne in ipſa ſectione hæreat,ſed prompte, atque expeditè ſuum munus exequatur : alio-quin minus idoneus erit,qui belle incidat,euellat,monſtret vniuſcuiuſque partis conſtitutio-nem.Si quis autem roget,quo pacto ſciri hæc a medico, ante Anatomen poſſint, cum per ip-ſam [g] inueniantur;huic audacter reſpondebimus,neminem eſſe idoneum Anatomes profeſ-ſorem,niſi prius [h] quæ per ſectionem patefiunt,partim lectione, partim inſpectione didicerit apud magiſtros Anatomen exercentes ; & ueluti qui digitum ad fontem intendunt,oſtenden tes quæ reperiunt.

Si quis autem leuiter cognoſcens noſtrarum partium naturam,de libris,aut de præceptore per ſe uelit ſecare , ut teſtimonio oculorum comprobet quæ didicerat ; principio quidem, vt ignarus ſecandi lacerabit partes corporis, quod tractabit, ſed proceſſu temporis tandem fiet peritus , non ſecus quã [i] citharœdus citharam pulſando;præcedet ſectio imperfecta poten-tiam perfectam ſecandi.Exerceatur autem priuatim, priuſquam publicè naturam tentet ſin-gularum partium oſtentare.Talem igitur eſſe medicum uolumus , priuſquam Anatomen ag-grediatur,ſed cum iam aggreditur,cultum,habitum,actionem in eo requirimus,qualem præ-cepit Hippocrates, [k] vt aptiſſime exequi ſuum munus valeat:Cultus potiſſimum refertur ad vngues, [l] & veſtem;vngues non ſecus atque in alijs chirurgijs æquent digitorũ ſummitates; nam breuiores nequeunt prehendere breuia corpuſcula;longiores incommodi ſunt.

Veſtis [m] ita collecta ſit, vt neque fluat, neque ſtranguletetur,tum diſtincta ſic,ut nulla parte duplicetur. Habitus [n] medici dum ſecat,talis ſit,vt ſiue ſtet, ſiue ſedeat, commodè collo-cetur , paratusque ſit ad operas exequendas, & ſtabilis, ne labet . In [o] agendo autem vtatur digitis ſummis,plerunque indice cum pollice, interdum & tota manu prona, aut am-babus aduerſis.

Hactenus de medico, transeamus ad miniſtros, quibus eget ad Anatomen , vt abluant , [p] ſiccent, detergant, abradant corpora, quæ patefieri debent, vt alligent, ac contineant vi-uentes belluas, vt inteſtina, viſcera, & quæ ſubinde inciduntur, auferant, vt oſſa cadaueris purgent, ad ſcheleton conficiendum, vt partes, quæ inciduntur, aut ab aliis ſeparantur, di-gitis, aut hamis prehendant, vt inflent pulmonem , veſicam , & alia generis eiuſdem, multa miniſtrent ; [q] inſeruiunt etiam in ſeparanda cute à ſubiectis corporibus , ſiquando hoc munus ipſis alicubi ſit demandatum ; nam in buccis ne lateant muſculi, qui cuti vali-de inhærent,atque admixti ſunt,ſimiliter ſub alis, [r] Galenus autem a ſe remouendam exi-ſtimauit ; quod ſi illi periti ſint, aut leuiter eiuſmodi miniſteriis inſtructi, me-lius inſeruient. Adhibere ſolemus infimos homines, qui vt magis aſſue-ti laboribus, non defatigantur aſſiduitate, non recuſant tra-ctare, aut auferre quæ ſordida ſunt: ſed quicunque ſint, debent iuxta præceptum [s] Hippo-cratis tacere, parere imperanti medico, vt cum hoc, uel illud inſtrumentum petit,præſto ſint,obſequantur,præ-beant, quod petitur:ſint etiam ſecuri,ne præſente cadauere laruas perti-meſcant, atque exani-mentur.

a Cor. Cel. li.7.in pro-em.
b G.l.1.de off. Medic.
c Gal. loco citato.
d G.1.aph. com.1.
e Vidus li. 2. Inſtitut. medicinæ. c.6. & 1.li. chirur. c.3
f Vidus 1. lib.chirur. c.3
g Supra li. præſenti c. 1.2.& 3
h Gal.2.de vſu par.c.3
i Ariſt.9.li. diuin.c.8. & Ariſt. li. 2. poſterio rum c. ult.
k Hip.li.de off. medici ab initio.
l Hip.ibid. & Ga.1. de vſu par. c. 7.& Vidus lib.1.de off. c.3.
m Hip.ibi.
n Hip.ibi.
o Hipp.ibi
p Hip.ibi.
q Gal.3.de anato. ag-greſſ. ca.2.
r Gal.4.de anat. c.2. & l. de diſ-ſec. muſcu lorum c.1.
s Hip.l.1.de offic. Med.

E

F

G

H

A

De corpore, quod in Anatome incidendum est. Cap. VI.

Medicus dum in curatione versatur, tractat [a] solum corpus humanum, atque illud viuens, nam quod defunctum est, non tenetur amplius morbo, qui (vt docuit [b] Aristoteles) est affectus viuentis, & idcirco curationem non postulat; quadrupedum vero curatio non pertinet ad medicum, sed ad eum qui profitetur veterinariam artem, quam dicunt, aut mulomedicinam: quamobrem à medico vnum [c] corpus humanum uiuens curatur. Aperitur autem in Anatome, non modo humanum, sed belluarum quoque, inciduntur enim hæ non modo mortuæ, sed etiam viuentes, quæ sectio partim [d] ad alios, partim ad ipsum medicum confert: ad alios quidem, vt fictores, pictores, philosophos; siquidem qui fingunt, aut pingunt, conantur non solum hominum, sed belluarum quoque speciem exprimere, & idcirco non tantum illorum, sed harum etiam sectas partes intuentur. At Philosophi qui spectatores sunt rerum omnium, quas natura constituit, vt hominum, ita & belluarum partes intuentur, atque admirantur; nam his quoque, quamuis minimæ sint, & vilissimæ habeantur, insunt Dij, vt sapienter existimauit [e] Heraclitus. Ad medicum vero

B

eatenus spectat sectio belluarum, quatenus non sunt præstò cadauera humana; vetat enim superstitiosa quorundam religio, in quo casu cogitur belluas quantum potest similes incidere, vt nostrarum partium naturam inuestiget. Adde, quod vbi de sectione, vel vsu [f] alicuius ambigitur, ad quam partem referatur, nihil expeditius est, quam viuens animal secare; facile enim sic apparet, à qua parte quæque vis proficiscatur, & quem locum curare oporteat, vbi illa aut interit, aut imminuitur. Quamobrem necesse est belluam aperire, non hominem, quamuis Herophilus, [g] & Erasistratus nocentes homines à Regibus è carcere acceptos viuos inciderint, considerarintque etiam spiritu manente, ea quæ natura ante clausisset: neque enim crudele existimabant, (vt [h] inquit Cornelius Celsus) hominum nocentium, & horum quoque paucorum suppliciis remedia quæri populis innocentibus; sed nimis tetrum, nimis inhumanum, [i] nimis crudele est, viuorũ hominum membra, aluum, atque præcordia incidi, & salutis humanæ præsidem artem, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre, cum præsertim quæ tanta violentia quæruntur, perspici queant in belluis, quas natura alioquin ad hominum vtilitatem ingenuit, quanquam ab his etiam abstinet [k] Porphyrius, & quicunque sequitur Pythagoram, scelusque existimant uesci eorum uisceribus, neque intelligunt, omnia quæ sunt in mundo, hominum [l] causa facta esse, & parata: tantumq;

C

abesse, ut bestiarum causa parata sint, vt ipsas etiã bestias Dii immortales non ad aliud, quam ad vsum hominum fabricati esse videantur.

Sed his relictis, statuamus quomodo affectum esse debeat corpus, quod secatur: ergo ad munera singularum partium perspicienda, ut neruorum, venarum, arteriarum, musculorum, prætерea uiscerum, ut cordis, pulmonis, præstat viuas belluas secare, quod [m] Galenus se fecisse non solum scribit, sed docet etiam, qua ratione id fieri commode possit. At ubi latentium partium patefacere materiam, & formam oportet, idoneum est cadauer, ad id quod quærimus inuestigandum; præsertim ubi humanum sit; siquando hoc [n] deficit, simia accipitur, non qualibet, sed illa potissimum quæ hominis figuram inter alias maxime refert; habet hæc [o] faciem breuem, & rotundam, temporum musculos exiguos, caninos dentes, paruos, pollicem di[p]gitum in manu maiorem alijs, os pectoris inter quadrupedes latissimum; eadem minimum pilosa est, [p] erecta stare potest, belle ingredi, & velociter currere: videtur hæc non solum similis homini, sed fere vndique par, dissidet tamen in quibusdam, quæ [q] Galenus animaduertit, & in pluribus, quæ iuniores, [r] quibus maxime data est facultas incidendi humana cadauera, diligentia obseruarunt; multæ enim sunt dissimilitudines inter ipsam, & hominem, ut in musculis compluribus, in intestino, [s] in mesenterio, in omento, in fibris [t] pulmonis. Sed vete-

D

ris prouerbii admonitu, quando id fieri non potest, quod velis, id velis, quod potest, ad [u] simias confugiendum est, cum non est copia humani cadaueris, id quod coactus est facere Galenus, cui raro permissum fuit aperire cadauera humana. Aperuit igitur quæ ab his non multum distarent, atque imprimis simias, quas [x] narrauimus, quæ vbi non dentur, iubet, vt aliæ simiæ accipiantur, minus. n. dispares sunt, quam aliæ belluæ; at vbi hæ etiam desint, [y] ursum eligit, deinde aliam quadrupedem, ex iis, q dentes habent serratos; postea suem, tum belluam aliquam ex iis, quæ cornibus preditę sunt, & vnguibus bifidis; postremo solidipedem, & ruminantem: [z] reiicit autem paruas bestiolas, ut feles, & mustelas, quod harum partes plurimum distent ab humanis, & quod ob paruitatem, minus conspicuæ sint, quam in grandioribus belluis. Necesse [a] igitur est, vbi non sint hominum, secare cadauera quadrupedum, quantum fieri potest, simillima, nulla est autem tam dissimilis, quæ non habeat multa communia cum homine, quæve non præseferat partes aliquas per omnino pares. In iis igitur secandis, & viuentibus, & mortuis, debet assidue versari ille, qui Anatomen profitetur, vt consuetudine incidendi dexteritatem, quam [b] diximus, sibi comparet, per eam deinde ita artificiose incidat, ac publice ostendat humani cadaueris partes, ut summam moueant spectantibus admira-

a G. 1. aph. com. 1.
b Arist. l. de sensu & sẽsili c. 1.
c G. 1. aph. com. 1.
d Sup. c. 1.
e Heracl.
f G. l. 9. de Anatom. aggress. c. 1.
g Celsus l. 1. in proœmio.
h ibid.
i Cor. Celsus loco citato.
k Porphyrius.
l Ari. 2. phy sicorũ tex. 23
m Gal. 7. d anatomicis aggres. c. 11. & 14.
n G. l. 1 de anat. aggressionib. c. 2. & li. 6. c. 4.
o G. ibid.
p G. ibid.
q G. l. 1. de anat. aggres. c. 2.
r Vessallius l. 5. c. 4
t Vessallius l. 2. c. 7.
u Gal. 1. de anat. c. 2.
x Pau. ante & G. lib. 6. de anat. ad min. c. 1.
y G. ibi.
z G. ibid.
a Gal. 1. de anat. adm. c. 2. G 6 li. de anat. ad min. c. 1.
b Sup. c. 5.

tionem.His ita conſtitutis,ſatis iam conſtat,in Anatome non modo humanum corpus ſecari, E
ſed etiam belluarum,quæ ſolæ viuentes ubi res poſtulat,incidantur.Sed quia ad id quod quæ
rimus,multum intereſt,qui ſexus,quæ conſtitutio, quæ ætas,qui habitus ſit corporis quod ſe-
catur,tum quod tempus,& quod genus necis,idcirco ſingula ſeorſum exponenda ſunt.Quod
attinet ad ſexum, qui animalium naturam perſcrutari uolunt, promiſcue, & communiter tã
mares,quam fœminas debent inſpicere,ita ut cadauera incidenda ſint,& modo hæc,modo il
la,prout ſe ſe nobis offerunt,ſiquid autem in diſquiſitione poſitum ſit de mammis, de vtero,
de fœtu,ſecetur fœmina, ſiue homo,ſiue bellua, alioquin marium corpora euidentius vniuſ-
cuiuſque partis naturam patefaciunt;vtrumuis ſeces,ſiue marem ,ſiue fœminam,præſtat eli-
a Supr. lib. præſenti, c.1. gere corpus maxime ſecundum naturam affectum,cum eò [a] ſectio ſpectet,ut quæ ſecundum
naturam ſunt,ſe ſe oſtendant; cum præternaturam affectum eſt, nequit naturalem compoſi-
tionem,quam quærimus,demonſtrare:danda igitur opera eſt,ut habeantur, non modo homi-
num,ſed belluarum quoque cadauera,quantum eorum conditio patitur, naturalem compoſi
tionem retinentia, id quod maxima ex parte faciunt, quæ è ſuſpendio ſtatim accipiuntur ;
ſed multo magis, quæ poculo ex papaueris lachryma interimuntur,quo necari ſolent illi ſon-
b Ga. li. 4. de anato. adm. ca.2. tes,quorum corpora ad vſum Anatomes medicorum Academijs conceduntur. Galenus [b] ve F
ro ſimias iniecto fune ſtrangulari in aqua uolebat,ne vlla pars colli violaretur. Sed cum poſt-
quam interempta ſunt corpora,nondiu ſeruent naturalem compoſitionem, nam aut putre-
ſcunt,aut exſiccantur , aut contrahuntur , ita ut uix ſeparare cutem a ſubiectis partibus li-
ceat,ſatius eſt,recens mortuum ſecare;ſiquando inaruit,ac riguit, perfundatur aqua calida,
ſic enim mollitur,quaſi recens mortuum ; earum tamen belluarum , quæ ſanguine humidiori
continentur,veluti ſues,præſtat vetuſtum cadauer; quod recens eſt,minus idoneum eſt, cum
ſanguinis ſuffuſio inciſionem pariter impediat, atque aſpectum, atque idcirco talia corpora
c Ga. 4. de anat. adm. c.2. vetuſta [c] accipimus,& in aere frigidiore aperimus.Porrò ætas animalis, cuius cadauer inci-
dendum eſt,firma ad pleraſque partes inſpiciendas aptiſſima eſt , quamquam nerui, & liga-
d Ga. 4.de Anat.c 2. menta melius [d] apparent ſenio confectis, cum non obruantur pinguedine , qua etiam ca-
rent ætate tenera ; ſed tunc eiuſmodi partes exiles ſunt,& imbecillæ , ita ut præſter,ſeniori-
bus corporibus apertis,ea inſpicere:ergo vbi detur optio,talia incidere corpora oportet,qua
e In hoc c. lia deſcripſimus, [e] alioquin ea,quæ ad manum ſunt . Qua ratione autem collocari debeant,
agemus,qua de lumine,& loco,vbi adminiſtratur Anatome,ſi ante inſtrumenta, quibus uten-
dum eſt,propoſuerimus. G

De inſtrumentis ad Anatomen neceſſarijs. *Cap. VII.*

OPeræ, quas Anatome requirit, quamuis magna ex parte ad ſectionem referantur,
f Sup.ca.1. & 3. vnde nomen traxiſſe hanc facultatem diximus, [f] ſunt tamen pleræque aliæ,quas
chirurgicus præſtat in curando. Quamobrem facultas hæc illis vtatur inſtrumen-
tis,quæ in vnaquaque opera chirurgiæ vberrime [g] expoſuimus,eadem nunc ſum
g Vid. li.1. chirurg.c.6 matim repetemus,adijcientes,ſi quod nouum requiritur,quod ibi minime fuerit enarratum.
h Vid. li.1. chirur. c.6. In vniuerſum autem vt in Chirurgia, [h] ita in Anatome inſtrumenta tot, & talia eſſe debent,
quot,& qualia valeant nobis ad perficiendas operas inſeruire.In curandis quidem ægrotan-
i Ga.14.meth.c.13. tibus cum aut [i] ſanitas reſtituitur,aut nulla noxa infertur,tunc dicimus manus operam tuto
præſtare,in exercenda verò Anatome,cum nulla pars laceratur,ſed vnaquequæ quantum fie-
ri poteſt ſtatum ſuum retinet naturalem;quamobrem ad inſtrumenta, per quæ ſecemus , alia
quoque accedunt,quæ efficiunt, vt tuto ſecemus:huiuſmodi ſunt ſtili, quos indimus in cana-
K Gal.4.de loc.aff.c.2. les aperiẽdos,tũ laminæ,membranæ cuſtodes, μηνιγγοφύλακας [k] græci nominant.Reliquæ duæ
animaduerſiones,ſcilicet vt celeriter, & iocundè vnamquamque operam præſtemus , com-
munes ſunt aliarum artium, præcipit enim Hippocrates , [l] quemadmodum in Chirurgia nar H
l Hip. 2. li. de off. medici text 1. & 1. acuto. tex. 8. rauimus, [m] vt in quauis arte quæ citò,& iocundè fieri poſſint,citò,& iocundè fiant,atque id-
circo etiam in Anatome adminiſtrãda imprimis probatur ille medicus,qui opportunis mune
ribus non ſolum tutò,ſed citò etiam,& iocundè fungatur.Nam quod attinet ad celeritatem,
m Vidus li. 1. de chiru. c.2. qui celerius vnamquanquam operam efficit, minus incommodo afficit.Ad expediendam ope
ram appoſita ſunt cuiuſque generis complura inſtrumenta , veluti complures cultri , vt cum
vnius acies hebeſcit,altero utamur,eodem conferunt non ſolum complura , ſed etiam oppor
n Gale. 14. meth c.13. tuna,& idoneo loco collocata.Cœterum iocunditas,in chirurgia maxima ex parte ad [n] ægro
tantem,in Anatome ad ſpectatores refertur,qui facilius,ac diutius in theatro retinentur ſi &
aliquo pacto oblectentur,& nihil, aut certe quam minimum offendantur ; huc ergo ſpectat
iocunditas .

Quamobrem habeantur inſtrumenta elegantia ad exercendas operas neceſſaria , habean-
tur quæcumque ad iocunditatem conducunt,quemadmodum ſpongiæ,vaſa,odores . Inſtru-
o Vidus 1. li. chirurg. c.6. menta [o] igitur tot,& talia eſſe debent,per quot,& qualia poſſimus operas inſtitutas tutò,ci-
tò,& iocunde præſtare.Poſtulat autem inſtrumentorum ſtructura tam formam , quam mate-
riam idoneam:materia alia alijs aptatur,neque enim eadem omnibus conuenit;quędam fiunt
ex

A ex ligno, quædam ex metallis,vt ex argento,ex ære,quamuis pleraque conficiantur ex ferro, alia molliore,alia duriore. Postulant & instrumenta aliam formam,& ad alias operas,atque ad eandem in alijs partibus efficiendam,veluti ad sectionem,cui & cultri, & scalpelli multiformes inseruiunt; sed quam materiam,quam formam postulet vnumquodque instrumentũ, intelligemus,si vnà cum operis,ad quas aptantur, singula perpendamus:sumemus autem initium à sectione,quæ & ipsa per se maxima ex parte vsu uenit,& alias operas sibi quasi ancillulas subiicit;utitur hæc instrumentis,non solum forma,sed etiam materia inter se differentibus: nam quamuis maxima ex parte conficiantur ex ferro, [a] fiunt tamen nonnulla ex buxo, vel alio ligno densiore. Aptantur hæc, vbi molliores partes separare inter se volumus, quemadmodum musculos valde inhærentes; nam ubi ferreus scalpellus adhibeatur, acies abrumpitur, & quod separandum est lacerat: alioquin ad incidendum debent conflari [b] instrumenta ex ferro,uel duriore,ut ad ossa,cartilagines, ligamenta, & alias eiusdem generis partes duras, uel molliori, ut ex chalybe,ad secandas partes molles.Sub forma,quam spectare in instrumentis secantibus debemus,comprehenditur figura, magnitudo, numerus,non secus quã sub forma partium nostri corporis. Ad figuram attinet cuspis, gladij enim siue cultri,siue scalpelli,[c] in acutum mucron em desinunt,quib.utimur,ubi per angustio
B ra loca penetrare necesse est;alij desinunt rotundi,ac lati,atque hi opportuni sunt ad diducẽdas membranas:sed inter cuspides acutas,aliæ rectæ figurantur,aliæ ad similitudinem falcis, ut hæc ad obliquam, [d] illa ad rectam sectionem accommodetur. Subijcitur etiam figuræ acies,quæ uel æqualis est,quemadmodum in tonsorijs cultris,atque in scalpellis;uel inæqualis, quemadmodum in ferris;, quæ cunei modo figuratos dentes habent pectinatim dispositos,qui facile imprimantur,ualeantque durissimas partes,ueluti ossa perfecare. Verum acies æqualis non semper eodem modo acuta conuenit, sed magis ubi incidendæ sunt partes molles,minus ubi secare ualde duras oporteat,ueluti ligamenta,cartilagines,ossa, expedit enim tunc hebes. Acies postulatur acuta,uel ab altera parte tantum,uel ab utraque,prout scalpello,uel ab uno latere,uel ab utroque incidere necesse est.Magnitudo item secantium instrumẽtorum,quam diximus sub forma comprehendi,uaria est,quædam enim grandia requiruntur, quædam parua,quædam media,ut respondeant partibus incidendis, & ita aptentur operis, quas molimur. De numero autem ante [e] diximus multis opus esse instrumentis eiusdem generis ad celeritatem comparandam,sed eiusmodi numerus non pertinet ad formã,quam nũc in eodem instrumento attẽdimus: Vbi pars secanda est,opus est interdũ simplici scalpello,cũ ab vno tantum latere secari debet : interdum duplici, veluti ad costam secandam, ad quam
C excisoriam forficem adhibemus, quæ constat ex duobus scalpris, oppositam aciem inter se habentibus,ac media fibula distentis.Ad sectionem,præter secantia instrumenta, cotem quoque pertinere manifestum est, qua illa subinde acuantur, cum eorum acies sectione retunditur.Refertur & ad sectionem malleus, quo scalpellus hebetiorem aciem habens ad diuidenda ossa impellitur.Cæterum sectioni aliæ quoque operæ subseruiunt,ut prehensio, & custodia,atque idcirco etiam instrumenta,quibus ad præhendendum,vel custodiendum vtimur.Interca dum secamus,aptissimi sunt digiti sinistræ manus,sed lumini officiunt; ideo vulsella, aut [f] hamo prehendimus particulam,quam resoluimus.Habemus aũt hamos variæ magnitudinis, ut eum particulæ inijciamus,qui maxime aptatur. Ad custodiendum [g] vero laminam demittimus, aut stilum ex metallo, uel [h] ligno,uel dimidiatam fistulam æneam,in venas,arterias, aut sinus,deinde scalpello lineã ducimus,qua parte eiusmodi instrumentum aliquod demissum est; quo fit,vt aperiamus, quod uolumus,altera parte inuiolata; quamquam demittimus etiam stilum,aut [i] specillum,ut sinum spectemus,& anfractum inuestigemus; atque ita naturam partium patefaciamus.At ne in hac inquisitione laceremus partes,quas attingimus,stilo, aut specillo utimur ex plumbo,quod facile sequitur:spectat hæc opera ad sectionem, tanquã
D ministra,non secus quam inflatio,per quam intelligamus partium amplitudinem naturalem: subsidunt enim in cadauere partes, quæ turgere solent, sed admoto clystere,vel folle fabrorum, aut ore ministri inflantur; & eo pacto ostendunt, quantum secundum naturam distendãtur:cognoscimus hoc pacto intumescere adeo pulmonem, vt compleat spacium thoracis, & cerebri membranam internum spacium caluariæ.At [k] per fistulam non modo inflamus, sed dignoscimus etiam an sanguis in arterijs contineatur,aperitur enim viuentis belluæ arteria,in quam fistula,aut calamus demittitur. Præterea vt stabile sit corpus, quod aperitur & commode secari possit,adijciuntur ferramenta,aut fulcra,ex paleis,pannis,scorteis, puluillis, aut alia eiusdem generis. Iam vero canales, ut nerui, & arteriæ, cum viuæ belluæ secantur, laqueo intercipiuntur, vt appareat, [l] vnde vitalis, aut animalis facultas proficiscatur: sed ad laqueum nectendum inijcitur filum aliquod, vel ex lino,vel ex serico, per acum, quam sub canali traijcimus; ad quem vsum habentur acus complures; obliquæ autem commodiores sunt; pro acu vtimur interdum specillo,ab altero capite perforato.Alligamus etiam intestina,ne dum extrahuntur,& alias partes inquinent, & fœtorem teterrimum inhalent; ita vt spectatores intolerabili odore repellantur; sed alioquin fœtorem cadaueris solemus repelle re thuribulo, & alio eiusmodi vasculo,odoribus incẽsis.Solemus & fasciculos florum ad nares admo-

[a] G.16. de anat. adm. c.10.& G.9. de anato. adm.c.1.

[b] G.l. 8.de anat. adm. c. 6.

[c] G.8.de anato. adm. c.4.

[d] G.8.de anat. adm. c.4.

[e] Sup. hoc c.& Gal.6. met.c.6.

[f] G.1.de anat.adm.c. 5.& l.8. de anato.c. 4.

[g] G.4 d lo. aff. c. 2. & 1.de off co. 6.

[h] G.6.de anat.adm.c. 10.

[i] G.9. de anat.adm.c. 1.

[k] G.l.an sãguis in arteriis contin. c.8.

[l] G.l.an sanguis ĩ art. c 8. & G.l. de vsu pul. c.2. & 2. l. de Pla. Hi. & Pla.c. 6.

a Arist. 13. proble-- mat. 9. & 20. lectio. probl. 33. admouere,è quibus afflant odores; quanquam tradit Aristoteles, [a] ea quæ male olent,si cum ijs misceantur quæ mouent odoris suauitatem, deterius olere,quod magis penetret ipsorum fœtor,ac deferatur; experimento tamen comperimus, fœtorem ab acerrimi odoris suauitate superari. Opera hæc, quæ odorationem comparat,si non ad secandum,certè ad iocundius secandum conducit, sicuti & detersio per spongias, quæ plures habeantur, ut absorbeant quicquid sanguinis,aut sordis effluxit,ut sine vlla fœditate aspiciantur partes,quas patefacere instituimus.Spectat & ad iocunditatem amotio eorum,quæ subinde è corpore educuntur, ad quem vsum parantur vasa,in quæ infundantur. Constat igitur operas omnes,& omnia instrumenta quibus utimur in aperiendis corporibus,aliquo pacto ad sectionē referri: sed quia secto corpore, ossa purgantur, & simul iunguntur; fitque quod græcè [b] σκελετός nominatur, necessaria etiam est terebra, aut subula, qua perforentur ossa; necessarium est & filum ferreum,aut æneum,quo inter se nectantur,& forceps, qua id præcidatur. Hæc de instrumentis Anatomes. E

b Gal. li. de ossib. c. 1.

DECLARATIO SCAMNI ANATOMICI,

Necnon Instrumentorum, quæ administrandis ritè Sectionibus potissimum accommodantur.

A	Scamnum cadaueri secando idoneum.	M	Varia stylorum genera.
B	Asser super quem viuēs corpus sternitur ad secandum.	N	Obliqua acus vna cū filo crassiore.
		O	Spongia.
		P	Serra.
C	Varia foramina per quæ laqueos traijcimus ad vincienda crura, ac brachia corporis quod secatur.	Q	Malleus ligneus.
		R	Arundines inflandis pulmonibus, ac ceteris partibus idoneę.
		S	Filum æneum nectendis ossib. aptū.
D	Anuli in assere defixi, manibus,pedibusque vinciendis accommodati.	T	Subula forandis ossibus accommodata.
		V	Scalper ossibus secandis idoneus.
E	Anulus,cui malæ viuentis belluæ catenula alligantur,vt immobile caput seruetur,neque vox,aut respiratio vinculis impediatur.	X	Forpex quo ænea fila prȩscindimus.
		Y	Cotes,qua acuuntur scalpelli.
		Z	Forficula.
		Γ	Forpex torquendis filorum extremis idonea.
F	Varia nouacularum genera.		
G H	Cultri,cultelli,scalpelli.	Π	Dimidiata fistula ænea super quam scalpellus ducitur.
I	Grandior,ac validior culter.		
K	Culter ex buxo.	⊕	Tigna quibus scamnum sustinetur.
L	Hamuli.		

A
B
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
R
S
T
V
X

De Lumine, Loco, ac Scamno idoneo ad Anatomen. Cap. VIII.

a Sup. c. 4. a Hip. l. de offi. ab initio. c Vid. lib. 1. chirurg c. 7. d Vid. ibi. e Hip. 1. li. de offi. tex. 31.

SVperest quintum ex ijs, quæ communia esse oïs Chirurgiæ monstrauimus, [a] lumen videlicet, quod pertinet quoque ad Anatomen; idque merito, cum sit quædam Chirurgia: cadit autem lumen sub b artem, quod apposite ad institutam operam aptetur ab artifice. Quamobrem de ipso nunc agemus, & simul etiam de loco, quē collustrare debet, ubi secare corpora conuenit, id quod in c Chirurgia quoque obseruauimus vna cum lumine persecuti officinam, in qua Chirurgicus suas operas moliretur, quamquam ad ægrotantem tantum, & Medicum ibi lumen retulimus: talem d enim esse voluimus, vt Medicus cernere posset partem, quam tractaret, & ægrotans nullam inde acciperet offensam, id quod Hippocrates e præcepit, (cum ait) ex luminibus quæ dantur, conferuntque, ægrotans semper conuertendus est ad illustrissimum. Verum in Chirurgia refertur lumen non modo ad medicum, sed interdum etiam ad id quod tractatur, veluti cum oculi curantur; at in Anatome nulla habenda est ratio belluæ, aut cadaueris, quod aperitur, sed magis conuertendum lumen est ad eos, qui spectatores se præbent partium quæ inciduntur: ita enim moderari lumen oportet, ut non solū medici, sed ipsorū quoq; oculis singulæ subijciantur. Si quādo autem medicus priuatim sectionem aggreditur, ut aliquid per se inuestiget, nihil ad eos spectabit, sed lumen, siue naturale, siue artificiosum adhibebit, sic ut facile perspiciat quæ inquirit, facile item sibi locum eliget opportunum. Verum ubi publicè administretur Anatome, ut solet in recte institutis philosophorum, ac medicorum Academijs, eo dirigere lumen oportebit, ut quæ aperiuntur, ab ipsis spectatoribus clarissimè discernantur: hoc quale esse debeat, exponemus, si qualis locus ad hanc operam aptissimus sit, enarrauerimus. Profecto cum hic ad uidendum pertineat, debet esse theatrum, quod a uidendo nomen inuenit, neque aliud est theatrum, quam ædificium uidendis spectaculis idoneū: proponebantur a ueteribus [f] scenici ludi in theatris, quorum multa adhuc uestigia, & quasi cadauera cernuntur: sic autem struuntur. Ex integro circuli spacio quarta pars scenæ datur, reliquum g theatro tribuitur: est autem scena quasi frons theatri: eiusmodi fuit apud veteres prima extructio, sed deinde duobus theatris simul iunctis cœptum est ædificari [h] amphitheatrum, ouata figura, ad ludos gladiatorios, & conclusarum ferarum uenationes: postea uero quam amphitheatrum in longam figuram tractum est, uocatus est circus, qui locus maxime opportunus est ad ludos curru les, ad curricula hominum, atque equorum, ad venationes, ad naumachias; sed tam in amphitheatri, quam in circi causa gradus sunt, quaquauersus, ex quib. sedentes spectare commodissime possint quæcumque in arena fiunt; hoc est in media area, quæ inde nomen traxit, quod sterneretur arena. In theatro gradus non sunt vndique extructi, nam quarta parte circuli (vt diximus i) scena collocata est, ubi scenici ludi fiunt. Ergo locus, vbi Anatome publice administratur, magis theatri formam habet, quam ouatam illam amphitheatri; aut lōgam circi; spectatores enim non debent grandiores res intueri, vt aurigas, gladiatores, venationes, naumachias, quæ etiam ex loco remoto spectātur, ut in amphitheatro, aut circo, sed minutas animalium particulas, quæ non nisi ex vicino loco discernuntur. Quamobrem isti spectaculo maxime idonea est forma theatri, quam descripsimus: k media enim scena collocatur scamnum, ubi iacet corpus, quod inciditur, & ab uno latere minister, ab altero medicus, qui sectioni præest: spectatores autem in theatri gradibus resident, uel potius stant, quasi pulpito innixi, tignis ad eum usum dispositis in prominenti parte graduum, unde simul omnes intueri queunt quæ subinde aperiuntur. Sed ut hæc idonea forma theatri est, ita etiam magnitudo, quæ spectatorum multitudini respondeat; quod obseruatum a ueteribus cernimus; nam in paruis oppidis, ac municipijs, ubi paruus esse debuit spectatorum numerus, parua theatra ædificarunt, contra magna in magnis, ac frequentissimis vrbibus; ut omnes uidendi cupidos maxime caperent, intelligebant enim nihil magis spectaculis aduersari, quam perturbationem, atque tumultum, quem illi excitant, qui iam completis gradibus angustiori theatro superueniunt, nam cum cernere nequeant quæ aguntur, indignati, atque alijs inuidentes, omnia perturbant; id quod etiam vsu uenit, ubi corpora aperiuntur: nam si ex celebritate academiæ theatridium iam refertissimum sit, neque omnes capere possit, omnia pertumultuose turbantur: debet igitur theatri magnitudo spectatorum multitudini respondere. Quod si locus, ubi constitui debet, angustis finibus concludatur, ita ut nequeat opportunam eius magnitudinem admittere, pro theatro cogimur amphitheatrum struere rotundum; ea enim [l] figura est omnium maxime capax, vbi etiam conclaue, quo contineri theatrum debet, non solum minus late patet, sed etiam quadratum est; amphitheatrum commode ibi componitur contentum figura octo angulorum: cedit hæc rotundæ, quod attinet ad capacitatem, non tamen multum ab ea distat, eiusmodi nunc vtitur Pisana academia: potest autem paruo negocio tale apparari in quadrato conclaui, in hunc modum: habeantur octo trabes, quæ æqualiter inter se distantes ita collocentur, vt summa parte parieti inhæreant, ima humi, uersus mediam aream; ita ut inferiori parte a pariete recedant, ut inter ipsum, & aream, transitum, & quasi por-

f Plinius li. 36. c. 15. g Vitruui' l. 5. c. 6. h Plin. l. 36 c. 15. i Pau. ante. k Pau. ante l Arist. 1. posteriorū c. 10. & G. 4. de vsu par. c. 7.

E F G H

A porticum interiectum relinquant; modo pateat aditus ex vna parte ad portam conclaui s exteriorem, ex altera ad paruum aliud conclaue, vbi habeantur ligna, ignis, aqua calida, vasa & alia eius generis omnia, quæ vsus postulat. Propositis trabibus suspendantur tabulata quatuor, quinque, aut plura ad aream spectantia, sexquipedale spacium inter se distantia: sustineantur autem subiectis fulcris ligneis, clauo fixis ad easdem trabes; ita autem constituta tabulata quanto humiliora sunt, tanto minus late patent, quanto sublimiora, tanto latius; ita ut plures possint superiores gradus, quam inferiores capere spectatores, stent autem hi in tabulatis, quasi pulpito innixi, vt ante de theatro diximus, [a] vnde spectare possint quæcunque in area patefiunt; in hac enim secantur corpora, cum non sit scena, qualem in theatro posuimus. Sed quia in amphitheatro siue rotundo, siue octo angulorum fieri non potest, vt omnes simul perspicere valeant, quæ subinde aperiuntur, habere scamnum volubile oportet, ubi iaceat corpus, quod inciditur, vt modo ad hos modo ad illos spectatores conuertatur, quod minime necessarium est in theatro, cum omnes simul perspicere possint, quæ aguntur in scena, & eadem opera omnibus sufficiat, idoneum enim est scamnum stabile, cuius paulo post mentionem faciemus; nunc enim ad lumen redeundum est, quo [b] collustrari theatrum debet. Pro certo nihil æquè ad lucem comparandam expediret, quam theatrum sine tecto; sic

a Pau. ante i hoc c.

b Ga. 8. de anato. admi. c. 4.

B enim maxime luminosum esset, & quæ ostenduntur, clarissimè oculis perciperentur. Sed tale nimis pateret iniurijs cœli, præsertim frigidioribus, atque imbribus, siquidem Anatome publice administratur hybernis temporibus; nam tunc gymnasia frequentissima sunt, & cadauera, quorū copia fit, diutius à fœtore defenduntur. Quamobrē tecto opus est; sed in amphitheatro, siue rotundo, siue octo angulorum, licet mediam tecti partem eatenus apertam relinquere, quatenus inde satis luminis diffundatur, quo pacto luce compleri nonnulla delubra videmus a Romanis ædificata; præbent etiam satis luminis fenestræ: duas autem abunde est in amphitheatro constituere inter se oppositas; ita vt una sit ab ea parte qua cadaueris caput, altera ab ea qua pedes collocantur, vt cum ille qui sectioni præest ad hos vel illos spectatores conuertitur, minus fenestræ lumen obstruens, alterius luce vtatur.

Sed in theatro, cum in scena corpus aperiatur; lumen aduersum esse debet, & ideo ab ea parte diffundi, qua theatrum est, sic enim illustrabitur scena, & scamnum cum corpore, quod secatur, in bono lumine collocabitur; cumque medicus ab vno latere, ab altero minister insistat, nihil interponetur, quod ipsum corpus opacet; spectatores autem in vnam sectionem oculos conijcientes, poterunt, quæ aperiuntur, diligentet intueri, at vbi non detur tantum luminis, quantum res postulat, cereas faces accendere oportet, & opportuno loco apponere: in lucem enim se collocari volunt partes, quæ subinde aperiuntur. Hæc de lumine.

C Scamnum vbi iacere debet corpus, quod inciditur, nunc sequitur. Quemadmodum uero ad curandum fracta, & luxata præcepit [c] Hippocrates, vt lignum idoneum habeatur (quod cum diligenter ab ipso describatur, scamnum [d] Hippocratis a recentioribus medicis est appellatum) sic in theatro necessarium est, ubi collocetur corpus incidendum: sit autem longum septem pedes, latum quatuor, crassum palmum; ab vnoquoque quatuor angulorum, tigno, quod trium pedum altitudinem, plus, minusue æquet, firmiter sustineatur. A lateribus vtrinque iuxta medium excauetur, vt ab vno det locum medico, ab altero ministro; sic medium angustius erit, ab extremis latius; qua parte autem latescit, collocantur hincinde instrumenta necessaria; siquidem medium occupatur a corpore, quod inciditur: huiusmodi scamnum aptissimum est in theatro, vbi spectantibus omnibus eadem opera patefiunt, quæ subinde inciduntur. In amphitheatro cum necesse sit conuertere corpus, modo ad hos spectatores, modo ad illos; necessaria est tabula volubilis, vbi corpus collocetur. Comparatur uolubilitas per medium axem infixum, qui deinde in medium scamnum ad eum vsum perforatum demittitur, ubi facile quo volumus, conuertitur, & unde ad arbitrium nostrum extrahi potest; sunt

c Hi. li. de art.

d Oribasi lib. de machin. c. 29. & Ga. 1. d art. in procem.

D qui cadauer suspendant ex trabeculis ad crucis figuram constitutis; quod ita alligant, vt quocumque velis conuertatur: sic enim existimant unamquamque partem magis naturalem situm retinere, quam vbi iacet. Sed tantum additur incommodi in secando corpore, quod ita suspensum est, vt præstet iacens, supinum, pronum, uel in latera conuersum aperire. Iam vero in sectione viuentium belluarum id maxime attendere oportet, ut immobiles maneant, neque possint medicum, aut ministros offendere; quod commode fit, si scamnum habeatur pluribus locis perforatum, [e] vt funes, quibus belluæ crura, & caput vinciuntur, per ea foramina traijci commode possint, & ad ferreos anulos in scamni latera defixos alligari. Commodum etiam est asseri duo bacula affigere transuersa, vnum ab inferiori parte, alterum à superiori, quæ subiectam asseris latitudinem excedant; qua parte enim excedunt, belluæ crura vinciuntur. Catenula [f] etiam caput, atque os prehenditur, atque ad caput asseris alligatur. Expedit autem complures asseres parare, diuersæ magnitudinis, vt vbique presto habeamus, qui secandæ belluæ magnitudini accommodetur.

e Sup. c. 7.

f Sup. c. 7.

Quo ordine persequi oporteat quæ tractanda sunt in Anatome. Cap. IX.

Q Væ communia essent omnis Anatomes iam vberrimè exposuimus, restant propria, E
quæ in sequentibus libris persequemur, si primo ordinem adhuc adscribemus,
quem in illis indicandis tenere maxime conueniat. Reuocemus primum in memo
a Supra capite 4. riam quænam ea sint, ostendimus autem supra [a] contineri Anatomen non mate-
ria, conformatione, aut muneribus partium singularum, sed operis, quibus vtimur
ad illa inuestiganda; siquidem secare oportet, specillum, vel fistulam demittere, alligare, infla
re, hamo prehendere, detergere, abradere, atque alia eius generis præstare. In his ergo ope-
b Vid. l. 2. de chirurgia varijs capitibus. ris, propriè versatur Anatome, sed earum ratio absoluta à nobis fuit in libris [b] de Chirurgia,
vbi vnamquamque manus operam, ad curandum, vel cognoscendum necessariam persecuti
sumus: cumq; eædem operæ, quæ ad aperienda corpora attinent, attineant etiam ad curan-
c Vid. li. 2. de chirurgia per totum librũ. dum, & cognoscendum morbos, reijcere oportet lectorem ad eos [c] libros, vbi explicantur
abundè. Nunc tantum restat, vt easdem accommodemus ad inuestigãdas singulas partes cor
poris, quod secatur, atque vt eas non amplius separatim, sed implicitas persequamur: nam vt
d Vid. in libris de cu. gen. materiam operarum manus, quæ ad curandum adhibentur, commixtam, [d] & confusam in
curatione morborum exposuimus, sic expedit nunc operas omnes ad anatomen attinentes,
coniunctim cum singulis partibus, tam multiformibus, quam simplicibus describere: quo au-
tem ordine progredi hæc tractatio debeat, nunc dicere ingrediemur. Scire igitur imprimis li F
cet, aliam esse rationem aperiendi corpora, cum de certa aliqua particula dubitatio est, ita vt
propositum sit, ipsius naturam persecando inuestigare, aliam cum omnes pariter inspicere
decreuimus. Vbi de vna tantum quæstio est, vt sæpè vsu venit, cæteris neglectis, ad eam pro-
tinus veniendum est, in cadauere, aut bellua, cuius copia est, nihil enim refert, si aliæ laceren-
tur, modo inuiolata seruetur illa, quam inspicere decreuimus: secus accidit, vbi omnes partes
pariter requiruntur; neque enim temere aggredi ad earum sectionem oportet, sed certo ordi
ne, de quo nunc agimus; quamuis autem apertis cadaueribus maxima ex parte innotescere
e Gal. l. 9. d anato. admin. c. 1. nobis possint, quæ requiruntur, quædam tamen partium munera, [e] ac officia postulant sectio
nem viuentis belluæ, vt magis comperiantur, quamobrem & humana cadauera, & viuentes
f Gal. ibi. belluas aperire etiam oportet: siquis ergo per se in Anatome exerceatur, auctore [f] Galeno,
debet prius assuescere sectioni cadauerum; dum exquisitè teneat venarũ, atq; arteriarum du-
ctus; ne deinde eas laceret, cum viuam belluam secat; prohiberet enim sanguinis suffusio ea
perspici, quæ requiruntur: in cadaueribus autem si vasa a minus perito violentur, non ita san-
guinem fundunt; celeriter enim concrescit, ita vt minus effundatur, minusque aspectum of-
fendat. Iam verò vbi aperiuntur corpora, vt publicè alijs patefiant, satius est à cadaueribus,
quam à viuis belluis sectionem ordiri, nam hæ festinanter tractandæ sunt, quod citò vita pri
uentur, illa per otium quantum velis, diligenter licet intueri, vnde iam spectatores eruditi po G
terunt celerem viuentium belluarum sectionem intueri. Vbi autem ad cadauera veniatur, ex-
g Gal. 5. de anat. admi. c. 6. pedita, & facilis distinctio est, siquidem vbi vnius tantum copia sit, cogimur non rei naturam
sequi, sed eas partes primo [g] secare, quæ citius putrefiunt, & minus diu seruantur, cuiusmo
di venter est, cum his, quæ in eo continentur; celerrimè enim spectatores odoris fęditate dę
pellunt: ventrem proxime sequitur thorax, cum visceribus, quæ in eo cõpręhenduntur; dein-
de caput, ac cerebrum; sed membra, vt brachia, & crura diutius sine fętore seruantur; & idcir
h Gal. li. 5. de anat admininist. c. 6. co postremò secari debent; quem ordinem & Galenus [h] se tenuisse testatur, in sectione simiæ,
& recentiores adhuc tenent, cum publicè corpora patefaciunt, ita iubente necessitate. Sed si
i Ga. lib. de ossibus in proœm & 1. de anato. adm. c. 2. quanta opportuna est, cadauerũ copia suppeditetur; tunc singulæ partes aperiendæ sunt, con
gruo ordine, ad quem nunc properamus. Postulat autem rei natura vt primo agamus de par-
tibus simplicibus; tum de compositis; quẽ ordinẽ in tractãda Medicina vniuersa secuti sumus.

In Anatome igitur primum ad sectionem simplicium partiũ aggrediemur, orsi ab ossibus,
K Gal. 6. de Plac. c. 2 & 5. de loc. affec. c. 1. & 9. meth. ca. 10. tanquam à fundamentis [i] partium reliquarum: Inde transibimus ad cartilaginem ligamenta
membranas, fibras, carnem, adipem, glandulas, cutem, tũ ad neruos, venas, arterias, musculos, H
ac reliquas partes oẽs & non modo ad eas, quę verè tales sunt, sed ẽt quæ talium uim habẽt,
quatenus ad multarũ partiũ cõstitutionẽ requirũtur; quẽadmodũ venæ, musculi, arteriæ, qui
bus absolutis pgemus ad partes multiformes, ante ostẽdẽtes totũ corpus, in quo vnamq̃q; par
l Gal. 9 de Plac. 6. & orat mat. ca 6. tẽ ex ijs, quã maximè cõpositæ cernũtur, lineamentis designabimus, vt caput, thoracẽ, ventrẽ,
brachia, crura, q̃ partes cũ in alias minores diuidãtur, illæ quoq. suis finib. circũscribẽdę erũt,
& vsitatis nominib. appellãdę; quę oĩa fiẽt corpore adhuc intacto, ꝙ deinde eo ordine patefa
m Supr. in hoc c & G. 5. de anat. adm. c. 6. cere oportet vt singulæ ipsius partes, & intelligi possint, & memoria teneri, nullus aũt ordo in
partib. multiformib. magis ad rẽ pertinet, quã ille qui spectat ad actiones ad quas fuerũt insti
tutæ Sũt [k] aũt hæ naturales, vitales, aĩales: quãuis aũt sumere initiũ liceat à q buslibet, satius
n Ga. 9 meth. c. 10. & 12. meth. c. 3. & 12. de vsu par. c. 3 tñ est à naturalib. ordiri, ꝙ hæ sint ẽt cões belluarũ, ac stirpiũ, quodq; resideãt ĩ vẽtre, q cũ ce
lerrimè putrefiat (vt ante dictũ [m] est) primo aperiri dẽt. Inde pgẽdũ erit ad instrumẽta facul-
tatis vitalis, quę cõtinent in thorace: his patefactis secabit caput ꝙ [n] est domiciliũ facultatis
animalis. Proxime à capite mẽbra incidentur, vt brachia, & crura, quæ similiter inseruiũt fa-
cultati aĩali, cum sint instrumenta motus voluntarij. Hęc cũ diutius incorrupta seruentur, me-
ritò

A ritò etiam inciduntur postremo loco; neque subscribendum arbitror Galeno, [a] qui cum maiorem vtilitatem afferri existimet ex cognitione membrorum, quam viscerum, ab illis incipiendam sectionem ducit. Fatemur quidem ad exercendam chirurgiam plus conferre inspectionem membrorum, quam viscerum, (det modo Galenus viscerum inspectionem ad naturam nostri corporis comprehendendam,) sine qua non potest sanitas nostrarum partium comparari (longè magis membrorum inspectione conducere.) Sed esto, cedat hæc illi, non proptere a tractanda sunt prius membra, quam viscera: sed seorsum licet ab vtrislibet ordiri. Præstat tamen vbi in eodem cadauere inspiciantur, prius [b] patefacere viscera, deinde membra. Hactenus de ordine inter partes tractandas, sequitur ille, quem seorsum in singulis, siue simplices sint, siue compositæ, tenere debemus.

Cum omnes fuerint ad certum finem [c] cõstitutæ, duo in singulis patefaciẽdis spectare oportet, finem, & constitutionem idoneam ad ipsum exequendum. Multiformes [d] partes fabricata est natura, vt muneribus ad hominis uitam pertinentibus fungantur. Simplices [e] vero vt suis qualitatibus idoneas reddant multiformes ad officia facienda. Continetur [f] constitutio multiformium non solum eiusmodi materia idonea, sed forma etiam, ad quam certa conformatio, magnitudo, numerus, situs refertur. Quamobrem in multiformium sectione, præter mu-
B nus, ad quod fuerunt institutæ, attendere & materiam oportet, quam præbent partes simplices, & formam quam diximus. At simplicium [g] constitutio materiam habet elementa, quæ sensum latent; solum nobis se ostendunt qualitates, vt mollities, durities, raritas, densitas, grauitas, leuitas, color, quibus prædita [h] est ipsarum substantia. Cumque carere alia forma uideãtur, præter utilitatem, quam præbent multiformibus, sola uidetur in illis attendenda substantia eiusmodi qualitatibus affecta. At res aliter se habet, cum ipsæ quoque certam formam obtineant; [i] sine qua ad multiformes construendas minimè aptarentur; quo pacto enim ex ossibus apte membra fingerentur; nisi ipsa quoque conformationem, numerum, situm idoneum obtinerent? neque obstat, quod partes simplices diuidi [k] debeant in particulas similes, nam facilis, & expedita fuit distinctio Aristotelis, [l] quod habita ratione substãtiæ, simplices sunt, & in similes particulas diuiduntur; non tamen habita ratione formæ, nam sic diuiderentur in dissimiles, & non amplius haberent uim simplicium. Ergo tam in simplicibus, quam in multiformibus, præter finem consideranda est apta compositio, ex materia, & forma: quamuis forma magis ad multiformes pertineat, in quibus clarissime cõspicitur: ordiemur autem à sectione simplicium; quem ordinem rei natura postulat, ut in superioribus [m] monstrauimus. Agemus primo de ossibus, quasi fundamentis [n] partium reliquarum.

a Gal. 1. de anat. admi nistr. c. 2. & 2. li. de anatom. admi. c. 3.
b Supra in hoc cap. & Gale. lib. 5. de anat. c. 6
c Gale. lib. 11 de vsu partium c. 13. & libello an omnes part. simul gignãtur.
d Arist. 2. l. de par. ani. cap. 1.
e Aristot. 2. de par. ani. c. 1.
f Vidus li. de tu. vale. gener. c. & Gal. de con stit. ar. c. 5.
g Ari. 2. de part. anim. c. 1. & Gal. lib. de diff. morb. c. 3.
h Ari. 2. de part. anim. c. 2.
i Arist. 2. de part. anim. c. 2.
K Arist. ibidem.
l Arist. loco citato.
m Supra in hoc cap.
n Gal. lib. de ossibus cap. 1.

Finis Primi Libri Anatomes.

VIDI VIDII DE ANATOME

Liber Secundus:

QVI EST DE OSSIBVS, CARTILAGINIBVS, ligamentis, membranis, fibris, carne, adipe, glandulis, & cute.

De ossibus in uniuersum. Cap. I.

OSsa ad stabilimentum, [a] ac firmamentum proprie constructa fuerunt à natura, sustinent enim, ac firmant partes omnes; quanquam aliqua non solum firmamenti, [b] sed propugnaculi etiam, & tegmenti loco sunt, quemadmodum ossa caluariæ. Huiusmodi igitur est finis, quem spectauit natura in ossium constitutione, ad quem materiam, & formam adhibuit valde opportunam. Materia [c] ex qua ossa componuntur, plurimum terræ habet, quo fit, vt durissima sint, & aridissima, si cum cæteris corporis partibus conferantur: talia magis conspiciuntur robusta [d] ætate, quam tenera: constant igitur ex parte [e] seminis crassiore, & magis terrena, quam caloris vis siccauit: quamuis autem dura sint omnia, plurimum tamen inter se differunt, cum alia magis, alia minus solida sint. Illa quæ σεσαμοειδῆ nominantur, fere solida sunt, ita vt si frangantur, priusquam diuturnitate temporis valde fuerint exsiccata, intimam substantiam densam ostendant, non raram, aut laxam; quamuis in lucem editis cartilaginosa diutius maneant. Alia quamuis solida extrinsecus uideantur, intus tamen substantiam preseferunt spongiæ modo raram, quam durior quasi testa integit; quemadmodum os sacrum. Alia præter raritatem substantiæ quam habent, quasi fistulæ [f] sinuantur, ueluti os femoris, tibiæ, humeri. In his cauis ne ociosa essent, inseruit natura [g] medullam, & in paruis foraminibus [h] aliquid medullæ simile, unde ossa alantur. Quæcumque autem ossa medullam suis finibus, quasi fistulis continent, extremis partibus adnatam habent [i] ἐπίφυσιν, hoc est appendicem, alterius ossis, quæ in unum coit, & firmiori ætate vix separari potest, nam tenera facile resoluitur cartilago illa, pet quam, ueluti per gluten nectitur appendix cum osse. Vtriusque autem superficies aspera est, ita vt paruuli processus unius alterius finibus aptentur. Licet autem appendix maxima ex parte annectatur [k] capitibus grandiorum ossium fistulas habentium, annectitur tamen & ossibus paruis, quibus & pedis planta, & palma, & digiti continentur. Porro grandiora [l] ossa, ut humeri, cubiti, femoris, tibiæ, tenues uenas obtinuerunt, per tenuia ipsorum foramina penetrantes, non magnas, cum parum [m] absumant alimenti, quod parum moueantur, & substantia prædita sint dura, ac frigida. At per ossa, quæ minuta sunt, nulla vena penetrat, neque etiam minima, quod satis [n] alimenti alliciant ab his quæ uicinę sunt. Carent ossa neruis, sicut, & sensu, nã dentes, ut alibi [o] ostẽdimus, in ossiũ numero nõ censentur; sicui aũt sentire ossa uideantur, id tribuendum est membranæ qua obducuntur, περιόστιον græce dicitur. Circumdatur aũt [p] ossibus ab omni parte, excepta caluaria, cui ab interiori parte non inhæret; cętera vndiq; mẽbrana inuoluuntur, pterquã vbi inter se cõmittuntur, eorũ.n. capita siue

a G.l.de ossib. c. 1.& Arist.3. de Partib. an. c.4& 2. de Partib.an. c.9.
b Ari.2. de partib.c 8
c Arist. & G.l.de oss. in Proęm. &1.de sem. c.10.& 2.de tẽper. c.3.
d Gal.2. de tempe. c.2
e Gal. 1. de sem. c. 10.
f Gal.11.de vsu pa c.18
g Ga. ibid.
h G.ibi. & 3.de nat.facult. c 15.
i G1.l.11.de vsu pa.c.18
K G.11.de vsu pa.c.18
l G.l.16.de vsu pa.c.14
m Ga.ibid.
n G.de arte med. ca.9.
o Vid.li.4. de tue.val. mẽbra.c.8.
p Vid.l.6 de tue.val. gener.c.2.

H

caua,

A caua, siue gibba sint, non membrana, sed cartilagine obducuntur, q superficiem habet admodum læuem, & idcirco [a] ad facilitatem motus plurimum conducit; sed satis de materia. Pergamus ad formam ossium, quæ [b] figura, superficie, cauis, magnitudine, numero, situ, unitate continetur. Figura igitur vario [c] est, nam in alijs triangula conspicitur, vt in scapulis; in alijs quadrangula, vt in vertice; at in osse, quod sphenoides [d] græce vocatur, cuneum repræsentat, sicut in eo quod ζυγοειδές, [e] iugum; alia enim figura ossium alijs partibus struendis accommodatur: spectatur autem non solum in toto osse, sed in partibus, cuiusmodi sunt processus, sinus, ceruix: est autem processus (græce ἀπόφυσις) ossis tuberculum, quod reliquam superficiem excedit, vnde & excessus etiam à latinis nominatur, & processus: differt autem ab epiphysi hoc est ab [f] appendice; quod non annectatur cum alio osse, sed sit pars interdum ossis, interdum appendicis, facta ad iuncturam articulorum, & multarum partium nexum. Sinuum [g] in quibus processus recipitur, varia est figura, siquidem alij orbiculares sunt, alij oblongi, alij trochleam, alij C. literam repræsentant, alij simplices, alij duplices se ostendunt. Circundatur etiam labris, quæ augent profunditatem sinus, & prohibent articulos luxari. Non omnes autem sinus sunt ad perficiendum motum instituti: sed alij prohibent vlterius fieri motum, quam necesse sit, sicuti qui a priori, & posteriori parte humeri, cubiti processus excipiunt, quos

B βαθμίδας [h] vocant. Alij eo etiam spectant, ut musculis, chordis, ligamentis, atque alijs huiusmodi particulis firmam sedem præstent, ne longe ab instituto itinere aberrent. Hactenus de ossium figura. Superficies alibi læuis est, alibi aspera; quæ læuis [i] est, vt in articulis, ad facilitatem motus conducit; quæ aspera, ad stabilitatem partium quæ ossibus innectuntur. Quod attinet ad caua, seu foramina ossium, præter illa, à quibus medullam contineri diximus, [k] ad læuitatem quandam præstari, quæ ad facilitatem motus, perinde ac grauitas ad stabilitatem conducit; alia se ostendunt foramina in ossibus, vel magna, vt in occipitio, & ossibus ilium; vel mediocria cuiusmodi illa sunt, quæ venis, neruis, arterijs, transitum præbent; vel parua, qualia in summo naso [l] deprehenduntur. Spectant ossium foramina vel ad læuitatem, veluti magna illa in ossibus ilium, vel eo, ut aditum faciant neruis, venis, arterijs, siue substantiæ alteri, quæ aut à corpore accipi debeat, aut ab eodem detrudi, cuiusmodi sunt [m] parua illa foramina, quib. summũ os nasi distingui diximus, per quæ cerebrũ, & aerẽ haurit, & quæ superant, depellit. Magnitudo ossium respondet [n] magnitudini partium, quas fulciunt, aut defendunt; quamobrem alia grandia sunt, alia exigua, alia his interiecta, & tanquam media; neque vllum os ita magnum est, vt robur superet eorum musculorum, a quibus mouendum est. Augentur [o] ossa non toto tempore vitæ, quemadmodum dentes, pili, vngues, sed ad initium iuuentutis,

C dum indurescant. De numero, [p] scire licet totidem fuisse ossa, quot commode possent partium muneribus satisfacere; non plura, aut pauciora; sicubi autem pro uno osse multa constituit natura, non temere id fecit, sed uel ad motum spectauit, vel ad transitum vasorum, vel ne diuersę substantia ossa citra medium inter se iungantur.

Sequitur situs, qui & sedem, & nexum complectitur. Sedes ossium ea fuit, quam uniuscuiusque partis constitutio ad institutum munus exequendum postulabat. Nexus [q] varius est, pro cuiusque enim vsu varie ossa inter se iunguntur; nam aut ad stabilitatem [r] spectant, aut ad motum, atque hunc vel euidentem, uel obscurum. Quæ ad stabilitatem, aut ita coaluerunt, ut ad vnitatem veniant, quemadmodum [s] appendices cum ossibus quibusdam seni bus suturæ in capite, & ossa, quæ fracta conferuescunt, quam vnitatem græci [t] σύμφυσιν, appellant; aut quamuis iuncta sint, diuersa se ostendunt. & per se nullo interiecto glutine, aut vinculo cohærent. Eiusmodi coniunctionem uidetur [u] Hippocrates appellasse συνάρθρωσιν, cum secundo loco de Articulis ossa malarum συνηρθῶσθαι scribit; quamuis alij συνήρθρωσιν [x] uocent eam quæ obscuro motui inseruit. Pro uaria autem speciei similitudine quam refert, græci uarie ipsam appellarunt, ut γόμφωσιν, [y] quæ repræsentat clauum in asserem defixum; veluti dentes, cum in paruos maxillæ dentes insiguntur: ῥαφὴν [z] aliam, quæ suturam imitatur, quæ

D similiter uaria nomina obtinet a specie rerum quas imitatur; dicitur enim πριονοειδής, [a] quæ duas serras refert, ita inter se commissas, vt dentes vnius respondeant sinibus alterius. Dicitur [b] λεπιδοειδὴς quæ vnguis imaginem refert, cuiusmodi suturas complures licet in caluaria intueri. Dicitur ἁρμονία, [c] ubi ad rectam lineam duntaxat ossa inter se nectuntur, veluti in naso. Quæ ad motum accommodantur, siue obscurum, siue manifestum, iunguntur inter se commissura, quæ διάρθρωσις [d] dicitur, quod per medium ossa illigata seruentur iuncta.

Quod si illud medium ligamentum sit, uocatur ea commissura græce [e] συννεύρωσις, si caro, συσσάρκωσις, si cartilago, συγχόνδρωσις, sed qualecumque sit, aut ossis caput insigne in insignem sinum alterius ossis recipitur, uocaturque ἐνάρθρωσις, [f] veluti ubi caput femoris in coxæ recessum inseritur; & ubi talus iungitur cũ scaphoide, aut parui processus in parũ desidentes sinus se conijciunt, ita ut superficiẽ fere planã repræsentent, ueluti qua prima vertebra cũ secũda, & qua ossa tarsi cum plantæ ossibus cõmittuntur; diciturque ἀρθρωδία. [g] Inseruit autem vel motui euidentiori, vt inter primum, & secundum os pollicis, vel minus euidenti, vt in ossibus palmæ, vel obscuro, vt in pede, inter ossa tarsi, & plantæ. Aut ossa quæ inter se iunguntur, quadam

a Vid l. 6. d̃ tu. val. gen. c. 3.
b Vid. l. 6 d̃ tu. val. gen. c. 2
c Vid. ibid.
d Gal. li. de offib. c. 1.
e Gal. li. de offib. c. 2.
f Ga. lib. de offibus c. 1.
g Vid. l. 6 d̃ tu. val. geu. c. 2.
h Vesalius l. 1. cap. 3. & Hippo. l. de fract.
i Supra in hoc c.
k Sup. ĩ hoc c. & G. l. 11. d̃ vsu p. c. 18
l Gal. li. de offib. in procem.
m Ga. li. de offib. c. 4.
n Vid li. 6. tu. val c. 2.
o Arist. li. 2. de gen. ani. c. 4.
p Vid. l. 6. d̃ tu. val c. 2.
q Ga. lib. de offib. c. 1.
r Gal. ibid.
s Ga. lib. de offib. in procem.
t Ga. lib. de offib. in procem.
u Hipp. 2. de art. 9 & G. in eo com.
x Vesalius l. 1. c. 4.
y G. l de offibũs in procemio.
z Gal. ibid.
a Gal. ibid.
b Gal. ibid.
c Gal. ibid.
d Ga. in l. d̃ offib. in procem.
e Gal. ibid.
f Gal. ibid
g Gal. ibi.

parte ſinuantur,quadam exceſſus habent,& partim proceſsus recipiunt, partim in ſinus inſeruntur. E

Eiuſmodi iunctura cum cardinem repræſentet, χίγγλυμος [a] nominatur: pertinet autem vel ad duo oſſa; vt ad cubitum,& humerum,ad calcem,& talum; vel ad tria, vt in vertebris; Aut vnum os circa alterum mouetur in girum,ut circa axem rota, quo pacto mouetur prima vertebra circa proceſſum ſecundæ. Hanc recentiores [b] non ineptè nominant τροχοειδῆ. Supereſt ex ijs quæ ad formam oſſium referuntur,vnitas;quam tamque ſenſui manifeſtam ſilentio præteribimus. Hæc,quæ in vniuerſum dicta ſunt,præſtat de oſſibus vniuſcuiuſque partis perpendere; vt cum deinde ad ea ſecanda, & rurſus inter ſe nectenda ventum fuerit,omnia plana ſint. Sed ante omnium nomina,atque imaginem ſimul adijciemus.

a Gal. li. de oſſibus in procemio.
b Fallopius in princip. ſui libri & Vidus libr. 6. de tuen. vale. gene. c. 2.

TABVLARVM I. II. III.

Scheletos triplex in anteriorem partem,in poſteriorem, atq; in latus conuerſum triplici tabula proxime poſita continetur,eius ſingulæ partes literarum notis ſignificantur, tabulæ vero numeri notis,vt 1.2.3.

a	2. Sutura coronalis.
b	3. Sutura lambdois.
c	2. 3. Sutura ſagittalis.
d	2. Sutura temporum.
e	2. 3. Sinciput.
f	2. Os frontis.
g	2. 3. Occiput.
h	2. Os temporum.
i	2. Os iugale.
k	1. 2. Oſsa malarum.
l	1. 2. Maxilla.
m	3. Principium ceruicis.
n	3. Principium vertebrarum thoracis
o	3. Principium vertebrarum lumborum.
p	3. Os ſacrum.
q	3. Os coccygis.
r	1. 2. Os pectoris.
s	1. 2. Mucronata cartilago 1. 2. 3. 4. 5.6.7.8.9.10.11.12.in tribus figuris coſtas notant.
t	1.2.3. Iugulum.
u	1.2.3. Scapula.
x	1.2.3. Humerus.
y	1.2.3. Radius.
z	1.2.3. Cubitus.
A	1.2.3. Prima palmæ pars.
B	1.2.3. Palma.
C	1.2.3. Quinque digiti.
D	1.2.3. Oſsa ilium.
E	1.2.3. Femur.
F	1.2.3. Patella.
G	1.2.3. Tibia.
H	1.2.3. Sura.
I	1.2.3. Talus.
L	1.2.3. Calx.
M	1.2.3. Oſsa tarſi pedis.
N	1.2.3. Digiti pedis.

TABVLA. I.

TABVLA. II.



TABVLA. III.

De ossibus capitis. *Cap. II.*

Tab.4. Fig. 1.

a Gal.7. de vsu pa.c.21
b Gal.9.de usu pa.c.2.
c G.de arte med.c.11.et l. de ossib. cap.1.
d Ga.ibid.
e G.de arte med.c.11.
f Ga.l.9.de vsu pa.c.1.
g G.l.de ossib. cap. 1.
h G.l.9.de vsu par.c.1 & l.9.de vsu par.c.17
i Ga.l.9.de vsu pa. c.17
k Ga.ibid.
l G.l.de ossib.capit.1.
m G.in l.de ossib.cap.1. & introductorio c.12.& l.11. de vsu par. cap.18.
n G.l.de ossib.cap.1.
o Ga.12.de usu pa.c.7.
p G.l.de ossib.cap.1.

SED venio ad singula, ac primo ad caput, quo uocabulo id totum, quod supra ceruices est, significabimus. Huius ossa partim ad caluariam, partim ad faciem referuntur. Ad caluariam illa quibus cerebrum comprehenditur; ad faciem reliqua omnia. Agemus primo de Caluaria, quã natura ad eum vsum fabricata est, ut sit cerebri [a] propugnaculum: merito igitur constat ex substantia tam ab extima, quam ab intima parte dura, sed medio spacio inter vtramque spongiæ, aut pumicis modo rara, nam solida, & crassa nimio oneri esset, [b] tenuis, & solida magis ab externo ictu offenderetur. Ita autem figurata est, [c] ut sphęram imitetur, quod hæc figura maxime capax sit, qualem postulat humani cerebri moles; quodque magis defendatur ab externis iniurijs; quanquam prominet [d] a priori, & posteriori parte, quòd ab hac spinæ [e] medulla, ab illa sensuum instrumenta sumere initium debuerunt. Superficies caluariæ tam ab extima quam ab intima parte læuis est, ne & illam quam tegit, & illam a qua tegitur membranam lædat; ab intima tamen inæqualis est, propter cerebri anfractus; ab extima vero, ibi tantum aspera vbi processus exigit, quibus aliæ partes innascũtur. Tot autem foraminibus [f] peruia est, quot sufficiunt iis, quæ uel ad cerebrum, & eius inuolucra penetrare debent, vel ab iisdem emanare: hæc ubi singulas caluariæ partes seorsum exponemus, abunde enarrabimus. Magnitudo caluariæ tanta est, quanta cerebrum commode complectatur. F

Quod attinet ad Numerum, cum una sit, [g] multis tamen ossibus, & non unico constat, idq; partim, [h] ut uapores qui ad cerebrum ascendunt, tamquam ad supremam partem ex reliquo corpore inde exitum habeant, vbi ossa inter se committuntur; partim [i] ut transitus præbeatur uasis, ac ligamentis, quibus cerebrum ad caluariam suspenditur, ne concidat, partim [k] ut si una pars lædatur, altera asseruetur incolumis: noxa enim ex ictu, ubi finiuntur ossa, ibi finiri, neque ultra serpere solet. Numerus [l] ossium non est idem semper, plerumque tamen constat caluaria ex octo ossibus: nam septem quæ a [m] Galeno referuntur octauum additur, quod ad instrumentum olfactus situm, & cum cæteris non continuatum sed commissum obseruatur: ex illis septem [n] duo pertinent ad uerticem; duo ad aures; unum ad frontem; unum ad occipitium; septimum ad basim. Situs caluariæ manifestus est, committitur enim [o] cum prima uertebra ceruicis a parte posteriori, à priori iungitur cum ossibus faciei, ut tunc ostendemus, cum transibimus ad illa; nam ante sigillatim persequi caluariæ ossa oportet; nectuntur hæc inter se variis [p] commissuris, ac suturis, quarum nec certus est numerus, nec certa sedes, quæ autem in plerisque conspiciuntur in situ singularum partium ostendendo tradentur, G

Tabulæ 4. Figura 2.3.4.5.

q G.l de ossib.c.1 & 11 de vsu par. cap. 19.
r G.l.9. de vsu par.c.2
s G.l. de ossib. c. 1.
t Ga ibi.& 3.6.ep.cõ.1
u G.loc.cit. & l.6.de adm.c.1
x G.l.de ossib.c.2.& 3 6 ep.com.1
y G.l.de ossib.c.2.

DVo igitur [q] sunt uerticis ossa [A] dura, ac solida, q̃ quasi testa ab intima, & extima superficie continentur: mediam tamen inter vtramque habent substantiam [r] raram, ac pumici similem, præterquam vbi extenuata, & quasi in squammam degenerantia cum ossibus tẽporum committuntur: præseferunt autem figuram prope quadratam, non planam, sed gibbam, quoniam necesse est ad orbicularem caluariæ formam constituendam accommodentur. Sed cum unum à dextra, alterum à sinistra parte collocetur, iunguntur inter se ad uerticem capitis, [s] sutura in longitudinem ab osse uerticis ad os frontis procedente, quam à sagittæ similitudine ὀβελιαῖαν [t] græci uocant; à priori parte committuntur cum osse frontis, sutura στεφανιαία, [u] idest coronaria, sic appellata, quòd ea parte superimponantur coronæ; tendit hæc per summum caput transuersa vtrinque ad ossa temporum. A posteriori parte committũtur cum osse occipitii, sutura, quæ a λ græce literæ similitudine λαμβδοειδής [x] nominatur. A lateribus vero, ubi quasi in squammam degenerare ea diximus, subiiciuntur ossibus temporum, quæ similiter in squammam degenerantia superiniiciuntur ossibus uerticis. Eiusmodi commissuram, à squammarum similitudine λεπιδοειδῆ [y] græci nominarunt. H

Tab. 4. Fig. 6. 7. 8.

z Gal.9. de vsu par.c.2
a G.13.meth.c.21.& 1 6.ep cõ.2.
b G.l.de ossib. c. 1.

FRontis os ubi ad superiorem oculorum regionem spectat, duplici testa continetur, ita ut inane spacium inter utramque non paruum relinquat, quo aer aspirat, ubi etiam prominet, ut subiectum cerebrum magis tueatur; inane est, ne nimio [z] sit ponderi. Ad coronariam uero suturam tenuius [a] deprehenditur, quam alia parte, quamuis & ibi substantiam habeat raram utrinque dura testa inclusam: solidius est, [b] vbi temporum musculi innascuntur. Figura prope ad circulum accedit. Plerunque autem ad medium supercilium pertusa est rotundo fora-

A foramine, A, per quod à cauo oculi ad musculos frõtis transit ramus ex prima parte tertij paris neruorum cerebri. Magnitudo eius tanta est, quantam situs patefacit. Vnicum autẽ est, nisi (quod raro accidit) sutura à vertice ad medium spacium inter supercilia in longitudinem progressa separetur in duo, vt puerulis omnibus euenit, & quibusdam ætate etiam firma, ijs præsertim qui frontem latam habent angulis distinctam. Committitur enim à posteriori, B, parte cum ossibus verticis per coronariam [a] suturam; à priori, C, cum ossibus malarum, & cũ eo quod octauo loco inter ossa capitis numerauimus; [b] à lateribus, D, cum duobus processibus sphenoidis ossis, alas vespertilionum imitantibus.

a Gale. lib. de ossib. c. 2.

† Ta. 4. Fig. ix. vsq; ad xij. Occipitij os tanto crassius [c] est osse frontis, quanto hoc ossibus verticis: continetur similiter duplici testa, dura, & substantia quadam rara inter vtramque. Sed ad basim solidum [d] est, valde autem crassum deprehenditur, qua cum sphenoide osse committitur: figura literam. A. repræsentat. Duo autem exigit capitula, A, oblonga, per quæ cum prima vertebra committitur. Hæc tenera ætate appendices annexas præseferunt: superficies eius interna aliquibus locis sinuatur, læuis tamen est: Vbi autem cum duriori processu ossis temporum coniungitur iuxta foramen per quod exit sextum par neruorum cerebri cauum est, B, in quo duplicatur dura membrana & veluti fontem efficit, vnde sinus duræ membranæ emanant sanguinem continẽtes. Sunt & alia caua, C, in hoc osse insculpta partim ob vasa, & sinus durę membranæ, partim

b Supra in hoc cap.
c Gal. li. de ossib. c. 1.
d Gal. ibid.

B ob cerebri eminentias. Læuis etiam est superficies externa, præterquam vbi musculi caput, vel eius cutem mouentes aut ligamenta, nectuntur. Quod pertinet ad foramina, vnum, D, vtrinque in eo deprehenditur amplum, & oblongum, qua iungitur cum osse temporum, non longe ab aure: exit per hoc sextum par neruorum à cerebro, ad quod per idẽ penetrat maior ramus internæ venæ sphagitidis. Vtrinque præterea inter propositum foramen, & illud quod maximum est in basi occipitij aliud, E, se ostendit oblongum, & ab interna parte ad externã decliuẽ: ita vt septimum par neruorum quod è cerebro per ipsum egreditur, cum primum è caluaria educitur, coeat [e] cum sexto pari; Extrinsecus autem qua caput cum prima vertebra committitur a lateribus magni foraminis aliud vtrinque Paruum, F, apparet, quod longo ductu per os fertur intro ad posteriorem partem illius foraminis, vnde exire septimum par neruorum diximus: præbet autem exitum venæ, quæ à fonte sanguinis quem efficit dura mẽbrana duplicata proficiscens ex caluaria exit, & cum externis venis iungitur. Postremò in basi occipitij medium collocatur, vnicum illud, ac maximum foramen, G, per quod [f] descendit spinæ medulla, & per quod intrat in caluariam prima arteria, illa nimirum, quæ per transuersos uertebrarum ceruicis processus tendit ad cerebrum. Quod spectat ad numerum, unum apparet, puerulis tamen uidetur in quatuor quadam cartilagine interiecta separari: primũ lambdoidis suturæ lateribus, ac ueluti cruribus circumscribitur; secundum, & tertium efficit late-

e Gal. libr. 9. de vsu part. capit. 11. & 12.
f Gale. 1. 6. epid. com. 3.

C ra magni foraminis, unde exit spinæ medulla; quartum utraque latera dicti foraminis inter se connectit: adde quod nuper natis diuisum cernitur in duo, quod ex ipso acutum est, terminaturque ad suturam sagittariam, ita ut hæc per ipsum aliquantisper procedat, non tamen usque ad imum. Iungitur à superiori parte, H, cum ossibus [g] uerticis per suturã quam lambdoidem diximus nominari. Ab inferiori, I, cum osse sphenoide per symphysim, à lateribus, L, cum ossibus temporum per suturam.

g Gal. li. de ossib. c. 2.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ IV. inscripti visuntur, explicatio.

D

TABVLÆ IV. FIGVRA I.

Prima Tabulæ huius figura caput totum, hoc est caluariam, vna cum facie refert. notant autem literæ

A	Verticis os.
B	Frontem.
C	Tempus.
D	Os sphenoides.
E	Primum os malarum.
F	Tertium os malarum.
G	Quartum os malarum.
H	Maxillam.

FIGVRA II.

Ossa verticis commissa cum alijs.

A

A	Ossa verticis.
B	Os frontis.
C	Os occipitii.
D	Os temporum.
E	Sutura coronaria.
F	Sutura sagittaria.
G	Sutura lambdois.
H	Sutura squamosa temporum.

FIGVRÆ III. IV. V.

IN sequentes proximè figuræ tres, ossa verticis seiuncta exhibent, quarum quæ

III Prior [1] monstrat ossa verticis simul iuncta per suturam sagittariam.
IV Proxima [2] monstrat dextrum os verticis ab externa facie.
V Alia [3] monstrat sinistrum os verticis a facie interna.

FIG. VI. VII. VIII.

TErnæ hæ figuræ os frontis repræsentant.

VI Ab externa facie in suo situ.
VII Ab externa, sed sursum conuersum.
VIII Ab interna.
A Foramẽ quod à cauo ossis per os frontis penetrat.
B Posterior pars qua cum ossibus verticis committitur.
C Prior pars qua cum ossibus malarum committitur.
D Latera, per quæ cum sphenoide iungitur.

FIG. IX. X. XI. XII.

REferunt hæ omnes occipitij Os.

IX Ab externa facie in suo situ.
X Ab externa, sed conuersum in partem inferiorem.
XI Ab interna in suo situ.
XII Ab interna, sed sursum conuersum.
A Capitula per quæ cum prima vertebra committitur.
B Cauum in quo duplicata dura cerebri membrana fontem efficit.
C Caua insculpta ob vasa sinus, & cerebri eminentias.
D Foramen sexti paris neruorum cerebri commune cum osse temporum, per quod intrat maior ramus venæ iugularis internæ.
E Foramen septimi paris neruorum cerebri.
F Paruum foramen vtrinque a lateribus magni foraminis, quod præbet exitum venæ, quæ oritur a fonte duræ membranæ, & ad sinum ceruicis penetrat.
G Foramen, per quod exit spinę medulla, & intrat prima arteria in caluariam.
H Superior pars ossis occipitij, qua committitur cum ossibus verticis.
I Inferior qua committitur cum osse sphenoide.
L Latera quibus iungitur cum osse temporum.


TABVLA IIII
I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII
X
XI
XII

Tab. V. Fig. I. vsque ad V I. E

a Gal. li. de ossibus c. 1.

TEmporũ ossa duo sunt, [a] vtrinq; vnũ; quæ substãtiã habent variã, nam vbi cum ossibus
verticis cõmittũtur, tenuia sunt, vel potius in tenues quasi squamas degenerãt, super-
iectas ossibus verticis, similiter in squamã desinentib. Inferioribus vero partibus du-
riora, qua in internum caluariæ cauum excedunt, & cum imo osse occipitij iungũtur, vnde ap
pellantur λιθοειδῆ, [b] quod lapidis duritiem præseferant. Habet vtrunq; externa superficie fi-
guram prope rotundam, à qua recedit per processus, quos exigit, vnum, M, in cauum calua-
riæ quem λιθοειδῆ nominari diximus: alterum, A, ad lambdoidem suturam, tertium, B, iuxta fo
ramen auris quasi capitulum mãmillæ, vnde μαστοειδὴς [c] græcè nominatur, cum quo inseruntur
musculi qui ab osse pectoris & iugulo oriuntur; est autem hic processus intus cauus præsertim
ætate firma, nam tenera fere solidus conspicitur. Exigit item quartum processum, C, teretem,
durum ac solidũ, qui à nonnullis appẽdix censetur, & à stili similitudine στυλοειδὴς d græce no-
minatur. Ab hoc musculi oriuntur, qui ad linguam, os hyoides, maxillam, & fauces pertinent;
exigit & quintum, D, qui versus priorem partem tendens, iungitur cum altero processu, quẽ
exigit primum os malarum ab externo angulo oculi collocatum. Vterque processus qua cum
altero coit, iugum repræsentat, vnde iugale e os dicitur. Porrò sinuantur ossa temporum in- F
ter foramen auris, & initium processus efficientis speciem iugi. Eiusmodi sinus vtrinque ob-
longus est, ita vt respondeat oblongo capiti maxillæ, quod in eum inseritur. Extima superfi-
cies ossium læuis est, præterquam versus basim, vbi aspera deprehẽditur; intima verò inæqua
lis propter cerebri eminentias & sinus duræ membranæ qui inde procedunt, & fontẽ ibidem
collocatum. Os temporum quatuor foraminibus distinctum ab Anatomes f professoribus de-
scribitur; quibus nos quintum adijciemus, præter aliquot admodum parua, quæ in interna cal
uaria apparent; primum g foramen, F, canalem ipsum ponunt, qui ab externo auris foramine
incipiens, tortuosus h ad internam caluariam penetrat per os temporum ad partem posterio
rem, quæ ad occipitium spectat, finiturq; in foramen, G, ibi insigne, per quod quintum par
neruorum fertur ad aurem, & aliquot faciei partes. Verum id totum, quod in hoc spacio, seu
duplici foramine ab aure ad internam caluariam interiectum est, re uera canalis non est, cum
sinibus quatuor contineatur, quos exponam, vbi reliqua foramina enarrauero. Alterum, H,
sub processu mastoide ad radicem stiloidis, ab exteriori ac posteriori parte mediocre conspi
citur, & in interiorem, ac priorem tendit ad internos auris sinus; cæcum autem appellant, i
quod flexuosum adeo sit, vt setam vix admittat, admittit tamen, quam nos impellentes pene
trare vidimus in primum foramen iam dictum, ab interna caluariæ parte versus occipitium.
Exit per hoc secundum altera portio durior ex neruo quinti paris à cerebro ad ipsum pene- G
trantis; penetrat autem per canalem ex osse, quem mox persequemur, cum sinus subijcie-
mus. Tertium, I, sub ima aure inter sinum in quo maxillæ processus recipitur, & radicem pro-
cessus stiloidis a priori parte incipit admodum obscurum, cum à processu ossis sphenoidis
ad eam sedem pertinentis ferè celetur; inde tendit versus foramen auris, in quod peruium re
spondere cernitur, præsertim vbi temporum os à reliquis separetur: per ipsum autem ingre-
ditur ad aurem alendam vena, quæ ex vno ramo iugularis internæ, & ex altero externæ com-
ponitur. Sunt k qui existiment per hoc idem fieri vt ab aure strepitus percipiatur humoris
quẽ in ore dimouentes versus aurẽ impellimus. Quartũ, L, manifestè deprehẽditur ab exterio
ri, atq. inferiori parte processus illius, M, qui lapidis duritiẽ imitatur; tendit aũt à posteriori
parte versus priorẽ, ad lineã separãtẽ os sphenoides ab occipitio; finiturq. sub foramine illo
eiusdẽ ossis sphenoidis, quod in nariũ cauũ respondet. Verũ nõ recta in caluariã penetrat, nã
obliq. a posteriori parte in priorẽ procedit; præbet aũt aditũ ad internã caluariã tertiæ arte
riæ, quæ maior est ramus carotidis; ingressa. n. in hoc foramen transit ad cerebrũ per aliud, ꝙ
situm est in osse sphenoide iuxta sellam. His quatuor adde quintum, N, quod ab externa par
te caluariæ deprehenditur iuxta suturã lambdoidẽ, ad originẽ processus mastoidis: interdũ
tamen non in solo osse tẽporũ, sed partim ẽt in occipitio insculpitur; exit per hoc vena, quæ H
a fonte sãguinis duræ mẽbranæ cerebri fertur ad occipitiũ. Præter quinq. foramina iã dicta,
deprehenduntur ab interna parte in osse tẽporũ, & proprie in processu illo duriore paruula
alia, O, P, quasi rimæ, in quæ si demittatur seta, nõ penetrat altius. excipe illud, ꝙ spectat ad
priorẽ partẽ dicti processus, setamq; admittit trãsmissã per secundũ foramen iã dictũ. Vidẽ-
tur hæc parua foramina accõmodari magis ad præbẽdũ aditũ vasis, q̃ exitũ neruis à cerebro
ad exteriores partes pertinentib. Nã illud quod à priori parte setã admittere diximus, adi-
tũ præbet arteriæ quæ in durũ os penetrans, iungitur cũ duriori neruo ex quinto pari: ambo
ãt eodẽ ossis canali p durũ os ferũtur ad primũ sinũ, vbi arteria ramulũ distribuit mẽbranæ ip
sum obuoluenti, ac deinde reuertitur ad partẽ posteriorẽ, relictoq; neruo ingreditur in calua-
riã per aliud paruulũ foramen sitũ in duro osse a posteriori parte supra magnũ illud, per qđ
ingreditur neruus quinti paris. Expositis foraminibus, venio ad sinus quatuor, quorum nul-
lus continetur in processu mastoide, sed omnes siti sunt in eo, qui lapidis modo durus
est. Detracta igitur cartilagine vniuersa ab aure externa, vna cum membrana os inuol-
uente, initio foraminis os paruum annuli modo figuratum deprehenditur infantibus, præser-
tim

Marginal notes:

b Gal. li. de ossibus c. 1. & 4. lib. de Anato. admin. ca. 11.
c Gal. li. de ossib. c. 1.
d Ga. li. de ossib. ca. 1. & li. de dissectio. musculorum c. 13.
e Gal. li. de ossib. c. 2.
f Valuerda li. 1. c. 8
g Valuerda ibid.
h Valuerda ibidem & Vesal. lib. 1. c. 12.
i Vesalius & Valuerda ibid.
k Valuerda li. 1. c. 8.

A tim vbi coquatur,ſeparatum a reliquo oſſe,cum quo ætatis progreſſu coaleſcit; ad hunc annulum externa cartilago nõn ſecus quam interna membrana terminatur. Foramen hoc interna parte obliquum eſt,vbi membrana tegitur, quæ ſimiliter obliqua ipſum intimum claudit;minus enim ſic læditur ab externis iniurijs,quam ſi rectum ſitum obtineret, præterquam quod reſpondet primo ſinui,qui ab ipſa clauditur a parte externa:ſitus enim hic eſt inter radicem proceſſus maſtoidis, & cauum in quod maxillæ caput inſeritur ad initium proceſſus durioris,vbi intima parte ſinus fere rotundus apparet, cum duplici foramine quaſi feneſtra, quarum vna in ſublimiori eius parte,ac veluti tecto non penitus rotunda eſt, ſed ouatam figuram præſefert,per quam fit aditus ad ſecundum ſinum. Altera humilior & rotũda reſidet verſus partem ſinus poſteriorem,a qua patet aditus per vnam viam in ſecundum ſinum, per alteram in tertium.Inſunt in hoc primo tria oſſa admodum parua, præterea canalis ex oſſe, & chorda tenuiſſima,quæ ſigillatim exponenda ſunt. Externis oſſibus propoſitis: primum , A ,refert imaginem malleoli, cuius manubriolum quod pyramidis inuerſæ figuram refert, illigatur internæ membranæ claudenti ſinum;ſed caput quod a manubriolo,quaſi pirum a pediculo pendet,committitur cum latiori parte alterius oſſis, B , figurati in modum dentis ſeu incudis eatenus ſinuata,vt ipſum excipiat:habet hoc ſecũdum bina crura,vno quod breuius,
B craſſius,& ſuperius eſt,parieti ſinus innititur iuxta canalem; altero longiori, tenuiori, atque inferiori committitur cum ſublimiori parte tertij oſſis, C , qui ſtapedis modo trianguli ſpeciem repræſentat,& ſua baſi ouatum foramen quod diximus claudit,neq; enim ſemper patet. Terna hæc oſſa duplici commiſſura qua inter ſe nectuntur articulorum modo cartilagine obducta membranulis alligantur, D , ita tamen vt moueri poſſint, cum membrana concutitur; nam aperto ſinu,vbi vnum ſpecillo dimoueas,reliqua quoq; dimouentur.Inſpicitur & in hoc primo ſinu proximè ſub tecto canaliculus ex oſſe, qui incipit à priori parte quarti ſinus mox ſubijciendi,tenditque per primum ſinum flexuoſus,inde exiens fertur ad exteriorem partem caluariæ, vbi finitur ad ſecundum foramen oſſis temporum, quod ſub proceſſu maſtoide ad radicem ſtiloidis ſitum eſſe ſupra indicauimus:penetrat per hunc canalem pars durior nerui quinti paris,diſtribuiturq; muſculis faciei.Diſcurrit & per hunc primum ſinum chorda tenuiſſima,qua ſtapes cum altero crure incudis coniungitur: videtur autem aut neruulus, aut paruula arteria.Secundus ſinus,ad radicem duri proceſſus reſidet,& tres habet veluti cuniculos, qui ad eũ ipſum à quo incipiunt reuertuntur,ita vt efficiant ſpeciem labyrinthi. Vnus à priori,atque inferiori parte ortus,ad exteriora tendit, & inde reflexus per poſteriorem angulum, ad eundem ſinum redit.Alter à priori angulo ſurſum fertur, & in ſemicirculi ſpeciem tendẽs,
C per angulum poſteriorem recurrit ad ſecundum ſinum.Tertius initium ſumit,ac definit in poſteriori angulo eiuſdem ſinus;nam in exteriora tendens,eodem quoque reuertitur.Patet aditus in hunc ſecundum ſinum ab vtroque foramine primi.Tertius ſinus longe minor quam duo ſuperiores,deprehenditur in anteriori latere eiuſdem duri proceſſus; nam in poſteriori quartus eſt:ſerpit hic tertius ſinus cochleæ modo,dirimiturque a canali iam dicto ſepto ex oſſe tenuiſſimo:patet autem ad eum aditus ab inferiori foramine primi ſinus; deprehenduntur tamen tria,aut quatuor minima foramina in ſecundo,ac tertio ſinu,per quæ ramuli mollis nerui quinti paris capillorum modo tenues ad membranulam feruntur,mollem,ac tenuem, quæ eoſdem ſinus internos ambit. Quartus ſinus eſt in quem terminatur amplum illud foramen in poſteriori parte durioris proceſſus collocatam:ingreditur per hoc foramen neruus,tã mollis,quam durus quinti paris:ſed durus per iam dictum canaliculum incipientem ab eo latere eius ſinus,quod ſpectat cerebri partem anteriorem.fertur ad ſecundum foramen oſſis temporum,a quo ſetam penetrare ad hunc ipſum ſinum diximus: mollis qui præbet audiendi facultatem, per minima foramiaa in hoc ſinu vix conſpicua, diſtribuitur in reliquos ſinus iam dictos,ac membranam ipſos circumdantem.

Sed ſatis de cauis,& ſinibus oſſis temporum;pergamus ad eiuſdem magnitudinem,quę tanta eſt,quantam demonſtrat ſitus ipſius,quem paulo poſt ſubijciemus.Quod attinet ad numerum,duo ſunt [a] oſſa temporum,vnum a dextra parte,alterum a ſiniſtra.Sequitur ſitus;reſidet os temporis à latere caluariæ;iungitur autem ſuperne, Q , cum oſſe verticis,& cum ſphenoide;inferne, R , cum ſphenoide,& cum occipitio;a priori, S , parte cũ ſphenoide,& cum primo oſſe malarũ,cum quo cõcurrit ad iugale os efficiendum, a poſteriori, T , cũ oſſe occipitij.

D

a Gale.lib. de oſſib.ca pite.

Tab.V. Fig. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

SEptimum os caluariæ quod baſim conſtituit varia ſubſtãtia cõtinetur; ab ima parte craſſiſſimum eſt,ſed verſus tempora tenue,ac ſolidũ; ſimiliter vtrinque verſus palatum, vbi duos proceſſus antri modo ſinuatos exigit, tum in ſpacio inter duo antra interiecto, vbi duo foramina peruia ad naſum tendunt,ſepto tenuis oſſis diducta.

Alijs vero partibus ſubſtantiam habet raram,ab extima,& intima ſuperficie dura teſta intectam. Figura totius multiplex eſt, vnde πολύμορφον [b] nominatur, cum ad baſim referat imaginem cunei, vnde vocatum eſt σφενοειδές: [c] Vtrinque a lateribus ternos proceſ-

b Gale.lib. medicus.c. 12.

c Gal.li.de oſſib.c.1.

ſus exigit,in ſpeciem alarum, vnde verisimile eſt à Græcis dictum fuiſſe πτερυγοειδές, [a] quam- E
a G.l.de oſ fib. cap.1. quam plerisque [b] placet, non fuiſſe id nomen inditum oſſi vniuerſo ; ſed binis ex dictis
b Valuerd. l.1.ca.2. & Veſ.l.1.c.6 proceſſibus , A , qui quod veſpertilionum alas imitentur, πτερυγοειδές fuerunt nominati: at
que hi ſunt illi,qui vtrinque verſus palatum deſcendunt antri modo, B ; ſinuati, vnde muſcu-
li naſcuntur,qui in ore delitescentes,maxillam ſurſum attrahunt. Ex tribus paribus proceſ
ſuum propoſitis,duo adhuc reſtant,quorum unum , C , ſitum eſt vtrinque ab extremis late-
ribus oſſis ſphenoidis, ſub oſſe iugali ad tempora; alterum , D , mediam regionem occupat
iuxta ſellam,quam mox ſubiiciemus,& vtrinque tendit ad anteriorem partem in caua oculo-
rum;ſed tam ab extremis,quam a mediis dictis proceſſibus alæ repræſentantur, vnde,vt ante
c G.l.de oſ fib. c.1. dictum eſt,par eſt os ipſum totum dictum eſſe πτερυγοειδές, [c] quaſi alatum.

Verum varia adhuc eſt eius figura ; propter alium proceſſum , E , quem ab interna parte
d Valuerda l.1. c.2. in medium exigit,ita ſinuatum,ut ſellam inſculptam habeat,ubi [d] glandula reſidet; quæ pi-
tuitam recipit à cerebro, & pelui deſtillantem : Superficies eius tam interna,quam externa
læuis eſt,quamuis media ſubſtantia,cum pumicis modo perforata ſit,aſperitatem præſeferat.
Quod attinet ad ſinus , & foramina , præter duo caua ; F ; quæ ſepto , Z , medio diuiſa
peruia ſunt in nares, & præter duo antra , B ; quæ in proceſſibus vtrinq; ad palatum deſcē- F
dentibus inſculpta eſſe diximus: ſub ſella utrinque plures cauernas continet , diſtinctas tenui
illo ſepto , Z , à quo diuidi foramina ad naſum tendentia demonſtrauimus;quæ non viden
tur ad alium uſum efficta,quam ad leuitatem , cum non ſint in oſſibus infantium,ſed proceſ-
ſu temporis ſiccesſcentibus oſſibus formentur: neque enim conſortium habent cum cauernis ,
quæ in oſſe frontis ad ſupercilia,tantum ætatis proceſſu deprehenduntur,ita ut neq; hæ,neq;
illæ ad retinendum aerem, & conficiendum animalem ſpiritum conducant.Sed omiſſis cauer
nis,atque anfractibus,venio ad foramina parua,quæ in oſſe ſphenoide deprehenduntur.Inter
hæc bina , G , unum utrinque à ſuperiori parte incipientia ad oculorum radicem terminan
tur , unde exit primum par neruorum cerebri ; quod oculis præbet facultatem videndi vna
cum arteria ex caluaria prodeunte . His bina , H ; alia ſubiiciuntur,utrinque unum,non ex
toto rotunda,cum à ſuperiori parte oblonga ſint,& acuta. Terminantur hæc in oculorum ca-
uo, non ſecus ac priora, ſed ampliora ſunt : Tranſit per ipſa ſecundum par neruorum à cere-
bro exeuntium, qui oculorum muſculis vim motus impertiunt ; tum prima pars tertii paris à
cerebro emanantis: præterea totum quartum, & octauum par,una cum parua quadam arte-
ria;hac denique pituita,quæ ad oculum perueniens per alia foramina in nares deſtillat.

Sub foraminibus proxime poſitis alia , I , conſpiciuntur utrinque unum, parua, anguſta, G
ac rotunda, paulo magis uerſus tempora: procedunt autem oblique ab interna parte ad ex-
ternam , ſub imo oculo intra naſum , & genam. Fertur per hæc ſecunda pars tertii paris ner-
uorum. Sub his duobus paruis foraminibus duo , L , vtrinque unum à lateribus, ſed magis
uerſus partem poſteriorem inſculpta ſunt, non penitus rotunda, ſed oblonga; utrumque au-
tem exitum præbet tertiæ parti tertii paris neruorum,tum uenæ interdum in caluariam pene-
tranti . Ad extremum horum foraminum uerſus partem exteriorem duo , M , alia deprehen
duntur,utrinque unum, ſed longe minora, & prope rotunda : intrat per utrumque in calua-
riam ſecunda arteria,quæ in duriorem cerebri membranam diuiditur . Bina , N , item alia
rotunda, magna,utrinque unum ſe oſtendunt iuxta ſinum medii proceſſus ſellam referentis ,
ubi cum oſſe ſphenoide iungitur etiam os temporum . Tranſit per hæc tertia arteria,quæ ad
hoc foramen peruenit per quartum ex illis quæ ſita ſunt in oſſe temporum . E regione nunc
propoſitorum foraminum bina , O , alia,utrinque unum in oſſe ſphenoide reſident,q̄ non ſa
tis apparent,niſi hoc ab aliis oſſibus reſoluatur. Incipiunt autem quaſi canales anguſti a po-
ſteriori parte ſellæ , & recta tendunt in priorem partem ad narium ſinus, ut aditum præbeāt
arteriis a cerebro ad nares tranſeuntibus.Interdum etiam euenit, ut ad extremum foraminis
illius,per quod tranſit ſecundum par neruorum ad oculum,non ſolum inueniatur rotundum il H
lud per quod exit ſecunda pars tertii paris neruorum , ſed aliud etiam multo minus , quod
magis uerſus anteriorem partem ſitum eſt, & ad extremum dicti foraminis præbentis exitum
ſecundo pari neruorum ad oculos. Præbet autem aditum ramo uenæ ſphagitidis. Illud uero
quod utrinque longior potius rima , P , quam foramen uidetur , ſub ſella iuxta foramen per
quod ingredi diximus tertiam arteriam,non eſt proprium oſſis ſphenoidis,ſed pertinet etiam
ad os temporum, non tamen ad occipitium, ut nonnulli uolunt. Præbet hoc exitum pituitæ a
glandula,quæ ſuperinſidet ſellæ ad palatum.Magnitudo oſſis ſphenoidis tanta eſt,quanta ſi-
tus demonſtrat,coniungitur enim cum oſse occipitii , *, ad baſim capitis,per ſymphyſim,ita
ut uideatur cum ipſo in unum coaleſcere. Coniungitur ab inferiori parte , Q , cum quinto &
tertio malarum oſse, a ſuperiori , R , cum oſse frontis, & oſſibus uerticis , quaſi ſquama il-
lis ſuperiectum ; coniungitur & cum octauo oſse , S , caluariæ , quod ithmoides appellatur ,
per ſuturam ; a parte poſteriori , T , ſuperiectas habet ſquamas oſſium temporis ; a priori
, V , nectitur per ſuturam cum illo oſse malarum,quod conficit externum angulum oculi.Eſt
autem os ſphenoides ætatis proceſsu unum dumtaxat, cum quatuor,quæ in infantium calua-
ria diſtincta ſe oſtendunt, deinde penitus coaleſcant.Primum ex illis craſsum eſt, & ueluti

baſis

A basis non solum totius ossis, sed etiam capitis, quod incipit ab extremo osse occipitii, cum quo iungitur, & in anteriora fertur, dum sellam uniuersam contineat: inde secundum incipit, cui innituntur simul iuncti nerui primi paris a cerebro descendentis ad oculos, ferturque in anteriora & continet geminas alas utrinq; unam, quæ in anteriorem partem ad oculi cauum feruntur: licet autem in infantibus solidū, & plenum appareat, ætatis tamen progressu sinuatur, ita ut cauernas repræsentet, tenui quadam membrana obductas.

Ab hoc eodem proficiscitur, Y, septum illud, quod nasi foramina dirimit, quod à nonnullis inter malarum ossa numeratur. Tertium uero, & quartum os sunt duo processus, ac ueluti duæ alæ, utrinque una, ad tempora tendentes. Oriuntur autem à primo osse proposito, quod durius est, & sellam continet. Hæc quatuor quamuis in caluaria infantium inter se disiuncta cernantur, ætatis tamen processu, ut diximus adeo coalescunt, ut unum efficiant.

Tab. 5. Fig. 15. 16.

Octauum os institutum est ad olfactum; est autem peruium, & intus in caluaria à parte anteriori septum, A, exigit solidum, durum, tenue, inter duram membranam dextræ
B partis, & sinistræ: exigit & ab inferiori parte alterum processum, B, tenuem, ac imbecillum, quo narium foramina diducuntur; à cuius lateribus vtrinque laxam substantiam, C, habet tenui, ac solida squama, D, obductam, in qua foramen apparet tendens ad eam partem eiusdem ossis, quam mox subijciemus cribri modo perforatam; per hoc foramen par est defluere ad oculos partem illius pituitæ, quæ à cerebro ad eiusmodi partem perforatam transfertur in cauo oculi ad angulum internum; sed hanc partem octaui ossis sunt qui tertio loco numerent inter ossa malarum, quamuis huius manifestè pars sit: peruium autem est in caluariam ad originem nasi multis paruis foraminibus, E, cribri modo; vnde ἠθμοειδὴς [a] græce dicitur: ingreditur per hæc odor ad instrumentum olfactus, cuius præcipuè causa facta fuerunt à natura: sed ingreditur etiam aer ad cerebrum, à quo per eadem pituita destillat in nares. committitur cum basi frontis à priori parte, F, per suturam plerumque euidentem, a posteriori, G, cum osse sphenoide, a lateribus, H, in oculo cum ossibus malarum.

[a] Ga. lib. 8. de vsu pa. c. 7

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ V. inscripti visuntur, explicatio.

TABVLÆ V. FIGVRÆ I. II. III. IV. V. VI.

Ex sex figuris quinque primæ monstrant os temporum, sexta vero testam osſis ab auris foramine separatam.

I	Sinistrū os tēporis ab externo latere.
II	Idem à parte interiori.
III	Idem ab interiori aliquātisper elata.
IV	Idem ab interiori in suo situ.
V	Idem ab interiori cum auris foramine aperto.
VI	Testa osſis inde resoluta.
	Literæ in his figuris notant.
A	Processus vtrinque ad lambdoidem futuram.
B	Processus mastoidis.
C	Processus stiloidis.
D	Processus iugalis.
E	Sinus in quo recipitur caput maxillæ.
F	Foramen auris externum.
G	Foramen per quod exit quintum par neruorum a cerebro.
H	Foramen sub processu mastoide, ad radicem stiloidis.
I	Foramen sub ima aure, inter sinū maxillæ, & radicem stiloidis a processu mastoide tectum.
L	Foramen a posteriori, atque inferiori parte duri processus ossis temporum, per quod penetrat in caluariam maior arteria carotis, transiēs per aliud foramen notatum. *
*	
M	Processus λιθοειδὴς ossis temporum.
N	Foramen iuxta lambdoidem ad originem mastoidis, quod interdum cōmune est osſis occipitij, præbet autem exitum venæ, quæ a fonte duræ membranæ ad occipitium fertur.
O P	Paruula foramina quasi rimæ ab interna parte durioris processus.
Q	Superior pars qua iungitur cum osse verticis, & cum sphenoide.
R	Inferior pars qua iungitur cum osse occipitij, & cum sphenoide.
S	Prior pars qua iungitur cum sphenoide osse, & primo malarum, cū quo concurrit ad iugale os efficiendum.
T	Posterior pars qua iungitur cum osse occipitij.

Tria paruula ossa in primo sinu auris contenta, sub literis A B C. D. exhibentur.

Litteræ verò ita se habent :

A Malleus.
B Incus, seu dens.
C Stapes.
D Tria simul iuncta.

FIG. VII. &c. vsq; ad XIV.

Ex octo figuris in Tabula V. si incipias à VII. vsque ad XIV. primæ sex monstrant os sphenoides, reliquæ duæ vndecimum os malarum, quod cum ipso iungitur.

VII Sphenoidis monstrat partem superiorem.
VIII Posteriorem.
IX Inferiorem.
X Priorem.
XI Dextrum latus cũ vndecimo osse malarum.
XII Idem Dextrum latus sphenoidis cum eodem vndecimo osse magis separatum.
XIII Vndecimi ossis malarum posteriorem partem, qua cum sphenoide committitur.
XIV Dextrum latus vndecimi ossis malarum.

Literæ quæ hic subijciuntur monstrant quæ ad figuras in propositis oßibus pertinent.

A Processus vespertilionum alas imitantes.
B Antrum dictorum processuum.
C Processus qui sub osse iugali tendit ad tempora.
D Processus ad sellam in cauũ oculorum tendens.
E Processus cum sinu sellam referens.
F Duo caua ad nares spectantia.
G Foramen, vnde exit primum par neruorum cerebri.
H Foramen vnde exit secundum eorundem par.
I Foramina subiecta ijs quæ exitum prębent secundo pari neruorum cerebri, & magis in exteriorem partem spectantia, vnde exit secunda pars tertij paris neruorum cerebri.
L Duo alia foramina a posteriori parte proximè positorum oblonga per quæ exit tertia pars tertij paris neruorum cerebri.
M Ad extremum dictorum duo alia parua foramina rotunda quæ præbent aditum secundæ arteriæ in caluariam penetranti.
N Duo alia foramina magna iuxta sellam per quæ transit arteriæ carotidis maior ramus; sed sũt hæc etiam communia ossis temporum.
O Duo parua foramina à posteriori sphenoide recta ad nares tendentia.
P Rima sub sella communis etiam ossis temporum.
Q Inferior pars quæ committitur cum quinto, ac tertio osse malarum.
R Superior pars quæ committitur cum osse frontis, & ossibus verticis.
S Qua committitur cum ithmoide.
T Posterior pars qua superiectas habet squammas ossium temporis.
V Prior pars quæ committitur cum primo osse malarum.
* Posterior pars qua committitur cum osse occipitij.
Y Pars qua committitur cum vndecimo osse malarum.
Z Vndecimum os malarum.

FIGVRA XV. XVI.

Vtraque figura hæc octauum os caluariæ ithmoides videlicet notat.

XV. A Superiori parte.
XVI. Ab inferiori.

Literæ autem notant :

A Septum inter duram mẽbranam dextrę, & sinistræ partis.
B Processus tenuis diducens narium foramina.
C Laxa substantia tenui squama obducta.
D Squama.
E Parua foramina qualia in cribro.
F Prior pars per quam cõmittitur cum osse frontis.
G Posterior pars, per quam committitur cum sphenoide.
H Latera, per quæ committitur in oculo cum secundo, & tertio osse malarum.

TABVLA. V.

Tab. VI. Fig. III. vsq; ad XIX.

E

COmponitur facies ex oſſibus malarum,& maxillæ:ad malas referuntur illa quæ inter caluariam ſunt,& maxillam: plura autem a natura conſtituta ſunt, vt cum aliqua lęduntur,reliqua inuiolata ſeruentur,& ne oſſa penitus diſſimilia inter ſe iungantur:Sex autem vtrinq; à pleriſque [a] numerantur, ita vt omnia duodecim eſſe velint,præter quædam tenuia,mollia,cartilaginis modo laxam ſubſtantiam habentia, quæ in narium [b] foraminibus conſpicimus, quamuis hæc potius ſint partes octaui oſſis capitis. Sed re vera vndecim [c] tantum ſunt,quorum † primum,conſtituit externum oculi angulum,& poſteriori parte proceſſum ,A, exigit, per quem iungitur cum altero proceſſu tendente ab oſſe temporum in partem priorem,& iugale os efficiente: committitur etiam primum os, a ſuperiori parte ,B, cum oſſe frontis;a poſteriori ,C, cum oſſe ſphenoide; ab inferiori ,D, cum illo oſſe malarum, quo ſui lateris dentes continentur. Secundo loco in oſſibus malarum ponitur id † quod ad internum oculi angulum reſidet,vbi caruncula eſt, pituitam à cerebro deſtillãtẽ recipiẽs,quæ per canalem ,E, in ipſo inſculptum,funditur in nares,ne per malas labatur, paruulum autem eſt hoc os,& longè minus quàm cætera malarum;tum ſquamæ modo tenue, ita vt facile putreſcat,ac diſſoluatur:iungitur a ſuperiori parte ,F, cum oſſe frontis,per ſuturam, quæ ſeparat frontem a malis;ab inferiori ,G, cum tertio oſſe malarum;a priori, cum eodem; a poſteriori ,H, cum ſquama oſſis ithmoidis,quã tertio loco inter malarum oſſa recenſebant: eſt autem os tenue,& quaſi ſquama lucidum;atque vbi frãgatur,ſinus quoſdam oſtendit, aerem continentes:ferè autem quadratum apparet,ad internum oculi latus:iungitur a ſuperiori parte cum oſſe frontis,per ſuturam, qua ſeparari diximus [d] frontem a malis: ab inferiori, cum eo malarum oſſe quod tertio loco a nobis ponetur;a priori cum ſecundo proximè enarrato; a poſteriori per harmoniam cum oſſe ſphenoide: quod ſi caluariam frangas,& diligenter intuearis,comperies eiuſmodi os,non accipiendum eſſe ſeorſum,vt unum ex oſſibus malarũ, cum ſit pars octaui oſſis caluariæ,vt ſupra indicauimus. [e] Tertium † reliquorum malarum oſſium longe maximum,complectitur ſui lateris dentes omnes; cuius ſubſtantia quamuis ad latera ſolida appareat,intus tamen inanis eſt, ita vt inſignem ſinum ,I, repræſentet in adultis; nam tenera ætate ſine vllo ſinu plenum os conſpicitur;in illis autem deprehenditur membrana obductum,quam efficit ramulus qui ex ſecunda parte tertij paris neruorum cerebri,ex cauo oculi verſus angulum externum per paruulum foramen ,L, vna cum exili arteria ad ipſum deſcendit;duplici aũt tenui teſta continetur.Ad palatum propè dentes inciſorios tranſuerſa linea apparet, [f] quæ tamen non ſeparat ipſum in plura.Ab exteriori eius parte ſub oculo foramen apparet oblõgum, quod ferè ſquama oſſis tectum penetrat in internum oculi cauum,vnde fertur ramus, qui ex ſecunda parte tertij paris neruorum cerebri diuiditur in muſculos faciei.Ad angulum verò oculi internum aliud, ſed paruum foramen ,M, deprehẽditur inſculptum,partim in ſecundo oſſe malarum, partim in hoc ipſo tertio, vnde ramulus ex ſecunda parte tertij paris neruorum cerebri fertur ad cauum naſi,quo per idem foramen deſtillat oculi pituita. Poſtremò ad palatum propè dentes incidentes inter vtrumque os malarum foramen ,N, inſigne eſt ad narium caua penetrans,per quod venulæ, & arteriæ tranſeunt & communis tunica narium,ac palati.Committitur hoc cum nouem oſſibus,videlicet cum quatuor alijs malarum eiuſdem lateris,& cum Tertio alterius;præterea cum eo, quod ponemus vltimo loco inter oſſa malarum,commune tam dextri,quam ſiniſtri lateris;iũgitur etiam cum oſſe ſphenoide;cum oſſe frontis,& cum octauo illo caluariæ,quod in tenuia foramina diſſipatum præbet aditum odoribus,ad cerebrum;a quibus oſſibus in hunc modum terminatur;Superiori parte ,O, ab oſſe frontis, & octauo oſse caluariæ per ſuturam; inferiori ,P, per aliam tranſuerſam ſuturam, ſiue harmoniam à quinto oſse malarum, quod vt mox dicemus,ad extremum palatum collocatur: exteriori ,Q, ad medium oculi verſus tempora, a primo oſse, quod in malis recenſuimus,interiori ,R, a ſecundo,& ab oſse ithmoide: anteriori ,S, a tertio alterius lateris,& à quarto eiuſdem,quod pertinet ad naſum: poſteriori ,T, ab oſse ſphenoide,tam infra ad dentes,quam ſupra ad oculum. Quartum † malarum os,alterũ eſt ex duobus oſſibus naſi,quod ſubſtantiam habet ſolidam,duram,licet tenuem; Formam verò quadratam potius,quã triquetram,quamuis enim ſuperiori parte anguſtius ſit,duos tamen angulos præſefert,Coniungitur ſuperiori parte cum oſse frontis,& octauo caluariæ, inferiori, cum cartilagine naſi,in quam degenerat;interiori cum oſse naſi alterius lateris, per harmoniam,exteriori cum Tertio oſse malarum.Quintum † os malarum extremum palatum, & narium internam partem componens,ſubſtantiam habet ſolidam,ſed tenuem,quæ lateſcit. Committitur autem anteriori ,V, & poſteriori parte ad palatum,cum Tertio malarum oſse iam expoſito: ab interiori ,X, cum Quinto oſse alterius lateris: a poſteriori ,Y, partim cum oſse ſphenoide,partim ſeiungitur ab alijs in ſinum naſi ſpectans. Quinque igitur oſsa malarum ab vno latere ita ſe habent; eadem [g] eſt ratio Quinque alterius lateris:diximus [h] enim malas,ex vndecim oſſibus cõſtare; Vndecimum eſt ſeptum † illud quod cum oſse ſphenoide nexum diducit foramina ad naſum tendentia.Ex ſeptem † oſſibus quibus oculus continetur, quatuor ad ma-

las,

F

G

H

a Veſalius lib.1.c.9.& Valuerda li 1.c.4.

b Gal.li.de oſſib.c.3.

c Falopius lib. Anatomicarum obſeruat.

d Superius in hoc capite.

e Supra in hoc capit. qua eiuſmodi octauum os deſcribitur.

f Falopius in obſeruationibus anatomicis.

g Falopius in obſeruationibus anatomicis,

h Sup. paulo ante.

† Fi.iii. iv. v. Tabul. vi.

† Fi. vi. vii.Ta. vi.

† Fi.x. xi. xii. Ta. vi.

† F.xiij xiv.xv Ta. vi.

† Figu. xviii. Ta. vi.

† Figu: viii. ix Ta. vi.

† Fi.xx Ta. vi.

A las,tria ad caluariam referuntur,primum,A, Pertinet ad frontem,& superiorem oculi partem constituit:Secundum,F,ad sphenoides,quod interiorem oculum versus externum latus bona ex parte effingit. Tertium,B,ad ithmoides,hoc est ad octauum os caluariæ, quod similiter in interno latere oculi continetur. Quartum, E, quod primum [a] posuimus inter ossa malarum,externum oculi angulum efficit. Quintum, quod ad tertium,D,malarum pertinet,dimidiam partem inferioris ambitus oculi conficiens,ad supercilia vsque tendit, inferiori oculo magna ex parte substratum.Sextum,C,ad internum oculi angulum paruum illud est,quod secundum in ossibus malarum numerauimus. Septimum quod quintum inter malarum ossa retulimus,ab interno oculi latere similiter situm est,sed magis in interiora vergit.

[a] Paulo ante.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tab. VI. inscripti sunt, declaratio.

B

TABVLAE VI. FIGVRA I.

Caluariæ totius inferior pars atque exterior.

Literæ latinæ maiusculæ notant ossa, minores verò ossium partes, numeri foramina græcæ literæ suturas significant.

A Ossa verticis.
B Occipitij os.
D Ossa temporum.
E Os sphenoides.
F Primum os malarum
G Tertium os malarum.
C H Quintum os malarum.
I Vndecimum os malarum.
L Os iugale.
a Capitula occipitij, qua cum prima ceruicis vertebra committuntur.
b Processus mastoides ossis temporum.
c Processus stiloides ossis temporum.
d Processus ossis temporum concurrens ad efficiendum os iugale.
e Alæ sphenoidis, vespertilionum alas imitantes.
1 Foramen occipitij per quod exit spinæ medulla.
2 Foramen in osse occipitij,per quod exit vena à fonte duplicatæ membranæ ad sinus ceruicis.
D 3 Foramen in osse occipitij per qđ exit septimum par neruorũ à cerebro.
4 Foramen partim in osse occipitij,partim in osse temporum, per quod exit sextum par neruorum à cerebro, & ingreditur in caluariam iugularis venæ internæ maior ramus.
5 Foramen partim in osse occipitij,partim in osse temporum, per quod exit à fonte duræ mẽbranæ duplicatæ vena ad occipitium.
6 Foramen in osse temporum inter processum mastoidem,& processum stiloidem, per quod exit neruus durior quinti paris.
7 Foramen auris.
8 Foramen ab externa parte imi processus durioris ossis temporũ, ꝑ quod ingreditur in caluariam maior ramus arteriæ carotidis,seu tertia arteria.
9 Sinus in osse temporum, in quo recipitur maxillæ caput.
10 Foramen paruum in exteriori, ac posteriori parte ossis sphenoidis iuxta sinum osis temporum, in quo recipitur maxillæ caput; præbet autẽ aditum minori ramo arteriæ carotidis,hoc est secundæ.
11 Foramen oblongum in osse sphenoide per quod exit tertia pars tertij paris neruorum à cerebro.
12 Rima communis osis sphenoidis, & osis temporum, per quam destillat pituita in palatum.
13 Foramen magnum ac rotundum commune osis sphenoidis, & temporũ per quod ingreditur in caluariam maior ramus arteriæ carotidis, hoc est tertia.
14 Antrum in processu sphenoide vespertilionum alaas imitante.
15 Rima inter os sphenoides, & tertium os malarum vnde exeunt nerui tertij paris ex cauo oculi ad musculos temporum.
16 Foramen in palato inter tertium os malarum dextri lateris, & tertiam sinistri ad narium cauum pertinet.
α Sutura sagittaria.
β Sutura lambdois.
γ Sutura qua committitur os occipitij cum sphenoide.
ε Sutura osis iugalis.
η Sutura qua committitur primum os malarum cum tertio.
ζ Sutura inter tertium os malarum vnius lateris,& tertium alterius,similiter inter quintum malarum vnius lateris,& quintum alterius.
θ Sutura inter tertium, os malarum, & quintum, ad extremum palatum.

TAB. VI. FIGVRA II.

Caluaria à parte interna, atque inferiori. Literæ maiuſculæ Latinæ notãt oſſa, minores vero oßium partes: numeri notant cauã, ac foramina: literæ græcæ commiſſuras.

A Occipitij os.
B Oſſa verticis.
C Oſſa temporum.
D Os ſphenoides.
E Os frontis.
F Octauum os caluariæ, & proprie ſeptum diuidens dextrum latus à ſiniſtro.
a Proceſſus occipitij ad lambdoidem tendentes.
b Prominentia in oſſe occipitij, per quã diuiditur dextra pars poſterioris cerebri à ſiniſtra.
c Proceſſus durior oſſis temporum.
d Sella in oſſe ſphenoide.
e Dorſum poſterioris proceſſus oſſis tẽporum.
1 Foramen in oſſe occipitij, per quod exit ſpinæ medulla.
2 Caua in oſſe occipitij, vbi recipiuntur poſterioris cerebri eminentiæ.
3 Sinus in oſſe occipitij vbi recipitur fons ex dura membrana duplicata.
4 Caua in oſſe occipitij, vbi recipiuntur ſinus ex dura membrana duplicata iuxta ſuturam lambdoidem tranſeuntes.
5 Foramen in oſſe occipitij vnde exit vena a fonte ex duplicata membrana ad ſinum ceruicis.
6 Foramen in oſſe occipitii, per quod exit ſeptimum par neruorum a cerebro.
7 Foramen in oſſe occipitii, & partim in oſſe tẽporum, per quod exit ſextum par neruorum à cerebro, & ingreditur in caluariam magnus ramus venæ iugularis internæ.
8 Foramen in proceſſu durioris oſſis tẽporum per quod tranſit quintum par neruorum a cerebro.
9 Paruula alia foramina in eodem proceſſu.
10 Foramen commune oſſis temporum, & ſphenoidis ſub ſella, per quod in caluariam ingreditur maior ramus arteriæ carotidis.
11 Rima communis oſſis temporum, & ſphenoidis per quam pituita ad palatum deſtillat.
12 Foramen in oſſe ſphenoide, per quod exit tertia pars tertii paris, neruorum cerebri.
13 Foramen paruum in oſſe ſphenoide a poſteriori parte, atque a latere proxime dicti, per quod intrat minor ramus arteriȩ carotidis.
14 Foramen in oſſe ſphenoide, per quod exit primum par neruorum à cerebro ad oculum.
15 Foramen in oſſe ſphenoide per quod exit ſecundum par neruorum à cerebro ad oculum.
16 Foramen in oſſe ſphenoide ſub proximè dicto, per quod exit ſecunda pars tertii paris neruorum a cerebro.
17 Foramina parua in octauo oſſe caluariæ, hoc eſt in ithmoide.
18 Sinus in oſſe frontis prominente, vbi nectitur dura membrana ſeparans dextram partem a ſiniſtra anterioris cerebri.
19 Cauum inter interiorem, atque exteriorem teſtam oſſis frontis.
20 Caua in oſſe frontis vbi recipiuntur cerebri prominentiæ.
α Sutura lambdois.
β Commiſſura inter os temporum, & os verticis.
γ Commiſſura oſſis occipitii cum ſphenoide.
δ Commiſſura inter os temporũ, & ſphenoides.
ε Commiſſura oſſis ſphenoidis cum ithmoide.
Commiſſura oſſis frontis cum ſphenoide.
η Commiſſura oſſis frontis cum ithmoide.

TAB. VI. FIGVRA III. IV. &c. vſq; ad XIX.

Subſequentes decem & ſeptem figuræ (incipiendo a III ad XIX.) omnes monſtrant oſſa malarum.

III Primum malarum os dextrum ab anteriori parte.
IV Idem à poſteriori.
V Idem in latus, qua ſpectat ad oculi cauum.
VI Secũdum os malarum dextrum a parte priori.
VII Idem a poſteriori.
VIII Vndecimum os malarum in dextrum latus conuerſum.
IX Idem in ſiniſtrum.
X Tertium os malarum dextrum, vna cũ primo a parte exteriori.
XI Idem ſeiunctum a primo a parte ſimiliter exteriori.
XII Idem a parte interiori.
XIII Quintum os malarum ſiniſtrum a parte exteriori.
XIV Idem, ſed dextrum.


TABVLA VI.
I
II
XIII XIV
VI
VII
XVI
XX
XV
XVII
III
IIII
V
VIII
IX
XVIII
XIX
X
XI
XII

XV Quartum os malarum vtriusque lateris simul iunctum.
XVI Quartum os malarum dextrum à parte interiori.
XVII Quartum os malarum sinistrum a parte interiori.
XVIII Quintum os malarum dextrum a parte inferiori.
XIX Idē à parte anteriori, & proprie qua concurrit ad constituendum oculi cauum.

Notæ literarum in his figuris contentarum.

A 3.4.5. Processus efficiens os iugale.
B 3.4.5. Superior pars eiusdem, qua cōmittitur cum osse frontis.
C 4.5. Posterior pars eiusdem qua committitur cum osse sphenoide.
D 3.4.5. Inferior eiusdem, qua committitur cum tertio osse malarum.
E 6. Canalis in secundo osse malarum insculptus, per quem pituita ab oculi angulo interno ī nasum funditur.
F 6.7. Superior pars secundi ossis malarum, quæ iungitur cum osse frontis.
G 6.7. Inferior pars eiusdem qua committitur cum tertio osse malarum.
H 6.7. Posterior pars eiusdem, qua iungitur cum squama ithmoidis.
I 12. Cauū in tertio osse malarum, quod remota externa testa conspicitur.
L 10.11. Paruulum foramen in tertio osse malarum per quod transit ramulus ex secunda parte tertij paris neruorum cerebri.
M 11.12. Paruulum foramen in tertio osse malarum, ad angulum oculi internum, per quod pituita destillat in nasum.
N 12. Foramen insigne in palato, penetrans ad narium caua commune vtrinque tertij os malarum.
O 10.11.12. Superior pars tertij ossis malarum.
P 12. Inferior pars eiusdem.
Q 10.11. Exterior pars eiusdem.
R 10.11.12. Interior pars eiusdem.
S 10.11.12. Anterior pars eiusdem.
T 10.11.12. Posterior pars eiusdem.
V 18. Quinti ossis malarum pars anterior.
X 18. Eiusdem pars interior.
Y 19. Eiusdem posterior pars.

TAB. VI. FIG. XX.

Caluaria monstrans internum oculi cauum.

A Os frontis.
B Os ithmoides.
C Secundum os malarum.
D Tertium os malarum in quo foramen apparet squama obductum, unde transit ramulus tertij paris neruorum ad musculos faciei.
E Primum os malarum.
F Os sphenoides.
G Foramen unde exit primum par neruorum in oculum.
H Foramen vnde exit secūdum par neruorum in oculum.

Tab. 7. Fig. 1. 2. 3.

PRæter oſſa malarum contineri faciem diximus[a] maxilla,hoc eſt inferiori oſſe dentes cōtinente,quod mouetur,nam malę immobiles manent,ita vt circumducatur,aperiat,& claudat os.Subſtantia maxillæ[b] dura effecta eſt,ad firmitatem motus, ſicuti caua medulloſa,ac ſine[c] appendicibus ad leuitatem:craſſiſſima autem apparet ab ea parte,qua dentes exigit,quibus decidentibus,aut euulſis,tenuior,& depreſſa veluti anicu- lis cernitur.A lateribus tenuiſſima eſt,vbi extrema vtrinque pateſcit,& quaſi[d] bicornis duos proceſſus exigit, quorum anterior, A, vertice ipſo tenuatur, longiuſque procedens, ſub oſſe iugali ſubit,& chordæ muſculi[e] temporis validiſſimè illigatur;poſterior,B,finitur in capitulum,C,rotundum, ſed oblongum; quod in ſinum oſſis temporum excauatum inſeritur:obducitur autem cartilagine tam capitulum , quàm ſinus, ad facilitatem motus, ad quam confert & tertia cartilago ſita inter ſinum & capitulum cartilaginoſum . Superficies maxillæ aſpera eſt, & inæqualis,potiſſimum vbi muſculi inſeruntur,vt ad mentum,D, & ad regionem eius inferiorem,ac poſteriorem, atque ibi etiam vnde, F, labrum inchoatur.A lateribus,F,etiā ſinuata eſt
B à parte externa,ſed potiſſimum ab interna,partim vt commodè muſculos recipiat,partim ne ſpacium in faucibus occupet.

In maxilla etiam duo vtrinque foramina ſe oſtendunt,vnum,G, ab interna parte amplum , aſperum,inæquale;per quod tranſit vnà cum vena deriuata à iugulari interna,& arteria carotide ramus,qui ex tertia parte tertij paris neruorum cerebri,partim fertur ad[f] dentes,partim per eiuſdem foramen, H,ab exteriori, atque inferiori parte elabitur ad muſculos, ad labium , & ad cutim ibi collocatam.Verum præter foramina,obſeruare oportet caua,I, quæ tam in maxilla, quàm in malis, & propriè in earum tertio oſſe vtrinque continent dentes; quorum numero,& figuræ ita reſpondent,vt neq. hanc,neq. illum propriū ac ſtabilē contineant;[g] ſed eā figurā acquirant,quā illis præbent dentes,& totidem ſint,quot illi,ſiquidem vbi dens cadit,excæcatur,& clauditur cauum;Vbi nouus ſubit,quacumque ætate,nouum producitur cauum,eadem enim procreatrix facultas, quæ profert caua, profert etiam dentes:ſunt autem hi in vniuerſum trigintaduo,[h] & totidem quoque ſunt caua, ſexdecim in maxilla, totidem in vtroque ſimul tertio oſſe malarum;vnicum autem os maxillæ poſt primum ætatis annum deprehenditur, licet ad mentum , quod eſt maxillæ pars ima ſymphyſis obſcura[i] conſpiciatur,per quam
C duo oſſa,quæ in infantibus euidenter ſeparata ſe oſtendebant,poſita coaluerunt.

De oſſe Hyoide. Cap. III.

Tab. 7. Fi. 4. 5. AB oſſibus capitis proximè ad os hyoides[k] pergimus, quod cum proceſſibus oſſium temporum ſtili formam imitantibus nectatur,ſeiunctumque ſit à cæteris oſſibus, quæ ſerie- quadam inter ſe iunguntur,alia ab alijs pendentia.Os quod vnicum apparet,ſed ex multis cōponitur, ſupra guttur reſidens , à figura literæ υ,[l] quam vtrinque repræſentat, dictum eſt ὑοειδές, ſiue ὑψιλοειδές, ab alijs etiam λαμβδοειδές, quod Λ literæ ſpeciem referat;ab alijs[m] ὑαρογγετρον,quod in faucibus ſitum ſit:licet paruum ſit,maximam tamen vtilitatem affert:nam & valida[n] ligamenta continet,& muſculos partim ſuos,hoc eſt a quibus mouetur, partim communes aliarum partium,vt linguæ, gutturis,qui ad proceſſum ſtiloidem pertinent, & qui buccas mouent.Hoc os medium,A,pateſcit ab exteriori parte gibbum,ab anteriori ſinum. Vtrinque autem à lateribus duos proceſſus exigit,υ,literam referentes:ex ijs,B,ille ab vtroque latere , qui ad priorem partem ſpectat, longior eſt, teres, & pluribus oſſibus compoſitus; plerumque
D autem ternis,vel quaternis adeò inter ſe coeuntibus, vt ad vnitatem coaluiſſe videantur; in mollioribus corporibus, cuiuſmodi ſunt muliebria, hi proceſſus ſubſtantiam magis habent ligamenti,quàm oſſis:duo,C,alij qui vergunt verſus poſteriorem, latiores ſunt, ac breuiores; quæ figura idonea eſt muſculis , quibus illigari debet . Situm[o] eſt autem, vt diximus, in faucibus,vbi muſculis adeò illigatur,vt ex ſuo loco dimoueri nequeat. Licet autem non inſidat baſi alterius oſſis, per longiorem proceſſum nectitur[p] cum proceſſu ſtiloide; quamquam in oſſis hyoidis proceſſus etiam vbi ex oſſe ſit, non peruenit vſque ad proceſſum ſtiloidem, ſed illi innectitur per ligamentum : At minor proceſſus oſſis hyoidis ſuo fine nectitur[q] cum ſuperiori proceſſu ſcutiformis cartilaginis gutturis.

De oſsibus ſpinæ,ſacri, & coccygis . Cap. IV.

Tab. 7. Fig. 6. CAput excipit ſpina dorſi,ad quam nunc aggredimur,expoſituri prius quæ vniuerſè cōmunia ſunt,deinde quæ pertinere ad ſingulas eius partes videantur . Vocatur tota à græcis ἄκανθα,[r] propter poſteriores proceſſus ſpinam referentes,eumq; vſum hominibus præbet,quē nauibus[s] carina; per eam recti incedunt, recti item inſiſtunt: Per eandem,cum media perforata ſit, tranſit[t] medulla à cerebro deſcendens, vnde oriuntur nerui pertinentes

a Supra in hoc capite
b Gal.li.11. de vſu p.18
c Gal.11 li. de vſu partium c. 18.
d Gal.li.de oſſib. c.6.
e Gal. ibidē
f Gal.10.li. de vſu p. c. 7.
g Falopius in libro de Anatom. obſeruationibus .
h Gal.li.de oſſib.ca. 5. & li.11. de vſu p.ca.8.
i Gal.li de oſſib.c.6.et li.11.de vſu part. c. 19. & Falopius in obſeruationibus Anat.
k Gal.li.de muſcul.diſſect. c. 13.
l Gal.li.de muſculorū diſſectione capite 10. & 13.
m Gal.lib. de vocal. inſtrum. diſſectione capite 6.
n Gal.li.de muſcul diſſectione c. 10. & 13.
o Gal.li.de vocal Inſtr. diſſectione c.6.
p Gal.li.de Muſcul. diſſectione c. 13.
q Gal.li de muſcul.diſſectione c. 13.
r Gal.3. de Artic. cō. 29.& li.12. de vſu partium, c.15.
ſ Gal. li.3 . de vſu p.c. 2 .& lib.12. de vſu p.c. 10.
t Gal.li.12. de vſu par. c. 11.

ferè[a] ad omnes corporis partes; ſpectat ſpina etiam ad[b] motum, nam eius beneficio corpus E
flectitur, & extenditur. Ad motum natura reſpiciens, magiſque ad firmitatem, ac ſtabilitatem,
non ex vnico oſſe, quod[c] firmius fuiſſet, ſed ex pluribus ipſam conſtituit, non quidem ex pau-
cis, vt membra, ſed ex multis, ne[d] medulla validiori, ac ſubito flexu laceraretur, ſed curuare-
tur paulatim; id quod præſtat oſſium multitudo, quæ natura ita inter ſe[e] commiſit, vt in prio-
rem partem flecterentur; iiſdem plurimam adiecit[f] cartilaginem, vt minus comminueren-
tur, aut abſumerentur, qua paulatim obduxit proceſſus tranſuerſos, ſed magis adhuc poſte-
riores, quos ſpinam repręſentare[g] diximus, quiue prima ætate ex cartilagine magis videntur
conſtare, quàm ex oſſe: habentque vim propugnaculi, & medullam ab externis iniurijs defen
dunt. Figura ſpinæ incurua eſt, ad ceruicem, A, enim vergit verſus partem anteriorem, ad tho-
racem, B, verſus poſteriorem; ad finem thoracis, & initium lumborum, C, rurſus verſus anterio
rem; ad finem lumborum, & os ſacrum, D, verſus poſteriorem, quæ figura maximè idonea eſt,
non ſolum ad ſitum eorum, quæ ab interna parte in thorace, aut ventre, ipſi innituntur, ſed e-
tiam ad flexum: ſic enim figurata ſpina commodè flectetur corpus; ſiquidem ad finem thora-
cis, vbi in anteriorem partem magis ſpectat, quodammodo baſis eſt, ſupra quam & ſuperior,
& inferior pars mouetur. Oſſa ex quibus componitur ſpina, græce[h] σπόνδυλοι, latinæ vertebræ F
nominantur viginti[i] quatuor ſunt; ſeptem in ceruice, duodecim ad coſtas, reliquæ quinque
ſunt proximę coſtis, cum quarum poſtrema committitur os ſacrum. Commune eſt omnium,
prima excepta à poſteriori parte proceſſum, E, exigere, à quo ſpinæ inueniſſe nomen iam retu
limus:[k] commune item omnium eſt, à priori, F, parte dimidiatam trochleam referre, à lateri-
bus verò proceſſus exigere, ſurſum, G, & deorſum, H, ſpectantes, ſeu aſcendentes, ac deſcen-
dentes, & partim deſidentes, partim prominentes, per quos vna vertebra cum altera conne-
ctatur. Omnes etiam communiter habent tranſuerſos proceſſus, I, duos, vnum ab vtroque la-
tere supernè ſinuatum, vt aditum præbeat neruo a medulla exeunti. Omnes quoque[l] mediæ
perforatæ ſunt, ac peruiæ, vt medullæ à cerebro deſcendenti tranſitum præbeant, quod ca-
uum non eſt æqualiter amplum in omnibus: ſed proportione magnitudinis excepta prima,
cuius foramen latius patet, neque verum eſt, id quod nonnulli[m] aſſerunt rationem magis ſe-
cuti, quam ſenſum: foramina ſuperiorum vertebrarum latius patere, inferiorum verò ſubin-
de anguſtiora reddi, vt reſpondeant vbique magnitudini medullæ, quæ grandior ex cere-
bro emanat, & ſubinde minor redditur: atque abſumitur, cum neruos producit; tantum id
comperies in vertebris oſſis ſacri, quæ quanto minorem continent medullam, tanto angu-
ſtiora habent foramina. Omnes item vertebræ à lateribus, qua inter ſe committuntur, ex- G
cauatæ ſunt; ita vt ex cauo ſuperioris, & inferioris vertebræ, vnum quaſi rotundum fora-
men reddatur, per quòd exit neruus, qui deriuatur à medulla, & per quod vena, & arteria
ad eandem penetrat. Quod ad magnitudinem attinet, cum corpora quæ[n] ſuſtinent, maiora
eſſe debeant, quàm quæ ſuſtinentur, ſubiectæ vertebræ cum ſuperiectas ſuſtinere debeant,
meritò grandiores fuerunt effictæ. Quamobrem[o] ſacrum os, quod ipſis omnibus ſubijci-
tur longe maximum eſt; quanto autem ſuperiores ſunt, tanto non ſolum minores[p] ſunt, ſed
tenuiores quoque. Quamquam prima[q] vertebra, quæ caput excipit, latior eſt, propter mu-
ſculos, qui vel caput mouentes in ipſam inſeruntur; vel ab ipſa orti ſcapulas attollunt; ſe-
cunda[r] etiam, vt committi cum prima poſſet, magnitudine tertiam ſuperat: reliquæ om-
nes quanto inferiores ſunt, tanto grandiores inſpiciuntur. Vidētur autem vertebræ om-
nes conſtare ex[s] vno oſſe dumtaxat, ætate prouectis: nam teneris ex tribus compoſitas
ſe oſtendunt; vnum eſt corpus ipſum vertebræ, duo vero ſunt latera, quæ vtrinque proce-
dunt verſus partem poſteriorem, vbi inter ſe coeunt, & medium foramen conſtituunt, per
quod deſcendat ſpinæ medulla. H

Tria hæc oſſa deinde adeo inter ſe coaleſcunt, vt prope vnum videantur: hoc idem quod
de vertebris dicimus, euenit etiam[t] oſſi ſacro; quod ſimiliter ex tribus, eodem modo
componitur. Iunctura uertebrarum inter ſe ita habet; à priori[u] parte qua ipſarum cor-
pora mutuo ſe attingunt, arctè inter ſe nectuntur, quod ab ea non debeant moueri uer-
ſus poſteriorem, ſed à poſteriori in priorem; & idcirco ibi laxius alligantur: à prio-
ri autem aſtringuntur cartilaginoſo[x] ligamento, quod ſpeciem refert lunatam; craſ-
ſiuſque eſt in medio, quam à lateribus, & proceſſu ætatis durius efficitur, ac ad oſſis
naturam accedit. A lateribus uerò per proceſſus, quos omnium communes aſcenden-
tes, & deſcendentes poſuimus, non omnes[y] eodem modo inter ſe committuntur. Sed
quæ inter primam, & duodecimam interiectæ ſunt, proceſſus aſcendentes quidem gib-
bos habent, ita ut à ſuperiectæ deſcendentibus proceſſibus ſinuatis recipiantur: deſcen-
dentes uerò ſinuatos, in quos inſeruntur aſcendentes proceſſus uertebræ ſubiectæ. At
prima[z] uertebra proceſſus habet tam infernè, quàm ſupernè ſinuatos; quod ſupernè
capitis tubercula recipiat: infernè gibbos proceſſus ſecundæ uertebræ. Ex contrario duo-
decima tam aſcendentes, quàm deſcendentes proceſſus gibbos exigit: aſcendentes inſe-
runtur in proceſſus deſcendentes undecimæ uertebræ ſinuatos: deſcendentes uerò in proceſ-
ſus primæ lumborum uertebrę aſcendentes ſimiliter ſinuatos; quinq; autem[a] lumborum uer-
tebræ

a Gal. li. 9 de vſu partium capite 11. & li. 12. c. 15.
b Gal li. 12. de vſu par. capite 10.
c Gale. ibidem.
d Gal. ibidem.
e Gale. 12. de vſu partium capite 16.
f Gale. ibidem c. 15.
g Paulo ante, & Gal. 3. de Articul. cō. 39.
h Gale. 12. de vſu par. c. 10. 11. 12.
i Gal. li. de oſſib. c. 7. & li. 12 de vſu part. c. 12.
k Paulo ante.
l Gal 12. de vſu partiū c. 14.
m Fallopius in ſuis obſeruation. anatom. & Valuerda id videtur aſſerere li. 1. cap. 10. & Carol9 Stefanus li. 1. Anat. cap. 12. & Gal. li de oſſib. ca. 8.
n Gal. 12. de vſu p. c. 13.
o Gale. 12. lib. de vſu partium capite 12. & cap. 15.
p Gale. 12. de vſu par. c. 13.
q Gal. li. de oſſib. c. 8.
r Gal. ibidē
ſ Fallopius in obſeru. anat. hom.
t Fallopius ibidem.
u Gal. li. de oſſib. c. 8.
x Falloppi9 in li. de obſeruationibus anato.
y Gal. li. de oſſib. c. 9.
z Gal. li. de oſſib. c. 9.
a Gal. li. de oſſib. c. 10.

A tebræ proceſſus aſcendentes habent ſinuatos, deſcendentes gibbos, per quos inſinuantur in ſubiectas: excipe quintam, quæ deſcendentes proceſſus habet, non euidenter gibbos, aut ſinuatos, per quos committitur cum prima parte oſſis ſacri, quod deſinit in os coccygis. [a] Hæc quæ de ſpina in vniuerſum propoſuimus, ferè communia ſunt, ſi qua enim propria comme-morauimus, id fecimus, vt quæ communia ſunt, ab illis ſepararemus. Nunc proximum eſt, vt ad propria transſeamus, ſi ante ſpinam in tres [b]. partes diſtribuerimus, in ceruicem, thoracem, & lumbos. His vt quartam adijciemus os ſacrum, de quibus omnibus agere ſeorſum expedit.

a Gal li. de oſſib. c. 11. & 12.
b Gal. li. de oſſib. c 7.

Tab. VIII Fig. omnes.

Ceruix igitur à natura inſtituta [c] eſt, propter aſperam arteriam, quà in ipſa reſidet. Hoc vel ex eo intelligi poteſt, quòd animalia, quæ pulmone carent, carent [d] etiam ceruice: quæ pulmone, & arteria prædita ſunt, prædita ſunt & ceruice. Conſtat ceruix ex vertebris [e] ſeptem, & non ex vno oſſe, vt ad capitis motum accommodentur. Porrò B capitis motus duplex proponitur à Galeno, [f] vnus quo in latera vertitur, quem fieri ait à commiſſura capitis cum prima vertebra: alter cum [g] in priora, aut poſteriora vertitur, quem fieri ſcribit à commiſſura primæ vertebræ cum ſecunda. Sed tertium motum caput præſefert, cum circumducitur. Ex tribus propoſitis motibus conſtat duos eſſe proprios capitis, tertium eatenus ad ipſum ſpectare, quatenus mota ceruice mouetur. Hic autem eſt ad latera, quem non præbet commiſſura capitis cum prima vertebra, vt voluit [h] Galenus, neque enim ſubitò in latus eſſe debuit; nam ſic uiolaretur medulla, ſed paulatim, quo ſpectant omnes vertebræ ceruicis, quæ ſimul omnes in latus inclinantes, paulatim medullam ſecum trahunt. Ex reliquis duobus motibus, ille quo caput in priora, & in poſteriora mouetur; perficitur per cōmiſſuram ipſius cum prima vertebra, non cum ſecunda, quæ adeo arctè illigatur, vt curuari nō poſſit, quantum curuari caput videmus: Sed commiſſura hæc præſtat alium motum proprium capitis, quo videlicet circumducitur: primæ enim vertebræ innixum ſuper ſecundam, quaſi ſuper axem conuertitur circa [i] proceſſum dentiformem, cum quo per cartilaginoſum ligamen tum nectitur. Vſus igitur vertebrarum ceruicis huiuſmodi eſt, pergamus ad earum formam; quam ad ipſum præſtandum aptiſſimam comperiemus. Ex ſeptem eius vertebris, prima [k] excipit capitis duo tubercula oblonga, quæ in oſſe occipitij vtrinque eſſe diximus, à latere C magni foraminis, per quod ſpinæ medulla ex cerebro egreditur: quibus tuberculis prima vertebra reſpondentes [l] ſinus, A, habet, ab vtroque latere vnum. Conſtat autem ex oſſe duriſſimo, vt firmius ſit, alioquin tenue eſſe debuerit, ob cauum amplum ad medullam recipiendam. A priori, B, etiam parte tintus ſinuatur, quatenus proceſſum dentiformem admittit, quem ſecunda [m] vertebra exigit à priori parte, & tam proceſſus, quam ſinus cartilagine obducitur. Verum extra è regione ſinus os prominet, D, & craſſius eſt, vt firmitatem ſinui præſtet, & ſimul etiam accommodetur ad finem muſculorum primi paris mouentium dorſum: ezigit præterea prima vertebra tranſuerſos, E, proceſſus [n] longiores, & latiores reliquis vertebris, vt excipiant ſextum, & ſeptimum par muſculorum mouentium caput: habet vterque proceſſus foramen, F, per quod tranſit arteria in caluariam, quà autem prima vertebra vtrinque cum oſſe occipitij committitur, G, foramen apparet partim in ipſa, partim in occipitij oſſe, excauatum, per quod, [o] exit primum par neruorum à medulla: per quod item arteria, quam per paulò ante propoſitū foramen trāſire diximus, in caluariam penetrat. A poſteriori, H, parte [p] ſola inter vertebras caret ſpina, quoniam aliena fuiſſet muſculis, qui ea parte feruntur; ibi etiam promi net, & aſpera eſt, vt quintum par muſculorum mouentium caput, inde facilius initium ducat. Inferior pars vtrinque [q] ſinus habet, in quos ingrediuntur proceſſus ſecundæ vertebræ ſurſum D ſpectantes; tam ſinibus, quàm proceſſibus obducta eſt cartilago. Secunda vertebra committitur cum prima, quæ commiſſura, vt ante [r] oſtenſum eſt, motui in anteriora, & poſteriora minime aptatur, nam præterquam quod hunc præſtat commiſſura capitis cum prima vertebra, ſecunda cum prima adeò illigatur, vt flecti non poſſit; ſed caput circa [ſ] ſecundam circumducitur, quem motum non poteſt efficere commiſſura eius cum prima vertebra, quod non ſit ibi ſinus, & proceſſus rotundus, vt in iunctura femoris cum coxa, ſed oblongus: ſecunda igitur uertebra ſupernè à lateribus proceſſus exigit, qui ad vnguē reſpondent receſſibus primæ, in quos inſinuantur, exigit: & ſecunda [t] proceſſum dentiformē, C, à quo dens nominata eſt: hunc (ſiue ſit appendix cum proceſſu, vt nonnulli volunt, ſiue proceſſus dumtaxat) recipi oſtendimus in ſinu interno à priori parte primæ vertebræ vbi validè alligatur [u] per ligamentum cartilagino ſum quod priori parti primæ vertebræ in interno cauo innaſcitur; in hoc circumagitur proceſſus dentiformis ſecundę vertebræ habet enim id ligamentum proceſſum ſurſum verſus ſpectantē, qui reſpondet denti, alioquin refert figuram lunatam cornibus ad priorem partem primæ vertebræ ſpectantibus, vbi valide nectuntur, ex ligamento autē, & priori parte primæ vertebræ fit quaſi anulus, in quo recipitur proceſſus dentiformis ſecundæ. Eiuſmodi dens ſinuatur à lateribus, vt præbeat aditum neruis, qui ex ſecundo pari neruorum medullæ

c Gal. li. 8 de vſu part. c. 1.
d Gal. ibidē
e Gal. li. de oſſib. c. 7.
f Gal. li. de oſſib. c. 8.
g Gal. ibidem.
h Gal. li. de oſſib. c 8.
i Gal. li. de oſſib. c. 8.
k Gal. li. de oſſib. c. 9.
l Gal. ibidē
m Gal. lib. de oſſib. c. 8.
n Gal. li de oſſib. c. 8.
o Gal. li. de neruorum diſſectione capite 11.
p Gal. li. de oſſib. c. 8.
q Gal. li. de oſſib. c. 9.
r Paulo ſuperius in hoc cap.
ſ Suprapaulo ante.
t Gal. li. de oſſib. c. 8.
u Gal. li. de oſſib. c. 8.

deriuati musculis collum flectentibus impertiuntur. Sinuatur & a posteriori parte; vbi ligamentum inferitur: per quod in sinu primæ vertebræ, qui asper est, alligatur. Pars dentis superior quæ primam vertebram excedit, aspera est, vt ibi concinnius ligamentum inhæreat, per quod illigatur cum osse occipitij similiter aspero, a priori parte foraminis, per quod medulla a capite descendit. Vtraque autem a lateribus versus posteriorem partem, qua secundæ vertebræ processus, in primæ finibus recipiuntur, excauata est; adeo vt ex eiusmodi cauis foramen, N, vnum vtrinque efficiatur, per quod [a] exit secundum par neruorum a medulla. Habet etiam secunda processus, O, a lateribus bipartitos, ac sinuatos cum foramine, [b] per quod arteria initio ad caluariam fertur. Ab inferiori verò parte processus, P, sinuatos, quibus vtrinque recipit gibbos tertiæ vertebræ processus; sed a priori, Q, parte media prominet, vtrinque desidens, vt aptè ibi inserantur musculi collum flectentes. Verum processus, R, qui a posteriori parte spinam constituit, in extremo bipartitus est, vt reliquarum vertebrarum ceruicis, excepta sexta, & septima: aliarum igitur omnium processus, qui spinam facit, latus est, inæqualis, asper, infernè cauus, supernè gibbus: ac vtrinque modice depressus. Constat autem eiusmodi processus bipartitos, fuisse, vt aptarentur nexui plurium musculorum. Cæterum processus, qui in secunda vertebra spinam facit, alios magnitudine excedit ob musculos quarti, & septimi paris caput mouentes. Sed satis de secunda vertebra ceruicis; eadem ferè est ratio quinque sequentium, quæ a lateribus supernè processus exigunt, qui in recessus vertebræ superiectæ insinuantur. Contra infernè desidunt, vt processus subiectarum vertebrarum accipiant; a lateribus etiam processus habent sinuatos cum foraminibus, [c] & iuxta hos alia foramina communia superioris, & inferioris vertebræ; a posteriori parte processus exigunt bipartitos, qui spinam conficiunt. Verum sexta non ita manifestè bipartitum habet spinæ processum: obscurius adhuc septima, sed vtraque extremo hoc processu adiunctam habet appendicem; quam non reperies in posterioribus processibus superiorum vertebrarum. Committitur septima vertebra ceruicis cum prima thoracis commissura magis plana, per minores processus, ac recessus, quandoquidem & motus debuit esse obscurior, quam in uertebris superioribus. Illud autem ignorare non oportet, quod in qualibet ferè ceruicis uertebra numerare tredecim processus licet; utrinque enim inspicitur processus, 1.2. unus superioris uertebræ. Tertius, 3. & quartus, 4. sunt duo processus ascendentes, utrinque unus. Quintus. 5. & sextus. 6. duo descendentes, similiter utrinque unus. Transuersi duo processus bipartiti efficiunt, septimum, 7. octauum, 8. nonum, 9. & decimum, 10. sicut undecimum, 11. & duodecimum, 12. posterior processus bipartitus; decimumtertium, 13. prior pars uertebræ, quæ inferius procedens in subiectam inferitur. Hactenus de ceruice.

(Margin: E; F; a Gal. li. de dissection. neruorum cap. 12. b Gal. li. de ossib. c. 8. c Gal. li. de ossib. c. 8. Patet ⁊ figu. 7. & 8. Tabul. vii.)

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ VII. & VIII. inscriptæ visuntur, explicatio.

TAB. VII. FIG. I. II. III.

Tres figuræ omnes maxillam ostendunt.

I	A priori parte.
II	A posteriori.
III	In latus.
A	1.2.3. Anterior processus tenuis.
B	1.2.3. Processus posterior.
C	1.2.3. Capitulum rotundum, quod in sinu ossis temporum recipitur.
D	1.2.3. Asperitas ad mentum vbi inseruntur musculi.
E	1.2.3. Asperitas vbi labrum incoatur.
F	1.2.3. Sinus a lateribus, vbi musculi continentur.
G	2. Foramen vtrinque ab interna parte, per quod trāsit ramus, venæ, nerui, atque arteriæ.
H	1.3. Foramen ab exteriori, atque inferiori parte, per quod exit ramus nerui, uenæ, & arteriæ.
I	1.2.3. Caua, ubi continentur dentes.

FIGVRA IV. V.

Vtraque figura os hyoides monstrat.

IV	A priori parte, cum processibus integris.
V	A posteriori parte; præcisis longioribus processibus.
A	11.12. Medium quod patescit.
B	11.12. Processus longior ab anterior ab utroque latere.
C	11.12. Processus posterior ab utroque latere.

TABVLA VII.



TAB. VII. FIG. VI.

Picturæ spinæ dori cum osse coccygis notas habens numerorum vertebras significantium, cuius litterarum explicatio ita se habet.

A Ceruix, quæ septem vertebras continetur.
B Thorax qui duodecim vertebris continetur.
C Quinque vertebræ lumborum.
D Os sacrum.
E Procesſus a posteriori parte spinam efficiens.
F Prior pars vertebrarum.
G Procesſus a lateribus sursum spectantes.
H Procesſus à lateribus deorsum spectantes.
I Procesſus transuersi.
L Foramen a lateribus, per quod exit neruus a spinæ medulla.
M Os coccygis.

TAB. VII. FIG. VII. VIII.

Vtraque figura repræsentat quintam vertebram ceruicis,

VII A priori, & inferiori parte.
VIII A superiori, & priori.
Notæ numerorũ in vtraq. hac figura significãt procesſus tredecim, quos pag. 45. C, retulimus.

TAB. VIII. FIG. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Ex tredecim figuris ceruicis vertebras referentibus monstrat

I Septem ceruicis vertebras a priori parte.
II Easdem a posteriori.
III Easdem in latus.
Numeri in his tribus figuris notant ordinem septem vertebrarum.
IV Primam vertebram a priori parte.
V Eandem a posteriori, & superiori.
VI Eandem a priori, & inferiori.
VII Primam cum secunda a posteriori parte.
VIII Secundam a parte priori.
IX Secundam a parte posteriori.
X Tertiam vertebram a parte priori.
XI Tertiã a parte posteriori, & superiori.
XII Eandem a parte posteriori.
XIII Eandem a parte inferiori.
Quid literæ significent in vnaquaque ex prædictis figuris nunc subijciemus.

A 2.5.7. Sinus ab vtroque latere primæ vertebræ, in quos inseruntur tubercula capitis.
B 2.5.8. Prior pars primæ vertebræ sinuata ad excipiendum dentiformem processum secundæ.
C 2.7.8. Processus dentiformis secundæ vertebræ.
D 1.4. Os prominens in prima vertebra, è regione sinus illius vbi recipitur processus dentiformis secundæ vertebræ.
E 1.2.4.5. Transuersi processus primæ vertebræ.
F 1.5.6.7. Foramen in processu transuerso vertebrarum ceruicis, per quod transit arteria in caluariam.
G 2.5. Foramen partim in prima uertebra, partim in osse occipitij, per quod exit primum par neruorum a medulla.
H 2.4.5.6.7. Posterior pars primæ uertebræ.
I 6. Inferior pars primæ uertebræ sinuata recipiens processus secundæ.
L 8.9. Processus secundæ uertebræ sursum spectantes.
M 5.6.7. Ligamẽtum in prima uertebra, nectens dentiformem processum secundæ.
N 7. Foramen partim in prima, partim in secunda uertebra, per quod exit secundum par neruorum à medulla.
O 1.2.8.9. Processus à lateribus secundę uertebræ.
P 3. Processus sinuati ab inferiori parte secundæ uertebræ, in quibus recipiuntur gibbi processus tertiæ.
Q 1.8. Prior pars primæ uertebræ prominens.
R 2.3.9. Processus posterior secundæ uertebræ.

Tab.

TABVLA VIII.



E

Tab. 9. Fig. 1. 2. 3. 4.

SEquuntur vertebræ thoracis,quæ duodecim [a] sunt,quanquam in aliquibus tredecim [b] reperiuntur totidem costis respondentes,quod rarum est;in aliquibus vndecim,quod [c] rarissimum. Sed vertebrarum lumborum,aut ceruicis numerus idem est in omnibus,neque varius, vt thoracis.Substātia horum ossium a posteriori parte laxa, & foraminibus plena conspicitur, ita vt aditum præbeat venis,a quibus nutriatur. Quod attinet ad conformationem,prima vertebra thoracis supernè habet inæqualem superficiem,perinde ac vertebræ ceruicis,infernè æqualem,vt reliquæ thoracis,quæ planæ [d] videntur,& non sinuatæ a priore parte qua inter se committuntur,contra quam in ceruice, vbi superiores vertebræ a priori parte descendunt in sinus inferiorum. Verum duæ priores vertebrę thoracis a priori parte desidentem superficiem habēt,propter musculos, qui collum trahunt in partem priorem,aliæ verò prominentem in semicirculi speciem.Omnes autem vtrinque a lateribus [e] processus ,A, exigunt sinuatos,respondentes capitulis costarum, quæ in illis recipiuntur. Sinus ,B, vertebrarum in quos inseruntur capitula costarum, vsque ad decimam insculpti sunt a lateribus in vertebra superiori, & inferiori iuxta foramina ,C, vnde exeunt nerui a medulla,magis tamen pertinent ad inferiorem vertebram, quam ad superiorem; quamquam prima,vndecima,& duodecima,sinum habent totum in se exsculptum, & non impertitum vertebræ,cum qua iunguntur.Sinus,in quem costæ capitulum inseritur,cartilagine obductus est,& obtusum angulum repræsentat perinde atque ipsum costæ capitulum. Quælibet item ex vertebris thoracis transuersos processus æquales exigit, vsque ad decimam; in qua minores sunt,quam in superioribus:nam & capitula quæ ab illis recipiuntur,ipsa quoque minora sunt;minores adhuc sunt processus vndecimæ, & duodecimæ vertebræ, quod minores præstent vsus: neque enim sinum insculptum habent, vbi recipiantur tubercula vndecimæ, & duodecimæ costæ,quæ non in processus,sed in ipsa vertebrarum corpora insinuantur: nam in aliarum vertebrarum omnium transuersis processibus,sinus ,D, insculpti sunt, qui a priori parte se ostendunt,sed alij magis supra, alij magis infra. In prima enim deorsum spectant,in nona sursum;in medijs medio modo habent,quamuis Galenus [f] omnes inferius spectare tradiderit. Cæterum processus, E, qui a posteriori parte spinam constituunt, in uertebris thoracis simplices sunt,non duplices,ac bipartiti, sed variam habent formam: quandoquidem in nouem superioribus vertebris longissimi sunt,ex lato in angustum tendentes trianguli modo.In decima autem processus minor deprehenditur, quam in superioribus, & in obtusum mucronem definit,non in acutum,ut cæteri. Vndecimæ processus breuior est, sed latior:cuius mucro teres est,ac densus.At in uertebra duodecima breuis est, latus, & utrinq; depressus,ut in uertebris lumborum.Iam uerò spectant procesus, qui in uertebris thoracis spinam faciunt,nouem [g] deorsum,sed a decima incipiunt recta ferri retrorsum:id quod magis in undecima,magis adhuc in duodecima apparet,non tamen ita recta feruntur, ut non aliquid deorsum spectent;id quod euenit etiam processibus spinæ lumborum. Transuersi uerò processus nouem superiorum uertebrarum thoracis, perinde atque ceruicis [h] nonnihil deorsum uergunt,quamuis corpora sursum magis spectent: at mucrones processuum paulum deorsum inclinati uidentur.In decima tamen,& [i] undecima uertebra sursum ferè conuertuntur. Duodecimæ uertebræ transuersi processus non solum sursum uergunt, sed etiam retrorsum ducuntur.Ita autem inter se committuntur uertebræ thoracis,ut inferior [k] utrinque processum ,F, exigat,qui in sinum processus ,G, superioris uertebræ inferatur, excepta duodecima, quæ utrinque procesus exigit superne,& inferne,ita ut recipiatur a sinibus,tam thoracis undecimæ,quam primæ uertebræ lumborum;interdum tamen euenit,ut non duodecima,sed undecima,aut alia fit,quæ utrinque procesus exigat,& utrinque recipiatur, plerunque tamen id euenit duodecimæ.Quod si omnes procesus numeremus in unaquaque thoracis uertebra septem comperiemus,binos ascendentes,binos descendentes,binos transuersos,& unum posteriorem,qui spinam constituit.

Duodecim uertebris thoracis subijciuntur quinque [l] lumborum grandiores, & crassiores; quarum substantia rara est, & pumicis modo plena foraminibus, quæ partim conferunt ad læuitatem,partim transitum præbent uenis [m] alimentum deferentibus.Foramen ,A, autē per quod exit neruus a medulla & ad eandem fertur uena,& arteria, qua inter se uertebræ committuntur,totum fere pertinet ad superiorem uertebram:nam inferior tantum imam foraminis partem componit.Procesus ascendentes ,B, in unaquaque oblongi sunt, & plurimum sinuati; [n] ut recipiant tubercula descendentium ,C, procesuum uertebræ superioris qui similiter oblongi sunt,transuersi uerò ,D, tenuiores inspiciuntur in uertebris lumborum,quā thoracis;eatenus autem longi sunt,ut uideantur eundem usum præstare in lumbis, quem costæ in partibus superioribus,breuiores tamen apparent in prima,& quinta,quam in mediis inter utramque.Sursum uerò spectant illi soli,qui ad quintam pertinent.At posteriores ,E, ualidi, & crassi sunt,non tamen longitudinem obtinent suæ moli respondentem, sed adiunctam habent appendicem,cum mucrone hebeti,ac trianguli speciem referente.Galenus [o] iuxta foramen,unde exire neruum diximus,utrinque longum procesum esse ait deorsum spectantem,

qui

a Gal. li. de ossib. c. 9.
b Gal. ibid.
c Falop. in li. obseruat. anato.
d Gale. lib. de ossib. c. 9.
e Gal li. de ossib. c. 13.
f Gal. li. de ossib. c. 9.
g Gal. li. de ossib. c. 9.
h Gal. li. de ossib. c. 9.
i Gal. ibid.
k Gal. ibid.
l Gal. li. de ossib. c. 10. & libr. 12. de vsu par. c. 12 & 13.
m Gal. 13. lib. de vsu part. c. 9. & li. de ossib. c. 10.
n Gal. li. de ossib. c. 10.
o Ga. li de ossib. c. 10.

F G H

A quire vera non reperitur in homine, sed in simia; in vnaquaque autem uertebra lumborum hominis septem dumtaxat processus se ostendunt, duo ascendentes, duo descendentes, duo transuersi; vnus à parte posteriori; quòd si ascendentes vt duplices consideres nouem erunt.

Tab. X. Fig. V. VI. VII. VIII.

LVmborum vertebris proximè subijcitur os, quod græcè ἱερὸν, id est sacrum, & a πλατὺ, id est latum nominatur: est enim multò latius quàm ossa vertebrarum, cumque validè internas partes b muniat, iurè etiam sacri nomen inuenit: quamobrem effictum fuit à posteriori parte conuexum, à priori concauum, & læue; sic enim melius tuetur, & mitius continet partes ad quas muniendas fuit effictum: præbet etiam vsum quem vertebræ; quandoquidem excauatum est, vt medullam recipiat, c quæ tandem paulatim in neruos degenerans, cum ipso finitur. Verum os sacrum non d vnum simplex est, sed plerunque e ex quinque, interdum ex sex compositum, & coagmentatum: Hæc quanto inferiora sunt, B tanto minora efficiuntur; quanto superiora, tanto maiora apparent; ita autem inter se nectuntur, vt euidenter à priori parte coaluisse videantur. Nam vbi coccygis os (de quo proxime loquemur) constat f ex tribus, tunc ferè in osse sacro sex reperiuntur; vbi verò ex quatuor, quinque tantum apparent. Tenera tamen ætate in eorum commissura media quædam cartilago se ostendit, à parte posteriori ne vestigium quidem commissuræ deprehenditur, nisi in pueris. In alia verò ætate tantum multiformia ossa se ostendunt, neque commissuræ linea apparet, nisi vbi primum cum secundo coniungitur à lateribus. In processibus verò ascendentibus, A, & descendentibus iunctura admodum obscura deprehẽditur versus partem priorem, nam, versus posteriorem sine vlla penitus iunctura vnicum tantum os apparet, præterquam ad commissuram primi cum secundo, vbi processus ascendentes, & descendentes, vt in vertebris inter se committuntur. Transuersi tamen processus primi ossis, & secundi adeò valide inter se coalescunt, vt nullo modo moueantur; qui processus in secundo osse ampliores sunt, & crassiores: magisque antrorsum, ac retrorsum prominent a superiori autem parte primum os propositum committitur cum quinta g vertebra lumborum, quemadmodum illa cum quarta: refert enim speciem vertebræ, h & in vetustis cadaueribus separatum à quinque subiectis plerumque reperitur. Sextum os non exigit processus transuersos, sed per tuber C culum dumtaxat, in quod finitur, committitur cum coccygis osse eo modo, quo vertebrarum corpora inter se committuntur. Superiora autem ossa per transuersos processus à lateribus i sinuatos, B, os ilij vtrinque recipiunt, ita vt validè cum eo nectantur; processus, C, à posteriori parte spinam constituentes; à maioribus ossibus maiores proficiscuntur; à minoribus minores; donec ad minimos perueniatur: omnes autem deorsum spectant. Verum foramina, D, per quæ nerui à medulla exeunt, ita se habent, quod primum partim in quinta vertebra lumborũ, partim in primo osse subiecto insculpitur: ac reliqua similiter inter duo ossa, vt inter primum, & secundum, & ita deinceps: hæc autem ab vtroque latere à posteriori priori parte se ostendunt, vnde sex neruorum paria transeunt, in quę medulla finitur. Apparent in medio posterioris partis, vbi medulla continetur, caua quædam ad ipsam penetrantia ligamentis infarcta. Postrema spinæ pars numeratur os coccygis, E, ita à Galeno k vocatum, qđ non vnum simplex est, sed vt proximè diximus ex ternis l coagmentatur, vbi os sacrum ex sex constat; ex m quaternis, vbi illa sunt quinque. Sunt autem hæc tenera ætate prorsus cartilaginosa, sed processu temporis durescunt, & in ossa degenerant. Factum autem est os coccygis ad imum recti intestini defendendum, quo non egent quadrupedes, cum satis defendantur à cauda. Substantia D horum ossium rara, & laxa est, plurimamque adiunctam habet n cartilaginem, præsertim ad extremum: hæc eundem vsum præstat, quem spina: singula autem ex ijs ossibus quanto inferiora sunt, tanto minora, quanto maiora, tanto latiora: cumque in interiorem partem curuentur, cuculi rostrum repræsentant. Carent præterea processibus, sinibus, o foraminibus, non continent medullam, quam finiri diximus p in imo ossis sacri: non præbent transitum neruis, sed committuntur inter se, & cum sacro osse, quemadmodum corpora vertebrarum.

a Gal. 12. li. de vsu p. c. 2. & ca. 15. & lib. 6. de Anatomic. admin. c. 14.
b Gal. 13. de vsu p. c. 7.
c Gal. li. de ossib. c. 11.
d Gal. li. de ossib. ca. 11.
e Fallopius in li. de Anatom. obseru.
f Fallopius in lib. de Anatom. de obseru.
g Gal. li. de ossib. c. 11.
h Gal. ibidem.
i Gal. 13. de vsu p. ca. 7.
k Gal. li. de ossib. c. 12.
l Gal. ibidẽ.
m Fallopius in lib. de anato. obseru.
n Gal. li. de ossib. c. 12
o Fallopius in lib. obse. Anatom.
p Paulo superius in hoc capite

De costis, ossibus pectoris, & iuguli. Cap. V.

Tab. 10. fig. 9. 10. INter spinæ vertebras duodecim numerauimus, q quas ad thoracem retulimus, quod committantur cum costis, quibus thorax continetur, quamobrem spinæ costas, & ossa thoracis meritò nunc subijciemus: in quorum fabrica r natura partim ad motum spectauit, partim ad munienda viscera subiecta: caput enim quod moueri non debuit, ossibus s vndique muniuit: ventrem, qui plurimum ac vehementum motum postulabat, abdomine operuit musculis composito: in thorace t ossibus musculos inseruit, vt partim moueretur à musculis in respirando, partim defenderet, quæ intus recondita seruat; id quod præstant ossa, quæ ita etiam structa sunt, vt dilatari viscera possint, & contrahi thorax; hoc autem magis perspicuum erit, si seorsum de costis, & de ossibus pectoris agamus.

q Supra in capite antecedenti.
r Gal. li. 7 de vsu p. c. 21.
s Gal. ibid.
t Gal ibid.

Costæ

a Gal.li.de ossib. c. 13.
b Ga. ibid. & lib. 8. de anatomic. adm. c. 1.

Costæ igitur, quas græci πλευρὰς [a] appellant, thoracem constituunt; à posteriori, A, parte cũ spinæ [b] vertebris; à priori cum osse, & cartilagine pectoris coniunctæ. Constant autem ex osse, præterquam a priori, B, parte vbi in cartilaginem degenerant. Os a posteriori parte qua cum vertebris committuntur, appendicem, C, habet, & durum est, ac densum, non tamen magis quàm medijs partibus; contra à priori rarum, ac laxum intus: extima tamen eius superficie tenuis ac dura testa conspicitur. Cartilago in quam degenerant costæ, quæ ad os thoracis perueniunt, durior est, & in senectute facile vertitur in os, quasi cartilaginis squama obtectum; illa in quam degenerant costæ inferiores, quæ vsque ad thoracis ossa non perueniunt, longe mollior est, neque vnquam conuertitur in os. Sed satis de materia costarum, pergamus ad formã. Ita igitur figurantur, vt externa, D, parte gibbæ sint, interna, E, cauæ, sic enim internum spacium thoracis amplius reddunt: a superiori, F, parte hebetes sunt, ab inferiori, G, acutæ. Cum primum autem a vertebris recedunt, tendunt oblique deorsum in posteriora, & hinc ad thoracis latera deorsum [c] semper versus anteriora declinant, quousque in cartilaginem desinant, oblique in orbem sursum in anteriora porrectam; tunc enim sursum in figuram arcus, & in angulum [d] quodammodo flectuntur; id quod commune est etiam costis inferioribus, quæ cũ osse pectoris non committuntur, excepta duodecima, cuius cartilago ad modum obscurè sursum spectat. Illa verò, in quam quinque inferiores desinunt, in acutum mucronem finitur. At primæ cartilago angusta incipit, & paulatim latescit; secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & sextæ extrema tuberculum [e] acutum exigit, quod in osse pectoris recipitur. A posteriori [f] parte costarum ossa in tuberculum, H, finiuntur, quod cum corpore vertebræ committitur, & appendix est non secus quam reliquorum articulorum capita, qua inter se committũtur. Omnes etiam vsque ad decimam propè iam dictum tuberculum aliud, I, exigũt, [g] quod similiter appendix est, & in sinum inferitur transuersi processus vertebræ. Vbi a transuerso processu recedunt, versus partem anteriorem, in capitulum, L, quoddam assurgunt, cum quo nectuntur chordæ sexti musculi mouentis dorsum, quæ nectuntur etiam cum extremo transuersi processus vertebrarum. Sed paulò vlterius assurgunt costæ in aliud capitulũ, M, cui quintus musculus illigatur thoracem mouẽs. Externa costarum superficies, quam thoracis membrana cingit, læuis est, nisi vbi cum vertebris committuntur: ibi enim aspera est, vt melius ligamenta retineat. Paulo etiam vlterius versus anteriorem partem asperitas sentitur, propter musculos & chordas, quæ ibi nectuntur: eadem sentitur a superiori, & inferiori parte, vbi necti musculi debent inter costas collocati. Quibusdam etiam partibus costæ sinuantur, vt cedant venis, neruis, & arterijs: id quod non accidit tribus superioribus, ad quas non pertinent magna vasa; neque tribus inferioribus, cum depressæ sint, quantum satis est ad ea recipienda. Magnitudo nõ est eadem omnibus: superiores, [h] & inferiores breuiores sunt, mediæ longiores; atque idcirco prima, & duodecima breuissimæ, dein secunda, & vndecima, tertia, & decima; sexta autem, septima, & octaua longissimæ sunt: respondet cartilaginis longitudo, longitudini costarum: longiores enim longiorem habent cartilaginem adiunctam: Eadem ratio est latitudinis, nam prima costa quæ latissima est, in latissimam cartilaginem terminatur: Sextæ, septimæ, octauæ, & quandoque nonæ cartilago adeo latescit, vt nullum ferè spacium inane relinquat. Crassitudo cartilaginis costarum crassitudini respondet; vndecimæ enim, & duodecimæ quæ tenuissimæ sunt, tenuissima adiecta est cartilago; mediæ, medio modo se habent. Quod vtrinque duodecim [i] numero sint, satis patere potest ex duodecim vertebris thoracis, cum quibus committuntur: vt autem vertebræ raro tredecim sunt, rarius vndecim, ita etiam [k] costæ. Ex iis septem superiores [l] nõ solum cum uertebris a posteriori parte, sed etiam cum ossibus pectoris a priori committuntur. Quinque inferiores spuriæ [m] appellantur, quod a priori parte non perueniant ad os pectoris, sed a latere finiantur, suis cartilaginibus inter se alligatæ: excepta duodecima, quæ cum undecima per cartilaginem non nectitur, sicut neque hęc interdum cum decima. Omnes autem cum uertebris committuntur; non tamen duplici articulo omnes, vt voluit Galenus, [n] sed tantum nouem superiores, quæ vno tuberculo in sinu corporis vertebræ, altero in sinu processus transuersi recipiuntur: decima rarissimè duobus articulis nectitur: vndecima, & duodecima vnico duntaxat capitulo corpori vertebræ inhæret. Capitulum, N, extremum per quod costæ cum vertebræ corpore committuntur, non recipitur in vna vertebra dumtaxat, sed in sinu in duabus exculpto: primæ enim costæ dumtaxat capitulum inferitur in sinum, in prima vertebra insculptum: sinus, qui recipit capitulum octo sequentium insculpitur in duabus. Ternæ vltimæ per parua capitula in sinus parum desidentes inferuntur.

c Gal.li.de ossib. c. 13.
d Gal. 5. de anat. admi. c. 4
e Gal.li.de ossib. c. 13.
f Gal. ibid.
g Gal. ibi.
h Gal.li.de ossib. c. 13.
i Gal. li. de ossib. c. 13. & 8. de anatom. admi. c. 1.
k Gal. lib. 8 de anato. admi. c. 1.
l Gal. li. de ossib. c. 13. & 8. de Anat. adm. c. 1.
m Gal. lib. 5. de Anat. admin. c. 4.
n Gal.li.de ossib. c. 13. & lib. 8. de anatomic. admin. c. 1.

E
F
G
H

CHA-

TABVLA VIIII.
I
II
IIII
VII
VI
III
V

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ IX. & X. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. IX. FIG. I. II. III. IV.

Qvatuor figuræ thoracis vertebras monſtrant.

I Omnes duodecim à parte anteriori.
II Eaſdem à poſteriori.
III Octauam thoracis vertebram à parte anteriori,& ſuperiori.
IV Eandem a poſteriori,& inferiori.
Numeri in duobus primis figuris monſtrant ordinem vertebrarum.

Literarum hæc ratio eſt.

A 1.2.3.4. Monſtrat proceſſus tranſuerſos, ſeu à lateribus vertebrarum.
B 3.4. Sinus vertebrarum, in quos inſeruntur capitula coſtarum.
C 1.4.Foramina, vnde exeunt nerui a medulla.
D 1.Sinus in priori parte tranſuerſorum proceſſuum.
E 2.4.Poſteriores proceſſus ſpinam conſtituentes.
F 3.Proceſſus aſcendentes.
G 2.4.Proceſſus deſcendentes.

TAB. IX. FIG. V. VI. VII. ET TAB. X. FIG. I. II. III. IV.

Septem hæ figuræ, partim in 9 partim in 10.Tab.exiſtentes, monſtrant lumborũ vertebras.

Tab. 9. fig.
V Omnes quinque a parte anteriori.
VI Eaſdem a poſteriori.
VII Eaſdem in latus.

Tab. 10. figura
I Primam duntaxat,in priorem, ac poſteriorem partem conuerſam.
II Eandem ab anteriori parte, atque ab inferiori.
III Eandem à poſteriori, ac ſuperiori.
IV Eandem a priori,atque inferiori.
Numeri in 5.6.7.fig.tab.9. monſtrant ordinem vertebrarum.

Literarum hæc ratio eſt.

A 7.Foramina per quæ exeunt nerui a medulla.
B 5.6.7.3.Proceſſus aſcendentes.
C 6.7.3.4.Proceſſus deſcendentes.
D 5.6.7.1.2.3.4.Proceſſus tranſuerſi.
E 6.7.1.2.3.4.Proceſſus poſteriores ſpinam conſtituentes.

TAB. X. FIG. V. VI. VII. VIII.

Qvatuor figuræ repræſentant os ſacrum cum oſſe coccygis.

V Oſtendit os ſacrum ex ſex oſſibus cõpoſitum,& os coccygis ex tribus, a parte priori.
VI Vtrumq; ſimiliter compoſitum a parte poſteriori.
VII Tertia os ſacrum ex quinque oſſibus compoſitum, cum oſſe coccygis ex quatuor.
VIII Vtrumq. ſimiliter compoſitum oſtendit a parte poſteriori.
Numeri monſtrãt ordinem tam in oſſe ſacro,quam in coccyge.

A 5.6.7.8.Proceſſus aſcendentes.
B 6.8. Tranſuerſi proceſſus a lateribus ſinuati.
C 6.8.Poſteriores proceſſus ſpinam conſtituentes.
D 5.6.7.8.Foramina per quæ exeunt nerui a medulla.
E 5.6.7.8.Os coccygis.

TAB. X. FIGVRA IX. X.

Figura IX. & X. vtraque repræſentat coſtas.

IX Octauam coſtam ſiniſtram a parte inferiori.
X Octauam dextrã ſimiliter ab inferiori parte cum octaua vertebra thoracis.

A Poſterior pars coſtæ.
B Prior pars coſtæ, quæ in cartilaginem degenerat.
C Appendix a parte coſtæ poſteriori.
D Externa pars coſtæ gibba.
E Interna pars coſtæ caua.
F Pars ſuperior coſtæ.
G Pars inferior coſtæ.
H Tuberculum à poſteriori parte coſtæ, quod cum corpore vertebræ committitur.
I Aliud tuberculum,quod in ſinũ tranſuerſi proceſsus vertebræ inſeritur.
L Capitulum coſtæ, cum quo nectuntur chordæ ſexti muſculi mouentis dorſum.
M Aliud capitulum coſtæ alterius,cui illigatur quartus muſculus thoracem mouens.
N Capitulum extremum,per quod coſta cum corpore vertebræ cõmittitur.
O Octaua vertebra thoracis.

Coſtarum omnium figuram in Tab. XI. appictam habes, vbi thorax omnis vnà cũ declaratione proponitur.

TABVLA. X.



Tab. 11. Fig. 1. 2. E

OS pectoris [a] partim defendit interna viſcera, partim muſculos fulcit, partim ac-
commodatur ad motum, cum [b] ſinus, A, habeat, in quos coſtarum cartilagines
conijciuntur: eius ſubſtantia non admodum ſolida eſt, ſed intus rara, pumicis mo-
do, quæ ab anteriori parte ſolidiori teſta tegitur: à poſteriori non ita ſolida, vbi
nonnulla foramina ſe oſtendunt, non peruia, præſertim, vbi craſſius eſt, per quæ ve
næ tranſeunt alimentum deferentes. Degenerat os pectoris in cartilaginem à parte inferiori,
a ſuperiori, & a lateribus, vbi coſtarum cartilaginem recipit. Figura totius oſſis pectoris enſē,
cum ſuo manubriolo repræſentat, & idcirco ξιφοειδὲς [c] græcè, hoc eſt enſiforme nominatur.
Quod ad magnitudinem attinet, latius [d] eſt in homine, quam in alijs animalibus proportio-
ne ſui corporis, ſed breuius. Quamuis autem vnicum [e] videatur, conſtat tamen ex pluribus,
quæ proceſſu ætatis inter ſe paulatim coaleſcunt, ita vt ſubinde pauciora fiant, & in vnitatem
coeant. Galenus [f] ipſum conſtare ex ſeptem credidit, quod totidem ſint coſtæ, quæ cum ip
ſo iunguntur; quibus addendum eſt octauum, quod mucronatam ſuſtinet cartilaginem, B,
Quod ſi fœtus cadauer incidatur, primum dumtaxat ex octo, [g] eſſe os comperies, nam cæte-
ra non oſſa ſunt, ſed cartilagines adhuc: In ijs verò qui in lucem editi ſunt, vſque ad ſeptem an
nos, comperies omnia octo oſſa diſtincta, ſed multa cartilagine inter ſe coniuncta. Proceſſu F
ætatis cartilago in os degenerat, ita vt inter ſe coaleſcant, & tandem ſenibus [h] ex octo vnū
conficiatur. Verum ætate firma plerunque tria reperies, vbi membranas abraſeris, quibus
obducuntur; quorum tertium, D, in mucronatam cartilaginem degenerat, à qua ſeiungi fa-
cile poteſt: hæc autem ad finem plerunque bipartita eſt in longitudinem; primum, E, appa-
ret ab externa parte gibbum, ab interna ſimum; in medio aſſurgit in ſpeciem triãguli; a ſupe-
riori parte ſinum habet lunatum, C, vbi cauum quoddam efficit quod & ante ſectionem con
ſpicitur, vbi etiam craſſius eſt, quam ab inferiori: craſſius item eſt in medio ſecundum longi-
tudinem quam à lateribus. Commiſſura huius cum ſecundo adeò laxa eſt, vt ſenſui euidens
ſit, & in reſpirando manifeſtum motum præſeferat. Secundum, F, os incipit, vbi ſecundæ co-
ſtæ cartilago primo inhæreſcit, magis autem latum eſt quam craſſum, anguſtius tamen eſt a
ſuperiori parte, qua committitur cum primo, quam ab inferiori; ſed nullibi æquat latitudi-
nem ſuperioris partis primi oſſis. Huic inhæret vtrinque cartilago tertiæ, quartæ, quintę, & ſex
tæ coſtæ, & aliqua ex parte ſecundæ, & ſeptimæ; nam tertium os exiguum eſt, ibique incipit,
vbi ſeptimæ coſtæ cartilago ſecundo inhæreſcit: paulo autem poſt degenerat in mucrona-
tam cartilaginem. Collocatum eſt os pectoris vniuerſum à priori parte: supernè autem a iu-
gulo incipit, & infernè ad mucronatam cartilaginem finitur, cui ſeptum tranſuerſum illiga-
tur; a lateribus committitur [i] cum coſtarum cartilagine capitulata; habet enim ſinus carti- G
lagine obductos, vbi illa recipitur; qua autem ſuperne cum iugulo committitur, cartilagine
mollitum vtrinque ſinum, G, habet oblongum verſus poſteriora inſculptum, in quem [k] iugu-
li caput inſeritur.

a Gal. 7. de vſu par. c. 21.
b Ga. li. de oſſib. c. 13.
c Gal. li. de oſſib. ca 13.
d Gal. li. 13. de vſu par. c. 11. & li. 3. de Articu. com. 38.
e Gal. lib. 8 de anato. adm. c. 1.
f Gal. 7. li. de vſu par. 21. & lib. 8. de ana. ad-mini. c. 1. & libr. Medicus c. 12.
g Falopius in li. de obſer. anato.
h Falopius ibidem.
i Gal. li. de oſſib. c. 13.
k Gal. li. de oſſib. c. 15.

Tab. 11. Fig. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

INter oſſa thoracis numerari & iugulum poteſt, quamuis ad ſcapulam quoque, & brachium
pertineat: vocatur iugulum græcè κλεὶς: [l] eſt autem id os quod vtrinque cum pectoris oſ-
ſe, & ſcapula committitur: eius munus eſt & claudere thoracem, ac firmare, & prohibere quo
minus os ſcapulæ ad thoracem accedat, quod euenit, vbi iugulum frangitur; qui caſus non ſi-
nit brachium, aut circumduci, aut porrigi ad pectus, collum, dorſum, ilia. Subſtantia huius
oſſis in medio ſolida eſt, & dura, ab vtroque extremo laxa; & rara, vbi craſſior [m] eſt, & capi-
tulata. A poſteriori parte parua foramina, A, ſe oſtendunt, per quæ venæ ad ipſum penetrant.
Figura iuguli non recta eſt, ſed vbi ab oſſe pectoris verſus os ſcapulæ recedit, paulatim in ex-
teriorem partem recuruatur, ac poſt medium rurſus in interiorem, & rurſus vbi ad ſcapulæ H
proceſſus accedit, in exteriorem partem, ita vt referat figuram literæ. S. quæ maxime idonea
eſt, tum vt vtrinque committi poſſit, tum vt cedat partibus ſubiectis. Qua autem cum oſſe
pectoris coniungitur, triangula ſtructura, tam in eius capitulo, B, quam in ſinu oſſis pectoris
inſpicitur. In vtroque obducta eſt cartilago, quam ſi a capitulo detrahas, aſperum inuenies;
qua vero coniungitur [n] cum ſcapula, lateſcens capitulum, C, habet, ſic vt reſpondeat ſinui
ſcapulæ lato in quo recipitur; medium inter extrema ferè teres apparet: aliquibus partibus
ſinuatur, & aſperum eſt, aliquibus aſſurgit ad excipiendum ligamenta, per quæ cum ſcapula
& cum oſſe pectoris nectitur, & muſculum primum thoracis, octauum capitis, ſecundum ſca-
pulæ, primum, ac ſecundum brachij: nam linea, D, in longitudinem aſſurgens ab inferiori, at-
que anteriori parte iuguli, diſtans ab vtroque eius capite latitudine duorum digitorum, per-
tinet ad initium primi muſculi thoracem mouentis.

l Gal. li. de oſſib. c. 15.
m Ga. li. de oſſib. c. 15.
n Ga. li. de oſſib. c. 15.

A At ab extremo dictæ lineæ, verſus eam partem, qua iugulum cum ſummo humero committitur, ſinus, E, aſper eſt, à quo ligamentum oritur aſtringens iugulum cum oſſe pectoris. Ab altero verò extremo propoſitæ lineæ, verſus eam partem iuguli, quæ cum anchiroide proceſſu ſcapulæ committitur, ſinus, F, aſper eſt, vnde naſcitur ligamentum eiuſmodi commiſſuram aſtringens. A ſuperiori vero parte iuguli prope os pectoris alius ſinus, G, aſper depreheditur, vnde oritur octauus muſculus ex ijs qui mouēt caput. A ſuperiori parte iuguli ſimiliter, qua eius caput committitur cum anchiroide proceſſu ſcapulæ, ſinus, H, etiam aſper eſt ad initium ſecundi muſculi ſcapulam mouentis. Prominet etiam linea, I, à priori, ac ſuperiori parte iuguli, vnde initium ſumit primus muſculus humerū mouēs: poſtremo a priori parte iuguli, prope eam ſedem qua cum anchiroide ſcapulæ proceſſu committitur, aſperitas, L, eſt, vnde oritur ſecundus muſculus ex ijs qui humerum mouent.

Committitur iugulum per diarthroſim cum oſse pectoris; nam eius caput in huius ſinum recipitur, intercedente cartilagine mobili, quæ ibi ligamentis nectitur. At cum poſteriori proceſsu oſſis ſcapulæ per eam commiſsuram iungitur, quam græci ἀρθρόδιαν [a] vocant; non facile enim diſcernes vtrum recipiat, aut recipiatur iugulum, an ſcapula: tranſit & iugulum ſuper ſublimem partem ſuperioris proceſsus ſcapulæ cui innititur, atque arctè illigatur. Eiuſmodi
B ligamentum ἀκρώμιον b videtur à veteribus fuiſse appellatum. Hæc de iugulo, tranſeamus ad Scapulam.

a Gal. li. de oſſib. c. 1.

b Gal. li. de oſſib. ca. 14.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XI. inſcripti viſuntur, declaratio

TAB. XI. FIGVRA I. II.

Vtraque figura os thoracis repræſentat.

I A priori parte.
II Secunda à poſteriori.

Literarum hæc ratio eſt in vtraque figura.

A Sinus, in quos coſtarum cartilagines inſeruntur.
B Mucronata cartilago.
C Sinus lunatus in ſuperiori parte oſſis pectoris.
D Tertium os pectoris.
E Primum os pectoris.
F Secundum os pectoris.
G Sinus in quo recipitur iuguli caput.

FIGVRA III. IV. V. VI. VII. VIII.

Ex ſex his figuris quatuor iugulum, duæ thoracem monſtrant.

III Iugulum ſiniſtrum à parte ſuperiori, & priori.
IV Iugulum dextrum ab iiſdem partibus.
V Iugulum ſiniſtrum à poſteriori, & inferiori parte.
VI Dextrum ab iiſdem partibus.
VII Oſſa thoracis à parte anteriori.
VIII Eadem a poſteriori.

Literarum in primis quatuor iuguli figuris hæc ratio eſt.

A Parua foramina a poſteriori iuguli parte propter venas.
B Capitulum iuguli, quod cum oſſe pectoris committitur.
C Capitulum iuguli, quod committitur cum ſcapula.
D. Linea ab inferiori atque interiori parte iuguli, vnde oritur primus muſculus thoracem mouens.
E Sinus aſper ad finem dictæ lineæ, verſus os pectoris, vnde ligamentũ oritur per quod cum oſſe pectoris illigatur.
F Sinus aſper ab altero fine dictæ lineæ ad caput iuguli, quod cum anchiroide proceſſu ſcapulæ committitur, vnde oritur ligamentum eiuſmodi commiſſuram aſtringens.
G Aſper ſinus à ſuperiori parte iuguli prope os pectoris, vnde oritur octauus ex muſculis mouentibus caput.
H Sinus aſper à ſuperiori parte capitis iuguli, quod cum anchiroide ſcapulæ proceſſu committitur, cui illigatur muſculus ſecundus ſcapulam mouens.
I Linea prominens à priori ac ſuperiori parte iuguli, vnde oritur primus muſculus humerum mouens.
L Aſperitas à priori parte iuguli verſus eius caput, quod cum proceſſu anchiroide ſcapulæ committitur, vnde oritur ſecundus muſculus ex mouentibus humerum.

IN VII. ET VIII. FIGVRA

Numeri notant Coſtarum ordinem.

Literæ maiuſculæ oſſa thoracis, & mucronatam cartilaginem.

Literæ minores monſtrant vertebras.

1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. Duodecim coſtæ ordine.

A Primum os thoracis.
B Secundum.
C Tertium.
D Mucronatam cartilaginem oſtendit.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. Vertebras thoracis, &c.

TABVLA XI.



E

De Scapulis. *Cap. V I.*

SCapulæ,quæ latinè etiam ſcoptula operta,græce ὠμοπλάται, nominantur, duo oſſa ſunt,vtrinq; vnum ſub occipitio verſus vertebras, quæ in gracilibus qui phthiſi periclitantur alæ videntur,à quarum b ſimilitudine eiuſmodi homines πτερυγοειδεῖς dicuntur,quaſi alati:pertinent oſsa hæc ad thoracē,quatenus c ipſum à poſteriori parte muniunt,quaſi propugnaculum;quo non ita opus fuit à priori; cum oculis proſpicere, & declinare valeamus quæcumque noxam afferre poſsunt: pertinent & ad brachium, d quatenus humeri caput in ſcapularum ſinu mouetur: meritò igitur a nobis deſcriptis oſſibus thoracis,ſcapulæ deſcribuntur; quæ præterquam quod thoracem muniunt, & humeri caput recipiunt,(vt iam dictum eſt)multorum quoque e muſculorum nexui aptantur. Horum oſſium ſubſtantia tenuis, f dura,& ſolida eſt,quibuſdam partibus exceptis, vbi craſſior apparet,& ſpongiæ modo rara,multiſque diſtincta foraminibus: quæ partim ad leuitatem conferunt,partim præbent aditum venulis, a quibus alimentum allicitur; quibus autem partibus tenuis ſit,quibus hebes,quibus ſolida,& quibus foraminum plena,perſpicuum erit,vbi eorum oſſium naturam enarrauerimus.Figura igitur propoſitorum oſſium adeo varia eſt,vt dorſum, coſtas,ſpinam,proceſſus,ſinus,ceruicem,foramina, & in vniuerſum quæ in ſingulis oſſibus attenduntur,ferè g omnia præſeferant:ſunt autem à poſteriori parte ,A, gibba,ita vt ibi à ſimilitudine dorſi nomen inuenerint,à priori caua, h partim ,B, vt aptentur coſtis ea parte tranſeuntibus;partim ,C, vt muſculum excipiant, qui in anteriorem partem brachium circunducit.Tota autem referunt ſpeciem trianguli laterum inæqualium:cuius internum latus ,D, ad ſpinæ vertebras ſpectans,vocatur baſis,quod ſit quaſi fundamentum, cui reliqua duo latera innituntur,quorum vnum ,E, ab exteriori parte, alterum ,F, à ſuperiori poſitum eſt;hoc ſuperiorem,illud inferiorem coſtam appellant; i cum coſtæ imaginem quodammodo imitentur.Superior coſta tanto breuior eſt inferiori,quanto hæc baſi.Incipit baſis a ſuperiori parte, & deorſum fertur non recta linea,ſed figura lunata;ab vtroque fine appendicē habet,& craſſeſcit;ſed multo magis ab inferiori,G,vbi in obtuſum angulum terminatur: extremaque tota cartilaginoſa k eſt, perinde ac reliqua oſſa quæ cum altero oſſe non committuntur:ad obtuſum angulum,ad quem terminari baſim diximus,terminatur quoque inferior coſta, ſeu externum latus trianguli:inde autem verſus exteriora procedens,ad ſuperiora fertur, vbi craſſior redditur,& ſcapulæ firmitatem affert.Huius craſſitudinis beneficio prior pars ſcapulæ magis caua redditur,vbi autem ad imum angulum ſinuatur,H,muſculus incipit brachium à thorace abducens: verſus ceruicem etiam ſinus ,I, inſculpitur,longus,inæqualis, aſper, vnde naſcitur primus muſculus cubitum extendens:ibi etiam ſcapula lateſcit;& ceruix ,L, excedit cum capitulo l ſinuato,M, in quo recipitur ſummus humerus; ad hanc ceruicem terminatur etiam quaſi ad angulum communem inferior,& ſuperior coſta.Superior tenuis eſt,ſed hebes fit verſus ceruicem dictam,vbi proceſſus ,N, oritur ἀγκυροειδής, m quem exponemus vbi de ceruice egerimus. Appellari ceruicē diximus n cum de oſſibus in vniuerſum ageremus, oſſis proceſſum,cui amplius tuberculum,ſeu caput ſuperiectum eſt.Ergo in angulo,vbi ſuperior,& inferior coſta terminatur, verſus exteriorem partem proceſſus aſſurgit, quem ceruicem nominant; o hic vertice ipſo lateſcens ſinuatur. Reſidet ,O, ceruix, vt præbeat aditum chordæ octaui muſculi brachium in anteriorem, & poſteriorem partem circumducentis: aſſurgit ,P, etiam ſupernè propter initium tum duorum ligamentorum humeri caput cum ſinu ſcapulæ conſtringentium;tum externi capitis muſculi anterioris flectentis cubitum; in ceruicis vertice ſinus ,Q, in exteriorem partem vergit, & oblongus eſt; ſed infernè circuli partem refert; ſupernè acutus eſt,ita vt eius longitudo à ſuperiori parte in inferiorem maior ſit,quam latitudo a priori in poſteriorem. At non reſpondet hic ſinus capiti humeri, quod in ipſum p inſeritur,ſicuti ferè in alijs articulis ſinus reſpondere capitibus videmus. Vſu tamen venit quibuſdam,vt ſinus minus deſidant,quam promineat caput inſinuandum; id quod natura molitur, vt laxior articulus ad multiplicem motum accommodetur. Quamobrem ſuperioris tibiæ ſinus inferiora capitula femoris excipientes,minus deſident,quàm vt ea complectantur.Idem eueniſſe cernimus ſinui ceruicis ſcapularum,vt brachium poſſet varios motus ciere;natura tamen,vt ſcapularum ſinus deſidentes redderet altiores,præter cartilaginem, quibus obducuntur,aliam in ambitu adiunxit,quæ craſſior incipiens paulatim extenuatur verſus centrum, ad quod non peruenit.Hæc non innaſcitur ſinui,ſed inhæret,& laxè ligamentis aſtringitur.Præter ceruicem,ac ſinum,poſterior,ac ſuperior ſcapulæ pars duos q proceſſus exigit,qui in exteriora feruntur ſupra ſinum ceruicis;vnus ,N, in priorem partem magis vergit, alter,R, in poſteriorem;qui in priorem a latiori radice incipiēs,paulatim tenuior fit,& lateſcens in priorem,ac poſteriorem partem progreditur, extremuſque ſupra ſinum ceruicis recuruatur, ita vt anchoræ proceſſum imitetur, vnde ἀγκυροειδής r nominatur. Eiuſmodi proceſſus ſupernè aſperitatem præſefert,in ſublimiori autem parte hebes efficitur, vbi innititur iugulum, validis ligamentis arctatum. Aſper ,S, etiam ad extremum eſt,& appendicem habet,(niſi dicas,

vt non-

Tab. 11 figu. 1. 2. 3.

F

G

H

a Gal. li. de oſſib. c. 14. & li. 13. de vſu part. c. 10.
b Gal 3. 3. epid. com. 70.
c Gale. 13. de vſu par. c. 10.
d Gale. ibi.
e Gal. 4. li. de anato. adm. c. 10.
f Gal. li. de oſſib. c. 14.
g Gal. lib. de oſſib. c. 14.
h Gal. li. 13 de vſu par. c. 10.
i Valuerda lib 1. ca. 18. & Veſalius lib. 1. c 31.
k Gal. li. de oſſib. c. 14.
l Gal. li. de oſſib. c 14. & lib. 13. de vſu par. c. 10.
m Ga. li. de oſſib. c. 14.
n Supr. li. 2. c. 1.
o Valuerd. lib. 1. c. 18.
p Gal. li. de oſſib. c. 14. & li. 13. de vſu part. c. 10.
q Ga. li. de oſſib. c. 14.
r Gal. li. de oſſib. c. 14.

A vt nonnullis * placet, ipsum totum esse appendicem) vnde oritur internum caput anterioris musculi cubitum flectentis; inde quoque oritur ligamentum proprium humeri articulum continens. Processus alter quem magis vergere ad posteriora diximus, à superiori parte basis incipit, & oblongus in exteriora fertur: post medium itineris recedit à dorso scapulæ, & solutus tendit in exteriora, supra sinum ceruicis: extremus appendicem habet, quæ tenera ætate ex b pluribus ossibus per cartilaginem commissis compacta videtur. Leniter autem desidentem sinum, T, habet, vbi interiecta cartilagine iugulum inseritur. Superficies huius processus vniuersa læuis est, præterquam ab vtroque extremo, vbi aspera, V, est, vt musculi firmius insidant; nam ibi inseritur maximus musculus scapulam sursum adducens, qui secundo loco numeratur inter musculos scapulæ: inde etiam oritur musculus præcipuus brachium mouens, græce προσεπομίς c dicitur, ita nuncupatus quod tegat commissuram humeri cum scapula, & δελτοειδής, d quod Δ literæ similitudinem referat. Pars huius processus, quæ à basi ad exteriora pertinet, quod vertebrarum spinam repræsentet, spinæ, X, nomen obtinuit. Iuxta spinam tam à superiori, quam ab inferiori parte in scapulæ dorso sinus insignis apparet; superiorem, Y, occupat septimus musculus brachium in posteriora attrahens, & aliquantisper attollens: inferiorem, Z, quintus: qui brachium in posteriorem partem circunducit. In superiori sinu foramen, α, apparet peruium in partem priorem scapulæ. Reperitur in superiori scapulæ costa iuxta radicem anchiroidis processus cauum quoddam, β, paruum in semicirculi speciem, per quod transit ramulus ex quinto pari neruorum medullæ, vnà cum vena, & arteria à priori ad posteriorem scapulæ sedē. Locus, γ, vbi hic processus cum iugulo committitur, dicitur ἀκρώμιον, e neque reperitur ibi tertium os, præter scapulam, & iugulum, vt alicubi f videtur voluisse Galenus, sed tantum cartilago intercedit; proprie autem propositus processus iuncturam humeri cum scapula defendit, nec humerum patitur in superiora luxari; diducitque per commissuram cum iugulo brachium à thorace vt multiplicem motum præstet: confert tandem & ad nexum prædictorum musculorum. Ex ijs quæ ante dicta sunt, magna ex parte colligitur scapulæ situs; Coniungitur g enim, per sinum in capitulo ceruicis cum superiori capite humeri, per vtrumq. superiorem processum cum iugulo; à priori parte quæ sima est, posteriori costarum innititur, nam pertinet ferè a prima vsque ad septimam. Hæc de scapula, pergamus ad humerum, & brachium.

a Falopius in lib. obseru. Anat.

b Falopius lib. de obseru. anat.

c Gal. li. de musculorũ dissectione c. 18. & 14. de vsu par. c vlt. & d 3. de Ana. adm. cap. 3 & 1. de Articulis cō. 2.

e Gal. li. de ossib. c. 14.

f Ga. 13. de vsu part. c. 10. & 5. de anat. admi. c. 3.

g Gal. li. de ossib. c. 14. & 13. li. de vsu part. c. 10.

De ossibus Brachij. Cap. VII.

Tab. 12 Fig. 4. 5. 6. 7. 8

BRachium id totum membrum nominamus quod à scapula ad summos digitos pertinet; quodq; in tres partes diuiditur, in humerum, cubitum, manum. Humerus à scapula h ad cubitum peruenit; cubitus i ab humero ad manum; manus extrema brachij pars est, quæ digitos continet. Harum igitur trium partium ossa nunc exponere aggredimur: incipientes ab humero, qui vnico osse continetur, quod Latinè nomine totius partis, similiter humerus, grecè βραχίων k nominatur. Committitur hoc supernè cum lato scapularum osse; inferne ad cubiti iuncturam cum osse cubiti, & radij; ita vt cōstituat primam brachij partem, & idcircò eius vtilitas euidentior fit, quam vt debeat explicari. Constat autem ex substantia dura, quæ sinum in longitudinem habet, vbi l medulla continetur; superiori parte adiunctam habet appendicem, A, vbi substantia laxior est. Quod attinet ad formam, humeri os, tam a summo, quam ab imo in caput m assurgit, id autem inter duo capita teres apparet, præsertim à priori parte; nam à posteriori depressum est, & latius, quamuis & ab anteriori sede vtrinque desidat; medium prominet: assurgunt item latera media propter musculos, qui ibi nectuntur; a posteriori verò parte iuxta medium longitudinis tantisper desidet, B, dum quarto neruo, ex his qui ad manum tendunt, sedem præbeat. Ferè autem ab anteriori parte gibbum, à posteriori simum deprehenditur: quamuis varijs particulis & promineat, & desidat, tam ab hac, quam ab illa, similiter tam ab interna, quam ab externa. Eiusmodi figura ad musculos cubitum flectentes, atque extendentes, qui ibi necti debent maximè accommodatur, non secus atque asperitas, C, quam in eo deprehendes in anteriori parte versus exteriorem iuxta medium longitudinis à natura constitutam, ad continendos fines musculorum humerum mouentium, præcipuè deltoidis; tum ad initium posterioris musculi cubitum flectentis. Alia item asperitas, E, inspicitur in humero iuxta sinum, D, per quem transit externum caput anterioris musculi cubitum flectentis: facta autē fuit vt exciperet initium internum carnosi prædicti musculi. A summo n appendix, A, adiungitur, duobus capitibus distincta; vno, F, ab interna parte, altero, G, ab externa; quod ab interna, ferè dimidiatum orbem refert; cartilagineque obductum in sinu ceruicis scapularum recipitur: atque ita magnum est, vt plusquam dimidiam partem appendicis occupet: quod ab externa, inæquale est, & in nullum cauum inferitur, sed inæqualiter prominens ligamenta excipit, summum humerum cum scapula illigantia. Separatur internum caput ab externo, per o sinum, H, inter vtrumq; à priori, posteriori, & superiori parte insculptum; qui sinus magis desidet in anteriori, quàm in posteriori sede, vbi commode ligamenta nectuntur. Externum caput inæquale est, & asperum, sicuti solent esse ossa, quibus ligamenta

h Gal. li. de ossib. c. 16.

i Gal. 2. de vsu part. c. 2.

k Gal. li. de ossib. c. 16.

l Gal. li. 11 de vsu pa. c. 18.

m Gal. lib. de ossibus c. 16.

n Gal. li. de ossib ca. 16.

o Gal. li. de ossib. c. 16.

menta inhærefcunt; finumque,D, habet in longitudinem, quo prior pars à pofteriori diuidi- E
tur;quamquam magis vergit ad priora, quam ad pofteriora; ficque in duo capita feparatum
videtur; vnum grandius à pofteriori parte,alterum exilius a priori: excipit hic finus teres ca-
put externum anterioris mufculi cubitum flectentis; neque folum occupat appendicem, fed
os etiam cui adiuncta eft appendix,vbi ceruix breuis admodum,& craffa cernitur. Imum ,I,
humeri caput longe magis varium eft,quam fummum proceffuum, [a] ac finuum figura. Con-
ftat autem ex appendice duplici, vna ab externa parte externum tuberculum ,L, continet,
cum quo radius iungitur,& fimum ,M, in fpeciem [b] trochleæ: altera ab interna parte inter-
num tuberculum ,N, profert:inter vtramque media quædam cartilago reperitur; Sed omnia
hæc poft feptimum annum adeo coalefcunt,& dura fiunt,vt vnicum os efficiant. In hoc igi-
tur imo capite affurgit tuberculum ab externo latere trochleam [c] repræfentans; nam præ-
ter orbicularem formam mediam, vtrinque à lateribus planam, quam habet, eft etiam ipfa
pars orbicularis media finuata perinde ac trochlea, vbi funem excipit vtrinque prominens,
non tamen æqualiter,vt trochlea,longe enim magis prominet ab interno latere, quam ab ex-
terno,vbi aliud tuberculum affurgit,quod [d] cum radio committitur. Idem tuberculum eate-
nus ab ea differt,quatenus non habet finum peruium,cum & à priori,O, & à pofteriori,P,par
te duo caua fe oftendant, fepto tenuis offis difiuncta; in cauum [e] a priori parte prior cubiti
proceffus,cum brachium flectitur;in alterum,quod à pofteriori fitum eft longè maius, pofte- F
rior recipitur,cum brachium extenditur;ita autem concinne infculpta funt,vt poffit brachiũ
ad acutiffimum angulum flecti,non tamen extendi vltra rectam lineam. Quamobrem appel-
lat Hippocrates hos finus βαθμίδας, [f] quafi bafes, & fundamenta,non permittentia brachium
alterius moueri, quam opportunum fit. Commiffura hæc cubiti cum humero,quod cardinis
quodammodo imaginem repræfentet, γιγγλιμοειδὴς [g] ab Hippocrate vocatur. Caput verò
quod ab externo trochleæ latere fitum cum radio committi diximus, cartilagine obductum
eft,& ad motum brachij pronum,& fupinum aptatur. Ad externum rurfus latus huius tuber-
culi quod cum radio committitur,aliud paruum tuberculum, Q, apparet, vbi plures mufcu
li oriuntur,radium,cubitum,& manum mouentes;cuiufmodi funt illi,qui radium refupinant,
tum mufculi duo qui primam palmæ partem extendunt,atque ille, qui indicem,medium, &
proximum digitum extendit,atque ille qui paruũ digitum extendit. Sinuatur,R,& imus hume
rus ab externo latere trochleæ,in parte pofteriori,vnde quartus neruus brachij tranfit. Ab in
terno latere interni tuberculi aliud tuberculum,S,affurgit,cui mufculi,& nerui nectuntur;in-
de enim oritur latus ille mufculus,qui ad manum pertinet; inde etiam oriuntur duo mufculi,
qui primam palmæ partem flectunt;ab ima fede huius tuberculi nafcitur portio mufculi fupe
rioris radium in pronum mouentis: obfcura etiam hinc portio pendet principij mufculorum
digitos flectentium; præcipuè fecundi qui quatuor digitorum articulos flectit. Idem inter- G
num tuberculum fedem tutam præftat duobus neruis ad cubitum tendentibus; in anteriori
enim fede iuxta trochleam finus ,T, eft,vnde tranfit tertius brachij neruus;in pofteriori alius
,V, quinto brachij neruo infculptus. Foramina nulla infignia funt in humero, fed parua quæ-
dam,partim ad capita,& finus propter ligamenta;partim in longitudine ipfius, propter ve-
nas quæ penetrant ad internum finum,ac veluti fiftulam,vbi medulla continetur. Exiftima-
uit Galenus [h] humerum omnium offium(excepto femore)maximum effe,fed tibia grandior
eft,fiue longitudinem,fiue craffitudinem fpectes. De fitu,& nexu humeri,nihil attinet fubij-
cere;cum fatis ex iis quæ enarrata funt, [i] conftet ipfum a fuperiori parte cum fcapula,ab in-
feriori cum cubito,& radio committi.

a Gal. li. de offib. c. 16. & c. 17.
b Gal. li. de offib. c. 16.
c Gal. li. de offib. c. 16.
d Gal. li. de offib. c. 17.
e Gal. li. de offib. c. 16.
f Hip. lib. 3 de fractur. text. 63. & Galen. 1. de fract. com. 10.
g Hipp. li. 1. de fractu. textu 10.
h Gal. li. de offib. c. 16.
i Paulo ante in hoc c. & Gal. li. de offib. ca. 16. & c. 17.

TABVLA XII.



NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XII. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XII. FIG. I. II. III.

TErnæ priores figuræ omnes ſiniſtræ ſcapulæ os referunt.

I A parte poſteriori.
II A latere.
III A priori.

Literarũ in quacunq; reperiãtur hæc rõ eſt.

A Scapulæ dorſum.
B Caua à parte anteriori in quæ coſtæ inſeruntur.
C Pars prior caua, vnde oritur muſculus ſcapulam circumducens.
D Internum latus ſeu baſis trianguli quem refert ſcapula.
E Externum latus, ſeu coſta ſcapulæ.
F Inferius latus, ſeu inferior coſta ſcapulæ.
G Angulus obtuſus ab inferiori parte baſis.
H Sinus ab imo angulo, vnde oritur muſculus brachiũ a thorace abducẽs.
I Sinus propè ceruicem ſcapulæ, vnde oritur primus muſculus cubitum extendens.
L Ceruix ſcapulæ.
M Capitulum ſinuatum in ſcapula.
N Proceſſus prior, ſeu anchiroides.
O Sinus in ceruice ſcapulæ, vnde tranſit chorda octaui muſculi ex mouentibus humerum, ac propriè circumducentis brachium.
P Prominentia in ſuperiori parte ceruicis ſcapulæ.
Q Sinus in capitulo ceruicis recipiẽs humeri caput.
R Proceſſus ſcapulæ in poſteriorem partem vergens.
S Aſperitas in extremo proceſſu priori, vnde oritur internũ caput anterioris muſculi cubitum flectentis.
T Sinus in poſteriori proceſſu ſcapulæ qua recipitur iuguli caput.
V Aſperitas ab vtroque extremo poſterioris proceſſus, vbi & finitur ſecundus muſculus ſcapulam mouens, & incipit ſecundus mouens humerũ.
X Spina ad radicẽ poſterioris proceſſus.
Y Sinus ſupra ſpinam, vbi reſidet ſeptimus muſculus humerum mouens.
Z Sinus ſub ſpina, vbi reſidet quintus muſculus mouens humerum.
α Foramen in ſinu ſupra ſpinam.
β Cauum iuxta radicẽ prioris proceſſus, per quod tranſit ramus ex quinto pari neruorum medullæ.
γ Acromium.

FIG. IV. V. VI. VII. VIII.

EX quinque his figuris poſterioribus humerum referentibus, oſtendit

IV Dextrum humerum à parte priori.
V Eundem a poſteriori.
VI Siniſtrum à priori.
VII Eundem a poſteriori.
VIII Siniſtrum reſoluta appendice ſuperioris capitis.

Literarum autem hæc eſt ratio.

A Appendix ſummi humeri.
B Sinus in poſteriori parte humeri, aditum præbens quarto neruo ad manum tendenti.
C Aſperitas in anteriori parte iuxta medium longitudinis, vbi inſeruntur muſculi humerum mouentes; & vnde oritur poſterior muſculus ex flectentibus cubitum.
D Sinus ad caput humeri ſuperius, vnde tranſit exterius initium anterioris muſculi cubitum flectentis.
E Aſperitas iuxta dictum ſinum, ad excipiendum interius initium prædicti muſculi.
F Capitulum ab interna parte ſuperioris capitis humeri.
G Alterũ capitulũ ab externa eiuſdem.
H Sinus inter vtrumq; capitulum ad nexum ligamentorum.
I Caput humeri inferius.
L Tuberculum ab externa parte ipſius, cum quo radius committitur.
M Sinus ĩ externo tuberculo trochleam referens.
N Internum tuberculum inferioris capitis humeri.
O Cauũ in imo humero à parte priori.
P Cauum in eodem a poſteriori.
Q Aliud paruum tuberculũ ab externa parte illius, cum quo cõmittitur radius; vnde plures muſculi oriuntur, ad manum tendentes.
R Sinus in imo humero à poſteriori parte externi tuberculi vnde tranſit quartus brachij neruus.
S Tuberculum aliud ab interno latere interni tuberculi ad nexum neruorum, ac muſculorum.
T Sinus à priori parte inter tuberculum proxime dictum & internum inferioris capitis humeri, vnde tranſit tertius brachij neruus.
V Alter ſinus ibidem à parte poſteriori, vnde tranſit quintus brachij neruus.

A

Tab. 13. *Fig.* 1. 2. 3. 4.

PErgamus igitur ad alteram brachij partem, quam ab humero ad manum pertinere diximus: appellatur hæc à Cornelio [a] Celſo brachium, nomine totius membri, ab alijs cubitus, nomine alterius oſſis; conſtat enim ex duobus: quorum ſuperius, A, græcè κέρκις, [b] latinè radius dicitur; inferius, B, πῆχυς, latinè cubitus; ſed tam Græci quam Latini totam hanc partem nomine inferioris oſſis, hi cubitum, illi πῆχυν [c] nominarunt. Præter communem vſum vtriuſque oſſis, quo fulciunt, ac ſuſtinent, propriè pertinent ad cubitum [d] flexus, & porrectio: ad radium inclinatio, in pronum; & reſupinatio. Subſtantia vtriuſque ſolida eſt, ac dura, præterquam vbi appendices habent adiunctas; ibi enim laxa eſt, & ſpongiæ modo rara. Vtrumque in longitudinem quaſi fiſtulam habet, vbi medullam continet.

a Celſ. lib. 8. c. 1.
b Celſ. lib. 8. cap. 1. & Gale. li. de oſſib. c. 17.
c Gal. 2. li. de vſu par. c. 2
d Gal. lib. de oſſib. c. 17.

Figura vtriuſque quodammodo ſimilis eſt, & teres, alicubi tamen deſidet, alicubi aſſurgit,
B ad muſculos excipiendos: ab imo, C, & à ſummo, D, capitulum habet. Longitudo vtriuſque ab humero [e] ad primam palmæ partem progreditur; cum qua nectuntur, ſicuti cum humero: nectuntur & inter [f] ſe ab extremis, nam in medio dehiſcunt: hæc quamuis communia ſint, plura tamen reſtant propria, quæ ſeorſum exponere oportet. Cubitus itaque à ſuperiori parte carere appendice videtur, non ſecus quam imus humerus, cum quo coniungitur. Sed re vera tam ſummus cubitus, quam imus humerus appendicem habet, cum primum infans in lucem editur, proceſſu temporis dureſcit cartilago interiecta, & non amplius apparet appendix, ſed ſolidum os: poſterior proceſſus, E, cubiti quo innitimur, cartilaginoſus manet vſque vſque ad ſeptimum annum, dein ad oſſis duritiem accedit. Sed caput exigit craſſum, ſolidum a poſteriori parte, quam ὠλέκρανον, [g] ἀγκῶνα græci vocarunt, gibbum, à priori cauum, ita vt ſinum, F, in longitudinem repræſentet cum duplici proceſſu, [h] vno ab inferiori, G, parte, altero à ſuperiori, H, qui ab inferiori longe minor eſt, & in priora vergit amplus, obtuſus, durus, ac ſolidus; qui a ſuperiori maior eſt, & in poſteriora vergit, atque in obtuſum magis angulum terminatur: prior [i] proceſſus in ſinum imi humeri à priori parte, poſterior in ſinum eiuſdem à poſteriori inſculptum conijcitur: ſinus qui inter vtrumque cubiti
C proceſſum continetur, repræſentat imaginem ſemicirculi, & Latinè literæ, C, græcè, Σ, vnde σιγμοειδὴς [k] appellatur. Excipit autem imi humeri capitulum [l] trochleam repræſentas, cui ad vnguem reſpondet; medius enim in longitudinem aſſurgens, vtrinque a lateribus deſidet, nam trochlea ex contrario a lateribus aſſurgit, media deſidet: præterea vt hæc interno latere magis aſſurgit quam externo, ita ille interno latere magis deſidet, quam externo.

e Gal. li. de oſſib. c. 17. & Celſus lib 8. c. 1.
f Cel. ibid.
g Gal. 2. li. de vſu par. c. 2. & Hip. ac Gale. 1. de fractu. 13.
h Gal. lib. de oſſib. c. c. 17.
i Gal. loco citato.
k Gal. li. de oſſib. c. 17. & 2. de vſu part. c. 14.

Superficies autem totius ſinus læuis eſt, & cartilagine obducta, ita vt ad brachij flexum, & porrectionem maximè accommodetur; ad huius commiſſuræ ſtabilitatem, conducit primo forma unius oſſis alteri exquiſite reſpondens, dein ligamentorum [m] validus nexus. Cæterum externa ſuperficies tam poſterioris, L, quam prioris, I, proceſſus aſpera eſt, & inæqualis; ac poſterioris quidem propter nexum muſculorum cubitum extendentium: prioris verò propter nexum validi muſculi cubitum flectentis & propter initium muſculorum flectentium ſecundos, ac tertios digitorum articulos. Quamuis autem cubitus hebes ſit a ſuperiori parte, ſubinde tamen extenuatur, cum recta fertur verſus manum; imus ceruicem habet, cui appendix [n] adiuncta eſt parua cum capitulo rotundum ſinum, M, habente cartilagine obductum: ab huius ſinus inferiori parte proceſſus, N, aſſurgit paruus, quem græci a ſtyli ſi-
D militudine ϛυλοειδῆ [o] nominant: hic reddit ſinum magis deſidentem, & ligamenta continet, quibus ea commiſſura aſtringitur; ea appendix ab externa parte ſinuata, O, eſt, vt chordam excipiat primi muſculi primam palmæ partem extendentis. At radius non recta, ſed oblique ab humero ad manum procedit, ita vt melius a cubito diducatur, & ſedem præbeat muſculis ea parte collocatis, vbi per ligamentum latum nectitur cum cubito. Magnitudo capitis, quod vtrinque ab vtroque extremo obtinet, contrario modo habet. Siquidem cubiti caput ſuperius, quod ad brachii flexum, & porrectionem accommodatur, grandius eſt, vt iam oſtendimus; [p] inferius paruum, & exiguum, cum inferior commiſſura ad motum [q] pronum, & ſupinum ſpectet; qui non cubiti, ſed radii beneficio perficitur. Contra radij ſuperius caput paruum eſt, neque enim inſeruit flexui, & porrectioni, quam [r] cubitus præſtat: inferius magnum, vt motum pronum, & ſupinum perficiat. Quod ſi cubitum cum radio conferes, hunc ab inferiori parte maiorem, a ſuperiori minorem illo iudicabis. Radius igitur a ſuperiori parte ceruicem * habet, cui breue, ac rotundum capitulum innaſcitur, ſuperiori parte læuiter ſinuatum, P, & cartilagine obductum, vbi recipitur [s] capitulum, quod in imo humero ab externo latere trochleæ prominet; neq. enim a radio recedit,

l Gal. li. de oſſib. c. 16. & 17.
m Gal. lib. de oſſib. c. 17.
n Gal. li. de oſſib. c. 17.
o Ga. ibid.
p Paulo ante in hoc cap.
q Ga. li. de oſſib. c. 17.
r Gal. ibid.
s Gal. li. de oſſib. c. 16. & 17.

ſiue brachium flectatur,ſiue extendatur;ita enim concinnè conſtructa eſt eiuſmodi commiſ- E
ſura,vt non prohibeat cubiti flexum,& porrectionem; (nam ſimul cum cubito radius flecti-
tur atque extenditur) ſed habilis ſit ad motum pronum,& ſupinum. Porrò ſub radij ceruice
iam dicta tuberculum, Q, prominet,verſus internam cubiti regionem, vbi inſeritur anterior
muſculus cubitum flectens. Verùm radius, & hebes, & latus fit ab imo vbi appendicem [a] ha-
bet quæ primam palmæ partem totam excipit;hæc ob motum pronum,& ſupinum, non cum
cubito, ſed cum radio neceſſe eſt committatur; alioquin quieſcente radio non poteſt manus
prona reddi,aut reſupinari,prohiberetur enim,ſi æquè cum cubito,atque cum radio coniun-
geretur:Quamobrem cubitus tantum proceſſu illo ſtilum referente,quem diximus; [b] primã
palmæ partem praximè attingit, atque eatenus ad ſuſtinendum confert, ſine impedimento
motus [c] proni,& ſupini:ex tribus enim oſſibus primæ palmæ partis,duo in ſinu,R,radij media
quadam linea,S,aſſurgente diuiſo recipiuntur. Tertium coniungitur cum cartilagine,quæ à ra
dio orta imo capitulo cubiti ſuperinſidet.Ab interna parte imus radius cum ſua appendice le
uiter deſidet,T,vt commodam ſedem præbeat,& chordis digitos flectentibus,& muſculo in-
feriori radium pronum efficienti. Ab externa etiam quatuor ſinus, V, habet per quos tran-
ſeunt chordæ,quæ digitos extendunt,præter quintum,qui tam ad cubitum pertinet,quàm ad F
radium.Situs,quod attinet ad imum humerum,vel primam palmę partem,ſatis patere poteſt
ex ijs quæ propoſita ſunt:ſed quod ad nexum cubiti cum radio;hoc tantum dicendum ſuper-
eſt;quod radius à ſuperiori parte [d] à cubito excipitur,ab inferiori cubitum excipit: ſiquidem
ſummus cubitus ab externo latere prioris proceſſus tranſuerſum ſinum, X, habet, car-
tilagine obductum, in quem inſeritur internum latus ſuperioris capitis radii; quod illi ad
vnguem reſpondet: radius vero à parte interna imæ appendicis ſinum, Y, non diſſimilem
habet;in quo recipitur ſuperior pars, Z, appendicis cubiti prominens & cartilagine ob-
ducta.

a Gal. li. de oſſib. ca. 17.
b Supra in hoc capit.
c Gal. li. de oſſib. c. 17. & lib. 2. de vſup. c. 13.
d Gal. 2. de vſu part. c. 13.

Tab. 13. fig. 5.6.7. 8.

SVpereſt manus,quam tertiam brachii partem poſuimus: huius oſſa tripertito diſtinguun
tur, cum [f] vel ad primam palmæ partem,vel ad palmam ipſam, vel ad digitos referantur:
agemus ante de illis, quæ ad primam palmæ partem. Vocatur hæc græcè κάρπος; [g] cõponitur-
que ex oſſibus, quorum ſubſtantia extrinſecus ſolida eſt, ſed intus plena foraminum, quibus
medulla continetur; omnia autẽ ſimul iuncta figurã cõponunt ab externa [h] parte gibbã, ab G
interna cauã Sed figura ſingulorũ varia eſt,illa nimirũ quam nexus cum aliis oſſibus poſtulat.
Magnitudo ſimiliter diſpar,licet õia parua ſint,ſecundũ enim os tanto maius eſt primo,quan
to primum tertio;quartum omnium minimum eſt. In inferiori ſerie ſeptimum maximum eſt,
ſextum minimum, quintum, & octauum medio modo habent;ſed octauum maius eſt quinto.
Quod ad numerum attinet,complura [i] ſunt oſſa,ex quibus prima palmæ pars conſtat: nam
ſic melius iunguntur cum aliis oſſibus cum quibus neceſſe eſt connectantur: reddunt locum
minus [k] iniuriis opportunum;cum cedant iis,quæ occurrunt;& tandem efficiunt,vt variè pars
illa flecti, atque extendi poſſit; magis ſcilicet, ac minus; & non ſemper eodem modo: ſed
quot ſint, non facile deprehendas, [l] niſi cartilaginoſa ligamenta abraſeris: ita vt nonnul-
li [m] incertum eſſe eorum numerum dixerint;ſed re vera ſunt octo [n] duplici ſeriè conſtitu
ta. Quatuor ſuperiorem,totidem inferiorem occupant; primum nominatur, quod in ſupe
riori ſeriè ab interna parte ſitum eſt: ſecundum, quod hoc ſequitur;dein tertium quod ma-
gis adhuc ab interna recedit verſus externam:quartum,quod ad externam reſidet; quatuor
alia, quæ ad ſecundam ſeriem ſpectant, eodem ordine numerantur; nam quintum, quod
primum eſt in ſecunda ſerie, ab interna parte ſitum eſt; octauum, ab externa; ſextum,
& ſeptimum in medio inter vtramque. Committitur [o] verò cum cubito, & radio, & H
cum oſſibus palmæ; ſinibuſque, ac proceſſibus cartilagine obductis inter ſe iunguntur:
iunctura verò magis diarthroſis eſt,quàm ſynarthroſis,cum motum habeat euidentem.Com-
miſſura vniuſcuiuſque ita habet: coniungitur primum cum ſecundo, quinto, ſexto, ſe-
ptimo, & cum radio: ſecundum committitur cum primo, tertio, & ſeptimo; præterea
cum radio: tertium cum ſecundo, quarto, & octauo; cum cubito etiam, & cum radio;
quartum iungitur cum externo latere tertii, & ligamentum attingit, ortum à proceſſu ſti-
loide cubiti, neque circa quartum reflectitur neruus qui inde tranſit, ſed ibi nectitur
chorda inferioris muſculi cubitum flectentis; tum muſculus, qui digitum minimum à reli-
quis abducit; & exterior ille qui flectit primum os parui digiti: quintum iungitur cum pri-
mo, & ſexto, ſuſtinetque primum os pollicis, & attingit primum os palmæ: ſex-
tum coniungitur cum primo, quinto, & ſeptimo; præterea ex oſſibus palmæ,
cum illo quod ad indicem, & cum illo quod ad medium digitum ſpectat.

Septimum coniungitur cum primo, ſecundo, ſexto, & octauo; & cum oſſe pal-
mæ,

e Supra à principio capitis.
f Gale. lib. de oſſib. c. 18. & 19.
g Ga. li. de oſſib. c. 18.
h Gal. li. de oſſib. c. 18.
i Gal. 2. de vſu pa. c. 8
k Gal. ibidem.
l Gal. 2. de vſup. c. 8.
m Celſus lib. 8. c. 1.
n Gal. li. de oſſib. c. 18. & lib. 2. de vſu pa. c. 8. & cap. 10.
o Gal. lib. de oſſib. c. 17. 18. 19.

A mæ quod vergit ad medium digitum. Octauum committitur cum tertio, & septimo, & cum duobus ossibus palmæ, cum eo videlicet, quod ad minimum digitum spectat, & cum eo quod ad illum qui inter medium, & minimum situm est; coniungitur & cũ paruo osse sesamoide, A, quod ad externum latus octaui ossis vbi committitur cum quarto osse palmæ situm est. Sed ac cedamus ad ipsam palmam quæ græce μετακάρπιον [a] vocatur: continetur hæc quatur ossibus, quibus quatuor digiti sustinentur; nam magnus digitus à nullo alio eiusmodi osse fulcitur, sed proximè nectitur [b] cum prima palmæ parte, ita vt constet ex [c] tribus ossibus, quæ manifestè mouentur perinde atque alij digiti; quibusdam [c] tamen placet primum pollicis os ad palmam referre, quam constare volunt ex quinque ossibus, sicuti magnum digitum ex duobus dumtaxat; magis tamen Galeno [d] subscribimus, qui ob manifestum motum, ob diuersam commissuram, ac nexum diuersum, os quod cum prima palmæ parte coniunctum pollicem sustinet, non palmæ, sed pollici tribuit. [e] Statuemus igitur palmam quatuor ossibus contineri, quæ tam supernè quam infernè appendicem habent cartilagine obductam; media in longitudinem excauata sunt fistulæ modo, & medullosa. Figura omnium teres est, latiora tamen sunt ab externa parte, quam ab interna. Quamobrem extrinsecus caua; intus gibba apparent; appendix ab

B vtroq; capite latior est, & crassior: ipsa vero ossa media graciliora euadunt, cum superficie angulis distincta propter musculos. Dehiscunt etiam media ossa, spaciumque medium relinquũt musculis qui ibi collocantur: ex quatuor enim ossibus tria constituuntur spacia media, in quorum [f] singulis bini musculi resident ex illis octo, qui vel primum quatuor digitorum os flectũt, vel vt rationi magis consonum videtur, secundum, & tertium extendunt: nam reliqui duo siti sunt a lateribus; septimus quidem à latere interno illius ossis, quod spectat ad indicem digitum. Octauus verò à latere externo illius, qui spectat ad minimum. Supernè autem horum ossium superficies aspera est, vbi desinunt chordæ musculorum primam palmæ partem mouentium. Verum iunguntur inter se appendices à summo, & ab imo, committunturque [g] superiores cum prima palmæ parte, inferiores cum quatuor ossibus digitorum. Primũ os palmæ quod longissimum est, spectat ad indicem digitum; Secundum, quod minus longum est, ad medium; Tertium, quod breuius, ad eum, qui inter medium, & minimum situs est; Quartum, quod omnium breuissimum est, ad minimum: sunt tamen [h] omnia longiora, quàm ossa digitorum ad quæ nunc pergimus.

C Digitorum igitur ossa quindecim [i] sunt, vnusquisque enim ex tribus [k] constat, & pollex etiam, vt ante ostensum est. Tot enim necessaria sunt ad actionum varietatem, ac robur: pauciora non sufficerent; plura essent impedimento; dura autem sunt, ac densa, in longitudinem fistulæ modo sinuata; vbi medullam continent, ab vtroque extremo molliora, & foraminum plena, ac medullosa, cartilagineque obducta. Habent autem appẽdices tam à superiori, quam ab inferiori parte, quamquam ossa quæ cum tertia digitorum iunctura committuntur, appendicem habent tantum à summa parte, neque enim eam postulant ab ima, quà carne, & vngue muniuntur. Figura ossium non eadem est, quæ digitorum; nam digiti teretes sunt, sed ossa media tenuia, extrema hebetiora, nam quod in medio est vtriusque extremi in osse, pingui quadam substantia completur. Extrema autem parte, quoduis digitorum os teres apparet, ac gibbum; interna verò cauum, quamuis tertia ossa ab externa parte eatenus sinuata sint, quatenus vnguibus cedunt. Verum primum pollicis non ita planum est, sed ab externa parte gibbum, ab interna acutum, ob musculos, & ligamenta, quæ cum eo inseri debẽt. Magnitudo ita habet, quod vnumquodque si separatim consideretur, ab vtroque extremo crassius est ob firmitatem commissuræ; medium tenue ne oneri sit; quod si inter se conferantur, prima ossa [l] secundis grãdiora sunt, & longiora; secunda tertijs: par enim est, grãdius esse quod sustinet, quam quod sustinetur. Quod attinet ad commisuram; primum os pollicis cum secũdo ex prima palmæ parte

D te ita iungitur, vt partim ipsum recipiat, partim ab ipso recipiatur; apteturq; tã ad flexũm, & porrectionem, quàm ad motum in latera. Secundum os pollicis in suo sinu accipit primum, ea iuncturæ speciẽ, quæ magis flectitur, atque extenditur, quam conuertitur in latera; ne ad angulum nimis acutum flectatur, prohibent duo ossa σεσαμοειδῆ. Tertium os pollicis committitur cũ secundo, partim recipiens, partim receptum, in imo enim secundi duo processus sunt cum medio sinu; in summo tertij duo sinus cum medio procesu, ita vt sibi mutuò aptentur; & ad flexum, & porrectionem pertineant; nullo autem modo ad motum in latera. Hoc etiam modo cõmittuntur aliorum digitorum prima ossa cum secundis; & secunda cum tertiis: sed prima quatuor digitorum cum ossibus palmæ eadem ratione committuntur, qua secundum os pollicis cum primo. Cęterum primi articuli quatuor digitorum, non æquè atque secundi, & tertii, ad acutum angulum flectuntur; neque enim hoc permittunt ossa, B, σεσαμοειδῆ. sed satis de brachio.

[a] Gal. li. de ossib. c. 19. & lib. 2. de vsu partiũ capit. 10. & 11.
[b] Gal lib. de ossib c. 19.
[c] Valuerda libr. 1. cap. 23. & Cornel. Cęlsus lib. 8 c. 1.
[d] Gale. lib. 6. ossib ca. 19. & 2. de vsu part. c. 9 & 10.
[e] Gal. locis citatis.
[f] Gal. li. de musculorũ dessectione ca. 22.
[g] Gal. libr. de ossib. 19. & lib. 2. de vsu part. c. 11.
[h] Gal. lib. 1. de vsu par. cap. 14.
[i] Gal. li. de ossib. c. 19.
[k] Gal. 1. de vsu par. c. 14.
[l] Gal. 1. de usu par. c. 14. & 116.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ huius XIII. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XIII. FIG. I. II. III. IV.

EX *quatuor primis figuris cubitum, & radium referentibus,*

I Cubitum, & radium dextri brachij à priori parte oſtendit.
II Siniſtrum radium à poſteriori.
III Siniſtrum cubitum a ſuperiori latere.
IV Inferiorē partem cubiti, & radij dextri qua cum prima palmæ parte iunguntur.

Literarum ratio ſic habet.

A 1.4. Radius.
B 1.4. Cubitus.
C Capitulum in imo cubito, & radio.
D Capitulum in ſummo cubito, & radio.
E Poſterior proceſſus cubiti, quo innitimur.
F Sinus à priori parte nuper dicti proceſſus.
G Proceſſus ab inferiori parte ſinus prædicti.
H Proceſſus à ſuperiori.
I Aſperitas in externa ſuperficie prioris proceſſus ſummi cubiti ad exortum muſculorum flectentium ſecūdos, ac tertios articulos digitorum, & nexum validi muſculi cubitum flectentis.
L Aſperitas in externa ſuperficie poſterioris proceſſus ad nexum muſculorum extendentium cubitum.
M Rotundus ſinus in imo cubito.
N Proceſſus ſtiloides ab inferiori parte nuper dicti ſinus.
O Sinus ab externa parte appēdicis imi cubiti ad tranſitum chordæ primi muſculi extendentis primam palmæ partem.
* Ceruix in ſuperiore radij parte.
P Leuis ſinus in ſummo radij capite vbi excipitur externum imi humeri capitulum.
Q Tuberculum ſub ceruice ſummi radij verſus internam cubiti regionem.
R Sinus in imo radio excipiens primam palmæ partem.
S Linea, quæ nuper dictū ſinum in duos diuidit.
T Leuis ſinus ab interna parte imi radij ad tranſitum chordarum digitos flectentium, & ſedem inferioris muſculi radium pronum efficientis.
V Quatuor ſinus ab externa parte imi radij ad tranſitum chordarum digitos extendentium.
X Tranſuerſus ſinus ab externo latere prioris proceſſus ſummi cubiti.
Y Sinus à parte interna imæ appendicis radij, in quo recipitur ſuperior pars appendicis cubiti, prominens, quæ notatur in pictura litera z.
Z

FIG. V. VI. VII. VIII.

EX *poſterioribus quatuor figuris repræſentantibus oſſa manus:*

V Monſtrat oſſa manus dextræ a parte externa.
VI Eadem manus ſiniſtræ ab interna.
VII Oſſa primæ palmæ partis ab exteriori, & ſuperiori parte.
VIII Eadem ab interiori, & inferiori.
Primi numeri notant ordine octo oſſa ſigillatim in prima palmæ parte.
Secundi notant ordine quatuor oſſa palmæ.
Tertij oſſa ſingulorum digitorum.
A In 6. figura monſtrat os ſeſamoides, in prima palmæ parte, ab externo latere octaui oſſis, qua committitur cum quarto oſſe palmæ.
B Oſſa ſeſamoidis ad primos articulos digitorum.

De

TABVLA. XIII.



E

De osse Coxæ. Cap. VIII.

EXpositis superioribus ossibus,proximum est,vt ad inferiora transeamus,& primò Tab.14
ad coxam (græcè ἰσχίον, [a] dicitur)in quam mediam femoris caput inseritur;no fig.1.2.
minatur hæc à parte interiori quà pubi subest,os [b] pubis,A; ab exteriori vbi ilia 3.4.
sunt,os ilium ,B, à posteriori os coxæ, C. Vsus eius multiplex est,cum femoris [c]
caput in se recipiat; & siue stemus,siue sedeamus, corpus nostrum vniuersum su-
stineat;contineatque ac [d] fulciat intestina, vesicam, & in fœminis vuluam. Pertinet etiam
perinde ac scapula ad musculos [e] complures, qui cum ea aptissimè nectuntur. Substantia
eius dura est,ac solida,præterquam vbi foramina habet, vnde ligamenta exoriuntur. Figura
totius coxæ perinde ac scapulæ,varia est,cum dorsum,spinam, cauum peruium, foramen, &
processus,ac sinus varios præseferat. Pars illa quæ magis in exteriora vergit, quamque ilium
os nominari diximus,ferè semicirculi imaginem refert, intrinsecus caua, extrinsecus gibba,
præsertim media,quæ dorsum dicitur, nam vtrinque à lateribus [f] resupinatur. Summum os
ilium appendicem habet in semicirculi speciem à posteriori parte ad priorem tendentem,
quæ ob inæqualitatem vocatur spina ,D. Appendix hæc tam ab externo,quam ab interno la
tere,tum etiam ab anteriori parte depressa est, & aspera propter nexum musculorum ; siqui- F
dem ab interno ,E, latere oritur pars carnosa transuersi musculi abdominis;ab externo, F,in-
cipit oblique ascendens,& desinit oblique descendens musculus similiter abdominis;a parte
anteriori ,G, initium sumit primus,& secundus musculus ex crus mouentibus. Externa pars
quam dorsum ,H, nominant, lineis quibusdam distincta sinuatur tribus ,I, L, M, locis, vnde
oriuntur primus,secundus,& tertius musculus femur moués.Intrinsecus verò a posteriori par
te,qua committitur cum [g] osse sacro,inæqualis est,atque aspera multis processibus,N, ac si-
nibus distincta:respondent hi sinibus,ac processibus ossis sacri,qui cum ipsis iunguntur. Ea-
dem interna pars versus priora sinum ,O, amplum habet,ad semicirculi speciem, vnde nasci-
tur septimus musculus ex ijs qui femur mouent;Idem os ilium a posteriori parte inter cauum,
vbi recipitur caput femoris,& eam sedem,qua committitur cum osse sacro, sinuatum ,P, est,
vt aditum præbeat tum musculis sexto,& septimo ex mouentibus femur:tum maximo neruo,
qui fertur ad crus.Iuxta hunc sinum foramina ,Q, sunt complura, vnde ligamenta oriuntur ;
& ab vtroque latere tuberculum, R, a quo & sinus augetur, & retinentur musculi in suo situ:
ab externo tuberculo initium sumit musculus nonus crus mouens; ab interno, quod acutum
est,munitur cauum illud vbi recipitur femoris caput,& ligamentum producitur, quod perti-
net ad quintum processum ossis sacri:sub hoc tuberculo sinus ,S, est,ab inferiori sede,vbi qua
si ad trochleam reflectitur decimus musculus femur moués. Sed ab osse ilij iam delapsi sumus G
ad cauum ,T, coxæ,quod maximum est,si cum cæteris conferatur,quibus aliarum partium ar
ticuli recipiuntur.Situm itaque hoc cauum est in parte crassiori inter os ilium, quod ab exter
na parte residet,& os pubis,quod ab interna:vndique autem [h] labris cingitur,minus tamen
a priori parte, quam a posteriori,vt femur [i] sedentibus magis flecti ad acutum angulum pos-
sit;non tamen continuata labra sunt;sed desunt ab ima parte, V, versus os pubis, vnde vena
transit, quæ alimentum suppeditet, & copiam humoris glutinosi huic articulo necessariam.
Cingitur tamen in orbem totum cauum cartilaginoso ligamento [k] continuato;quod nó per
mittit articulum luxari: ad huius ligamenti cartilaginosi procreationem externa supercilia
plena sunt foraminum, X. Interna caui superficies læuis est, & cartilagine obducta, præter-
quam versus priorem partem,vbi sine cartilagine aspera,Y,sentitur cum quibusdam forami-
nibus,vnde oritur ligamentum,quo femoris caput illigatur.Sub hoc cauo vbi femur recipi di
ximus,ima coxa crassescit,Z,qua parte sedentes innitunt: ea crassitudo & ad robur pertinet,
& ad musculorum exortum,videlicet quinti mouentis femur,& quarti,quinti ac sexti mouen
tis crus.Tertia coxæ pars,quæ pubis [l] os vocatur,ad priora,& interiora vergit, vbi longiori
linea ,α, aspera supernè deorsum tendente committitur cum osse pubis alterius lateris,carti-
lagine interiecta:ibi autem crassescit, nam alibi tenuior est ; quæ crassitudo & ad firmitatem H
spectat,& ad ortum substantiæ, ac musculorum colis; est autem os pubis peruium [m] amplo
foramine,β,auriculam imitáte,posito inter cauum,vbi recipitur femur, & eam regionem qua
cum altero osse committitur:supra hoc foramen insculptus est sinus ,γ, per quem transeunt [n]
venæ,& arteriæ,quæ feruntur ad crura, nam per amplum foramen dictum, a superiori parte
,δ,permeat tantum vena,& arteria vnà cum neruo,quæ in ramulos deriuantur in femore, ne-
que perueniunt ad genu.Spectat hoc foramen ad leuitatem,& ad situm noni, ac decimi mu-
sculi mouentis femur;clauditurque membrana,qua separatur musculus externus ibi colloca
tus,ab interno.Est autem pubis os rectum magis [o] in viris; nam fœminis in exteriora recur-
uatur,ne partum prohibeat:a superiori parte,qua committuntur ossa pubis,asperitas, ε, de-
prehenditur,quæ ad nexum conducit rectorum musculorum abdominis. Deprehenditur & à
priori parte, ζ, propter tertium musculum mouentem tibiam; ab anteriori parte supra cauũ,
vbi recipitur femoris caput,linea, η, assurgit tendens ad commissuram ossium pubis,quæ per-
tinet

- a Gal 15.li. de vsu par. ca.8.& lib. de ossib.ca. 20. & Hip. ac Ga.3.de articu. 101.
- b Gal.li.de ossib. c.20.
- c Hippo.& Gal.3.li.de artic.101.
- d Celsus l. 8. cap.1.
- e Gal. li.15 de vsu par. c. 8
- f Celsus li. 8.c.1.
- g Gal. li.de ossib. c.11. & li.13. de vsu par.ca. 7.
- h Gal.1.de Arti. com. 3.
- i Gal.3.lib. de vsu par. c.3.& 9.
- K Gal.1.de artic. com. 3.
- l Gal. li.de ossib. c.20.
- m Gale. 16. lib. de vsu par. c.9.
- n Gal.ibid. & Gal. lib. de venarũ & Arter. dissectione c.8
- o Cornel. Celsus lib. 3. c.8.

A tinet ad exortum octaui musculi mouentis femur: assurgit ibidem à posteriori parte altera linea, θ, acutum angulum repræsentans; quæ similiter tendit ad commissuram ossium pubis, vnde exoritur decimus musculus mouens femur. Terna hæc ossa in quæ coxam diuidi diximus, [a] tenera ætate cartilagine distincta inspiciuntur, deprehenduntur que cartilaginosæ lineæ in cauo, vbi recipitur femoris caput, ab eius centro ad labra ductæ, vna à superiori parte, altera a posteriori, quæ proprie coxæ os constituunt; Tertia à centro ad anteriorem partem ducta, cum superiori quidem ilium os, cum posteriori os pubis constituit. Hæc de coxa satis dicta sint, proxime sequitur crus, ad quod iam pergimus. a Supra in hoc ca.

De ossibus Cruris. Cap. IX.

Ta.14. fig.5.6 QVemadmodum brachium cum scapula, ita crus cum coxa committitur; quemadmodum item brachium in tres partes separatur, ita & [b] crus, cuius ossa nunc explicanda sunt. Prima cruris pars græcè μηρός, c latinè femur, d & femen dicta peruenit a coxa ad genu; secunda a genu ad pedem, vocatur autem græcè κνήμη, e latinè tibia; quamquam Celsus f hanc secundam partem nomine totius appellat crus. Tertia pars est pes, cui græcè nomen est ποῦς. g Constat femur ex vnico osse, quod à superiori parte h cum coxa, ab inferiori cum genu coniungitur. Præstat autem vsum ad cruris actionem necessarium; sustinet enim corpus, & cum ambulamus, & cum stamus, præter sedem, quã pluribus particulis idoneam præbet. Quamobrem solidum est, ac durum, medium tamen in B longitudinem fistulæ modo sinuatum est; i vbi medullam continet, à superiori & inferiori parte appendicem habet: superior appendix, A, versus interiorem partem ceruicem, B, exigit, obliquè sursum spectantem cui rotundum k caput, A, superiectum est magnum, læue, & cartilagine l obductum; in medio eius capitis, paulo tamen versus partem inferiorem foramen, C, est, vbi inseritur ligamentum à medio sinu coxæ ortum, quo m nectitur hoc caput cum cauo coxæ, in quo recipitur: præter ceruicem, & caput exigit etiam summum femur duos processus, cum vna appendice in vtroque (hos græci τροχαντῆρας n vocant) vnum ab externa, D, & sublimiori parte maximum omnium illorum processuum, qui cum alio osse non committuntur; quem nonnulli esse totum appendicem existimant. Alterum, E, multo minorem, o ab interna parte versus posteriorem, non parum infra processum iam dictum: vterque inæqualiter sinuatus, F, est, vt aptetur musculis, qui vel ab ipso oriri, vel cum ipso iungi debuerunt. Exterior enim, ac superior processus interna sede sinum habet asperum; in quem desinunt nonus, & decimus musculus ex mouentibus femur. Ab externa, quæ gibba est, quatuor locis leniter deprimitur, G, in quos totidem musculi desinunt; primus nimirum, secundus, tertius, & quar- C tus ex mouentibus femur. A radice eiusdem a parte anteriori, atque interiori sumit initium septimus musculus ex crus mouentibus; sed processus interior, qui minor est, finem excipit sexti, & septimi musculi ex femur mouentibus. Ad radicem verò versus posteriorem sedem ipsius aspera linea, H, oblique descendit, in quam definit octauus musculus ex femur mouẽtibus. At imi femoris appendix duo capita p exigit magna, quæ spectant magis in posteriorem partem, quam in priorem; sic enim fit, vt crus magis ad acutum angulum flectatur, nec vltra rectam lineam extendi possit: conijciuntur capita hæc in sinus summæ q tibiæ tali commissura, quæ flecti, & extendi crus sinat; non tamen in latera moueri, vt Galenus r voluisse videtur; præbent etiam hæc capita tutum iter maximo neruo, & vasis tendentibus ad tibiam; pertinent & ad initia plurium musculorum pedem mouentium. A sublimiori enim parte capitis interni, I, incipit primus musculus pedẽ mouens; à sublimiori externi, K, secundus, & tertius, & particula illius musculi, qui sub poplite latet. Caput internum à sublimiori parte, ac interiori sinuatum, L, est, vbi chorda inseritur quinti musculi femur mouentis: à foraminibus, M, quæ multa sunt à lateribus horum capitum, oriuntur ligamenta, quibus iunctura hæc astringitur: sinus, N, inter vtrunque caput à posteriori parte plurimum desidet, cum asperitate, ac foraminibus, vbi tibiæ processus recipitur, atque arctatur, duplici valido ligamento à tibia profecto: D sed a priori parte minus desidet, O, vbi recipitur processus quem exigit patella: complures alii sinus, P, qui circa vtrunque caput insculpti sunt, ad chordas, & musculos excipiendos pertinent. Obliquus enim sinus, qui ab exteriori parte versus posteriorem externi capitis conspicitur; transitum præbet chordæ quinti musculi crus mouentis; ita ut à suo itinere minimè aberret. Interior præterea, ac posterior pars interni capitis, quæ leuiter sinuata est, excipit chordas secundi, tertij, quarti, & sexti musculi crus mouentis, quæ inde transeunt. Vniuersum autem os a coxa ad genu, non recta fertur, sed oblique versus partem interiorem; a priori verò parte, ac lateribus, teres est, gibbum, [s] & læue; a posteriori cauum, & inæquale. Assurgit os femoris à posteriori parte linea, Q, quadam aspera, & inæquali, vbi quintus musculus femur mouens validè nectitur; sed versus inferiora capita sinuatur, R; vt tutum transitum præbeat venæ grandiori ad crus tendenti, & simul arteriæ ac neruo. Totum t verò si cum ossibus totius corporis conferatur, longè maximum censebitur. Scire autem licet a posteriori parte imi femoris, vbi sinus est inter duo tubercula in posteriorem partem prominentia, reperiri

b Gal. li. de inæquali intemperie c. 2.
c Gal. ibid. & lib. de ossib. c. 21.
d Celsus li. 8. c. 1.
e Gal. li. de inæquali intemperie c. 2.
f Cor. Celsus li. 8. c. 1
g Gale. de inæquali intemperie c. 2.
h Gal. li. de ossib. c. 21.
i Gal lib. 11 de vsu par. c. 18.
k Gal. li. de ossib c. 21.
l Supra in Capite antecedenti & Ga. 3. de artic. com. 101.
m Gal. 3. de artic. com. 41.
n Gal. lib. de ossib. c. 21.
o Gal. ibid.
p Gal. li. de ossib. c. 21.
q Gal. li. de ossib. c. 21.
r Ga. lib. 15 de vsu par. c. 8.
s Gal. li. de ossib. c. 21.
t Gal. li. de ossib. c. 21.

duo

duo paruula ossa sesamoidi ad originem primi, & secundi musculi mouentis pedem, ne ab illis tuberculis atterantur. E

Tab. 14. Fig. 7.8.

a Cels. lib. 8. c. 1.
b Gal. li. de ossib. c. 23.
c Cels. lib. 8. c. 1.
d Cor. Cel. li. 8. c. 1.

AD genu, qua femur cum tibia committitur, a priori parte collocatum os est, quod latinè [a] patella, græcè μυλη [b] nominatur: defendit hoc genu, neque extendi ipsum patitur vltra rectam lineam; prohibetque quominus imi femoris capita, cum crus flectitur, à tibia recedant. Id vel ex eo colligitur, quod quibus patella luxatur, aut frangitur, elabi in anteriorem partem femur solet, cum vel crus flectunt, vel in decliuia loca descendunt. Substantia eius nuper natis mollis prorsus est, & cartilaginosa, sed dura est ætate prouectis; quamuis patella cartilaginosa à nonnullis [c] appelletur, qui partim cartilagine, partim chordis, quibus obducitur, moti, ipsam mollem existimant. Figura ferè rotunda est, & scuto non absimilis. A posteriori parte media assurgit, vtrinque desidet, vt apte respondeat duobus capitibus in imo femore, & sinui medio inter ipsa. Quamobrem exterior sinus patellæ amplior est, quàm interior, sicut externum caput femoris grandius, quam internum. Superficies posterior læuis, & cartilagine obducta, qua cum imo femore committitur; nam qua descendit, & acutum processum exigit, iungiturque tibiæ, aspera est, inæqualis, & foraminũ plena, non secus quam anterior, propter chordas tibiam tendentes. Quamuis autem coniungatur cum femore, [d] & tibia, nullibi tamen arctatur, aut ligamentis astringitur, vt alia ossa solent, sed tantum nectitur chordis, quæ vltra genu feruntur. F

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XIV. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. XIV. FIG. I. II. III. IV.

Qvatuor figuræ monstrant os coxæ dextrum.

I	A parte interna.
II	Ab interna, sed magis in latus.
III	Ab externa.
IV	Ab externa, sed magis in latus.
A	Os pubis.
B	Os ilium.
C	Os coxæ.
D	Spina in ossis ilium appendice.
E	Internũ spinæ latus, vnde oritur pars carnosa quarti musculi abdominis.
F	Externum spinæ latus, vnde incipit secundus musculus abdominis.
G	Anterior spinæ pars vnde oritur primus & secundus musculus ex crus mouentibus.
H	Dorsum ossis ilium.
I	Sinus in dorso, vnde oritur primus musculus femur mouens.
L	Sinus in dorso, vnde oritur secundus musculus femur mouens.
M	Sinus in dorso, vnde oritur tertius musculus femur mouens.
N	Sinus, ac processus inæquales qua cõmittitur os ilium cum osse sacro.
O	Sinus in parte interna ossis ilium vnde oritur septimus musculus, femur mouens.
P	Sinus inter cauum, vbi recipitur caput femoris, & sedem qua committitur os sacrum, præbet autem aditum sexto & septimo musculo mouenti femur, & maximo neruo, qui fertur ad crus.
Q	Foramina iuxta dictum sinum, vnde oriuntur ligamenta nectentia os ilium cum osse sacro.
R	Tuberculum ab vtroque latere proximi dicti sinus, a quo augetur sinus, & retinentur musculi in suo situ.
S	Sinus sub interno tuberculo, vbi quasi ad trochleam reflectitur decimus musculus femur mouens.
T	Cauum ossis coxæ, in quo recipitur femoris caput.
V	Sinus ab ima parte nuper dicti caui, versus os pubis ad transitum vasorum ad articulum.
X	Foramina ab externa parte supercilio rum caui coxæ ad exortum cartilaginosi ligamenti dictum cauum ambientis.
Y	Asperitas cum foraminibus in interno cauo coxæ, vnde oritur ligamentum quo femoris caput illigatur.
Z	Crassitudo in ima coxa ad robur, & exortũ quarti quinti ac sexti musculi mouentis crus.
α	Lõgior linea aspera, quæ in osse pubis supernè deorsum tendit ad robur, & exortum substantiæ, ac musculorum colis.
β	Amplum, ac peruium foramen in osse pubis ad leuitatem.

TABVLA XIIII

γ	Sinus super dictum foramen ad transitum venæ, & arteriæ quæ feruntur ad crura.
δ	Sinus à superiori parte dicti foraminis ad transitum vasorum femur nutrientium.
ε	Asperitas à superiori commissura ossium pubis ad nexum rectorum musculorum abdominis.
ζ	Asperitas a priori parte dictæ commissuræ ad initium tertij musculi mouentis tibiam.
η	Linea à priori parte super cauum coxæ propter initium octaui musculi mouentis tibiam.
θ	Altera linea ibidem à posteriori parte ad exortum decimi musculi mouentis femur.

FIGVRA V. VI.

VTraque figura hæc sinistrum femur repræsentat sed prior in priorem partẽ, secunda in posteriorem conuersum.

Literarum porro hæc ratio est.

A	Superior femoris appendix cum rotundo capite.
B	Ceruix superioris femoris.
C	Foramen in medio capite summi femoris ad nexum ligamenti a cauo coxæ producti.
D	Maior processus summi femoris.
E	Minor processus summi femoris.
F	Sinus in vtroque nuper dicto processu ad musculorum nexum.
G	Sinus, ac asperitates ab exteriori parte, maioris processus ad musculos excipiendos.
H	Aspera linea ad radicem minoris processus, quæ oblique in posteriora descendit, ad nexum octaui musculi ex mouentibus crus.
I	Internum caput imi femoris.
K	Externum caput imi femoris.
L	Sinus in sublimiori, ac interiori parte interni tuberculi, vbi chorda inseritur quinti musculi femur mouentis.
M	Foramina a lateribus capitum imi femoris vnde oriuntur ligamenta ipsum cum tibia astringentia.
N	Sinus inter vtrumque caput imi femoris ad processum tibiæ excipiendũ.
O	Sinus læuis a priori parte imi femoris vbi recipitur patellæ processus.
P	Plures sinus circa capita imi femoris ad musculos, & chordas excipiendas.
Q	Linea aspera a posteriori parte femoris in longitudinẽ, vbi quintus musculus femur mouens valide nectitur.
R	Sinus ad inferiora capita imi femoris ad transitum vasorum, quæ ad crus pertinent.

FIGVRA VII. VIII.

VTraque figura patellam dextram significat sed prior in anteriorem, posterior in posteriorem partem conuersam.

Tab. 15. *Fig.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

SEcunda pars cruris,quam tibiam nominari diximus,perinde ac ſecunda pars bra-
chij duplici oſſe continetur; vnum κνήμη [a] græcè, latinè [b] tibia; alterum græcè
περόνη, latinè [c] ſura vocatur;agemus de vtroque ſeparatim,ſumpto initio a tibia.
Committitur hæc cum femore ad genu, vt ante oſtendimus, [d] & vſq; ad pedem
fertur,vbi cum talo coniungitur,occupatq; partem interiorem, ſicuti ſura exteriorem; ſuſti-
net autem femur,& idcircò dura eſt,ac ſolida;licet [e] in medio fiſtulam habeat, vbi medulla
continetur:ſuperiori,& inferiori ipſius extremo [f] adiuncta eſt appendix,quæ ſuperiori, ma-
gna eſt,& craſſa;ab anteriori tamen parte craſſior,& deſcendit inferius quam à poſteriori.Su
perficies,A,anterior tam appendicis,quam oſſis,quod cum ea committitur, aſpera eſt & inæ-
qualis,vt validiſſimè chordæ ſeptimi,octaui,& noni muſculi tibiam mouentis aptè ibi nectan
tur.Summa pars huius appendicis vtrinque à lateribus ſinum [g] habet,B,amplum, cartilagi-
ne obductum,cum medio proceſſu,C,inter vtrunq; aſpero,& inæquali. In hos ſinus conijciun
tur duo capita imi femoris;proceſſus,qui inter vtrumq; ſinum eſt,recipitur in cauo [h] illo am
B pliori,quod inter vtrunque caput imi femoris à poſteriori parte deprehenditur: naſcitur ab
hoc proceſſu ligamentum,præſertim à poſteriori eius parte,per quod femur aſtringitur:auge
tur vterque ſinus cartilagine molli,ac veluti pingui humore illita;craſſior enim eſt in ambitu;
minus craſſa verſus centrum,vbi finitur: ſeparatur vna ab altera medio proceſſu, neutra au-
tem ibi coaleſcit,ſed tantum ligamentis nectitur:ab externo latere appendicis ſuperioris ver
ſus partem poſteriorem proceſſus,D,aſſurgit ima parte depreſſus,cum quo ſura committitur.
Appendix,quæ inferiori tibiæ adiuncta eſt,ſinum,E,amplum habet geminum, nam linea me-
dia à poſteriori parte in priorem leuiter aſſurgens,ſinum duplicem efficit à lateribus: altiorē
eum ſinum,qui ab interna parte eſt,facit proceſſus,F,quē ima appendix validum exigit deor-
ſum tendentem,ab externo latere,quò ad ſinum ſpectat cauum, læuem, & cartilagine obdu-
ctum;ab interno gibbum, quo vergit ad alterum crus; deprehenditur autem tactu, cum non
tegatur carne;conſtituit enim internum [i] malleolum,hoc eſt tuberculum,quod in fine cruris
ad initium pedis tangitur.A poſteriori parte huius proceſſus ſinus, G,eſt,vnde oritur ligamē
tum cartilaginoſum,quo talus arctatur;ad id ligamentum producendum confert etiam aſpe-
ritas,H,& inæqualitas a poſteriori parte appendicis tibiæ;externum latus non exigit proceſ
ſum interno malleolo reſpondentem, ſed ibi inferior ſuræ appendix committitur, quæ craſ-
C ſeſcens deſcendit inferius,quam internus malleolus,& prominens [k] externum,I,conſtituit;
ab vtroq. verò comprehenditur, [l] atq. aſtringitur talus inter vtramq. appēdicem. Tibiæ os
triangulam figuram repræſentat,à priori enim parte, quæ ἀντικνήμιον [m] græcè nominatur, li-
nea,L,acuta valde prominet,vnde ſpina nominatur: vtrinque etiam a lateribus vna linea aſ-
ſurgit,magis autem acuta eſt,quæ ab externo,M,latere,quam quæ ab interno,N:huius trian-
guli latera omnia ſtructa ſunt appoſite,ad excipiendos muſculos mouentes pedem, atq. eius
digitos.Primum,O,latus ex tribus ab anteriori linea ad interiorem pertinet.Secundum,P,eſt
inter interiorem,& exteriorem lineam Tertium,Q,inter exteriorem,& anteriorem,atq. hoc
ſedem præbet muſculis ad poſteriorem cruris partem ſitis,& illi præſertim, qui flectit tertios
articulos quatuor digitorum,tum quinto ex mouentibus pedem.Eſt autē tibiæ os [n] craſſum,
non tenue,vt os ſuræ,cum quo ab extremis coniungitur;nam in medio dehiſcunt.Additum au
tem a natura fuit [o] ſuræ os,ad fulciendam tibiam,ne oneri cedat. Habet & ſura tam a ſupe-
riori,quam ab inferiori parte appendicem. Superior appendix ab interno latere ſinuatur, R,
vt proceſſum externum excipiat,quem exigit ſuperior tibiæ appendix. Vterque autem tam
ſinus,quam proceſſus cartilagine obducitur.Inferior appendix ſuræ in cauum ab externo la-
tere imæ appendicis tibiæ inſinuatur,ibique aſſurgens, atque inferius deſcendens externū [p]
D malleolum,I,conſtituit,qui vna cum interno talum [q] complectitur.Sed tam ſinus in appen-
dice tibiæ,quam proceſſus in appendicæ ſuræ aſper eſt,& cartilaginis expers. Inter vtrum-
que intercedit ligamentum,quo valide aſtringuntur:media ſura gracilis [r] eſt,& idcirco a ti-
bia diducitur:tantum enim cum ea coniungitur [s] verſus extrema. In medio ab interno late
re verſus tibiam aliquid curuatur;verſus exteriora ſima redditur;præſefert autem ſura in lon-
gitudinem triangulū,in cuius trianguli lateribus aptè collocantur muſculi pedem,atque eius
digitos mouentes.

Primum latus,S,ex tribus,ab anteriori linea ad interiorem pertinet; in quo continetur ſex-
tus,& nonus muſculus ex pedem mouentibus, & decimus octauus ex ijs,qui mouent digitos
pedis;tum decimusnonus,qui magnum digitum extendit. Secundum latus, T, eſt inter exte-
riorem,& interiorem lineam,vbi collocatus eſt ſeptimus, & octauus muſculus ex pedem mo-
uentibus.Tertium latus,V, inter exteriorem, & anteriorem lineam ſedem præbet muſculis
ad poſteriorem cruris partem ſitis,& illi præſertim,qui ſecundum pollicis articulum flectit.
Ab hoc eodem latere validum exoritur ligamentum,quo ſura,cum tibia illigatur.Æquat ſuræ
os longitudinem oſſis tibiæ,tanto enim minus aſcendit,quanto magis deſcendit. Sed ſatis de
Tibia,& Sura;pergamus ad pedem.

a Gal.li.de oſſib. c.22. & 3.de vſu par.c.13.
b Celſ.lib. 8.c.1.
c Celſ. lib. 8.c.1.
d Supra in hoc cap.
e Gal.li.11 de vſu par. c.18.
f Gal.li.de oſſib. c.22.
g Gal.li.de oſſib c.22.
h Gal.li.de oſſib. c.22.
i Gal. li.de oſſib. c.22.
k Celſ. lib. 8.c.1.
l Gal. li.de oſſib. c.22.
m Gal. lib. de muſcul. diſſect. ca. 32. & lib. 2. de fractur. com. 34.
n Gal. li.de oſſib. c.22. & Celſ. li. 8.c.1.
o Gal. li.3. de vſu par. c.13.
p Gal.li.de oſſib c. 22.
q Gal.ibid.
r Gal. li. 3. de vſu par. c.14.& lib. de oſſib. c. 22.
s Celſ.li.8. c.1. & Ga. locis citatis.

N O-

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XV. inſcripti viſuntur, explicatio.

TABVLA XV. FIGVRA I. II. III. IV. V. VI. VII.

Ex ſeptem Tabulæ huius figuris Cruris oſſa monſtrantibus

I	Tibiã oſtendit dextram à priori parte.
II	Eandem à poſteriori.
III	Suram dextram a priori parte.
IV	Eandem à poſteriori.
V	Siniſtram tibiam cum ſura à priori parte.
VI	Eandem à poſteriori.
VII	Superiorem partem ſuperioris capitis tibiæ.

Literarum in quacunq; figura reperiantur hæc ratio eſt.

A	Superficies anterior tibiæ, atq. eius appendicis aſpera, & inæqualis, ad nexum chordę ſeptimi, octaui, & noni muſculi tibiam mouentis.
BB	Sinus vtrinque à lateribus ſummę appendicis tibiæ in quos conijciuntur ima capitis imi femoris.
C	Aſper proceſsus inter vtrunque dictum ſinum.
D	Proceſsus ab externo latere ſuperioris capitis tibiæ leuiter depreſsus cum quo committitur ſura.
E E	Sinus geminus in inferiori capite tibiæ ad tali commiſsuram.
F	Proceſsus in imo capite tibiæ internũ malleolum efficiens.
G	Sinus a poſteriori parte dicti proceſſus, vnde oritur ligamentum talum aſtringens.
H	Aſperitas a poſteriori parte imi capitis tibiæ eiuſdem ligamenti cauſa.
I	Proceſsus in imo ſuræ capite deſcendens ad externum malleolum conſtituendum.
L	Linea acuta in priori parte tibiæ.
M	Linea ab externo latere.
N	Linea ab interno.
O	Primum latus trianguli in tibiæ longitudine ab eiuſmodi lineis conſtitutum.
P	Secundum latus.
Q	Tertium latus.
R	Sinus ab interno latere ſuperioris capitis ſuræ.
S	Primum latus trianguli, quem ſura in longitudinem præſefert.
T	Secundum latus.
V	Tertium latus.

TABVLA. XV.

Tab. 16. Fig. Omnes, & Tab. 17. Fig. 1. 2. 3. ac 4.

a Hip.lib. b Sup. c.7. c Gal. lib.2 de Anato. admin. c.9. & Cornel. Celſ.lib.8. c. 1

REſtat tertia pars cruris,pes videlicet, quæ (vt inquit Hippocrates) [a] non ſecus q̃ manus,e multis,minutiſq. oſſibus conſtat. Manum diduximus [b] in tres partes, in primam palmæ partem,in palmam ipſam,& digitos. Reſpondent [c] in pede primę palmę parti tarſus,palmæ planta,digitis digiti.Sed ſunt in pede pręter tarſum,plã tam,& digitos,talus,calx, & σκαφοειδὲς grandiora oſſa,quibus nulla pars manus reſpondet.Sunt autem omnia nuper natis mollia,& ad cartilaginis magis, quam ad oſſis naturam accedunt,ſicut & reliqua oſſa pedis. Verum calx quamuis & ipſe tunc cartilaginoſus ſit, medius tamen durus eſt,& oſſis naturam retinet.Talum ergo,calcem,& ſcaphoides perſequemur,& primò talum;de.n ad tarſum pergemus,inde ad plantam,& digitos. Talus igitur (vt E

d Supra in hoc Capi. & Gal. lib. de oſſib. c. 22. e Gal.li.de oſſib. c.24.

ab hoc incipiamus) eſt illud os cum quo monſtrauimus [d] committi tibiam,& ſuram; huius beneficio curuatur,atq. extenditur pes,& nonnihil etiam in latera conuertitur. Eſt autem talios durum,ac multiforme, varijs enim partibus variam formam repræſentat. Id quod facile patefiet,ſi ſuperiorem,inferiorem,priorem,poſteriorem,& quę vtrinq. à lateribus ſunt,ipſius partes perpendamus. Superior tali pars quatuor habet latera, vnde τετρωρόν [e] græcè, quaſi quadrilatera vocatur;cuius ſuperficies ſumma minimè plana eſt,ſed quodammodo rotunda, ita vt quartam trochleæ partem referat;non ſolum quatenus rotunda eſt,ſed quatenus etiã F media à priori parte in poſteriorem deſidet,perinde ac trochlea, qua funem excipit:ac rurſus veluti trochlea plano ligno vtrinque comprehenditur, ita ſuperior pars tali vtrinque [f]

f Gal li.de oſſib. c. 22. & 24. g Gal.li.de oſſib. c.24.

aſtringitur, interno quidem latere à proceſſu appendicis tibiæ, externo ab appendice ſuræ. Reſpondet pars ſuperior tali,quam deſcripſimus,imæ appendici tibiæ,quæ vtrinque deſidet, media aſſurgit.Contra ſuperior pars,tali vtrinq. [g] aſſurgit,media deſidet,A,ita aptè vt ſinus vnius excipiant proceſſus alterius,& ex contrario.Internum latus tali ſinuatum,B,eſt,vt ligamento cartilaginoſo cedat,quod cum talo vincit tibiæ appendicis proceſſum ſinuatum,à quo oritur.Externum etiam latus ſinuatum, C, eſt,vt ligamentum admittat, quod imam ſuram à qua oritur,cum talo arctet.Poſterior tali pars aſpera,D,eſt ac ſinuata tum propter ligaměta, quæ ibi nectuntur,tum propter chordas,quæ inde tranſeunt,quinti. ſ.muſculi pedem mouentis,illius qui ſecundum pollicis,& illius qui tertium quatuor digitorum articulũ flectit. Prior oblongam exigit ceruicem,E,quæ in anteriora tendens terminatur in capitulum, F,rotundũ;

h Gal.2.de fr. com.16. & lib. de oſſib.c. 24.

quod cartilagine obductũ in cauum inſeritur inſigne inſculptum in oſſe ſcaphoide, [h] & cartilagine obductum,per quã commiſſuram pes in latera mouetur,ac circumducitur. Sexta, & vltima pars tali ima eſt,per quam cum oſſe calcis committitur duplici commiſſura, vna verſus anteriora,altera verſus poſteriora; à poſteriori enim parte calx amplum proceſſum exigit, G quod in amplo tali ſinu, G, recipitur. Contra à priori talus aſſurgit,verſus internum latus, in proceſſum,H,qui in calcis cauum inſinuatur.Sed tam calx,quam talus,vbi non ſe contingunt; verſus priorem partem pedis aſperam ſuperficiem,I,præſeferunt, vnde ligamenta cartilaginoſa oriuntur,quæ vtrunq; os ſimul aſtringunt, & ſpacium inter vtrunq. os interiectũ implét, neq. enim mouetur talus ab inferiori parte,qua cum calce iungitur; ſed tantum a ſuperiori,

i Gal. li.de oſſib. ca. 2. & Hipp ac Gal. lib. 2. de fr.com. 16. k Gal.li.de oſſib.c. 24. l Paulo ante & Gal. 2. li.de fra. com.16. m Ga.3.ca tag.c.2. & lib. de diſſ. muſc.c.33.

qua cum tibia.Calx autem,qui græce πτέρνα [i] vocatur,vt talum ſuſtinet,ita etiam vniuerſum corpus,quod per tibiam,& ſuram ſuperinſidet talo; quamobrem calcis os durum admodum eſt,& maximum k inter oſsa pedis.Figuram verò multiformem habet,non ſecus ac talus:ſuperior eius pars qua committitur cum talo,ſinũ,L,& proceſsum,M, habet qualě enarrauimus. [l] Sed qua ſoluta eſt à talo, verſus poſteriora teres eſt,& aſpera,N.recipit enim ligamenta à tibia talum arctantia.Poſterior pars calcis prominet in poſteriora,nõ amplius è regione tibiæ; partim vt tibiam fulciat,partim vt admittat validiſſimã chordam,quo nomine ſinuata, O,eſt; naſcitur [m] chorda hæc à primo,ſecundo,& tertio muſculo pedem mouente.Ima pars calcis, qua ingredimur,non eſt exquiſitè teres,ſed aliquantulum lateſcit,ad ſtabilitatem.Eſt autem aſpera,P,& inæqualis,propter muſculos,propter primum. ſ.mouentem digitos, qui ſecundũ articulum quatuor digitorum flectit,qui inde initium ſumit,& propter carnoſam illam molě, H quæ in quatuor chordas diuiſa,reliquos quatuor digitos ad magnum adducit, inde ſimiliter ortam:Ita aũt ſiti ſunt hi duo muſculi,ut terrã non attingant,ſed ab oſse inferius deſcendẽte defendãtur.Anterior pars calcis leuiter ꝓminet, Q, & cartilagine obducta recipitur è regio-

n Gal.2. de fract cõ,16

ne minimi digiti in ſinu oſsis κυβοειδοῦς, [n] de quo paulo poſt agemus.Latus calcis internũ abunde ſinuatum,R,eſt,vt tutum tranſitum præbeat chordæ quinti muſculi pedem mouentis,& illorum duorũ,qui vltimum digitorum articulum flectũt;præterea neruo,venæ,& arteriæ inde tranſeuntibus:augetur idẽ ſinus à calce,qui à poſteriori parte aſsurgit,S,vt inde incipiat muſculus ille,qui pollicẽ ab alijs digitis abducit in partem interiorẽ.At externũ aſperum,& inęquale eſt,neq. ſinuatur niſi verſus anteriorem partem, T, vt cedat chordis ſeptimi, & octaui muſculi pedem mouentis:humiliori eius parte, V, innititur muſculus, qui paruum digitum à cæteris modicè abducit. Ex grandioribus oſsibus pedis ſupereſt tertium, quod græcè σκα-

o Ga. li.de oſſib. c.24. & lib.2. de fr.com. 16.

φοειδὲς [o] nominatur, ab imagine ſcaphæ quam poſteriori ſui parte repræſentat; amplo ſinu,X,vbi caput,quod in priori parte tali prominet, recipi monſtrauimus; anterior pars huius oſsis cum tribus oſsibus tarſi committitur,quamobrem tres oſtendit ſuperficies,Z,cartilagine obductas;adeo aũt leuiter prominẽt,vt non facile diſcernas recipiãtur ne ab oſsib.tarſi an ea recipiant.Inter has,quæ ad internum latus ſita eſt, reliquas duas amplitudine uincit,

perin-

A perinde atque os tarſi, quod cum ea committitur, magnitudine ſuperat duo alia, quæ cum reliquis duabus committuntur. Superior, α, pars oſſis ſcaphoidis gibba eſt, & orbicularis, quæ figura, & pedi conſtituendo aptatur, & iniurijs eſt minimè opportuna: Inferior, β, verò ſima, vt pedis cauum augeat. Vtraque autem tam inferior, β, quam ſuperior, α, aſpera eſt, magis tamen inferior ob ligamenta, quæ ibi nectuntur validiſſima. Habet etiam inferior pars ab interno latere ſinum, γ, vbi reuoluitur chorda ſexti muſculi pedem mouentis. Tarſus, quem reſponderedi diximus a primæ palmæ parti, non conſtat ex octo oſſibus, ſed ex quatuor. Sunt autem pauciora, & maiora hæc oſſa ad ſtabilitatem, & ingreſſum; pauciora, & minora, quæ in prima palmæ parte, quod ita poſtularet prehendendi munus, ad quod natura fabricata eſt manum. Ex quatuor oſſibus tarſi, tria plana ſuperficie cum oſſe ſcaphoide committuntur, & hæc propriũ nomen non habent; Quartum quod ab externa parte eſt, committitur cum calce, inuenit autem cyboidis b nomen apud græcos à ſimilitudine cubi, quod ſex oſtendat ſuperficies; quarum poſterior cum calce committitur, anterior cum duobus oſſibus plantæ; interior cum tarſi oſſe proximo; exterior, quæ obſcure plana eſt, cũ nullo iungitur, ſed ſoluta eſt: ſuperior, quæ ſurſum ſpectat, ſimiliter ſoluta eſt, ſicut inferior, quæ deorſum. Verum hæc inæqualis eſt, & ſinuata, δ, ibi enim inuoluitur chorda ſeptimi muſculi pedem mouentis: eadem iuxta calcem

B deorſum procedit, ε, & in ingreſſu terræ innititur. Reliqua tria oſſa terram non attingunt, ſed vna cum ſcaphoide cauum pedis conſtituunt; ſunt autem cunei modo à ſuperiori parte lata, ab inferiori anguſta. Plurimum differunt inter ſe oſſa tarſi magnitudine: maximum enim eſt cyboides; dein quod ab interno latere ſitum eſt; tum quod cyboidi proximum, nam minimũ eſt, quod proximum interno. Spectat intimum os tarſi in anteriora, verſus magnum digitum, ſicut cyboides in poſteriora, verſus calcem. Ex medijs, quod interno proximum eſt, breue eſt, neque in anteriora fertur, ſicuti quod cyboidi proximum: omnia autem ſimul iuncta ſuperficiem ſuperiorem gibbam efficiunt, inferiorem cauam; qua inter ſe iunguntur, ſine cartilagine ſunt, ſed nectuntur ligamentis cartilaginoſis; ibi tantum cartilagine obducta ſunt, vbi cum ſcaphoide committuntur. Vbi autem reflectuntur quintus, & ſextus muſculus pedem mouentes, adiecta eſt cartilago cum paruulo oſſe ſeſamoide, ne atterantur. Tarſum ſequitur planta, quæ græcè πεδίον c dicitur, & palmæ manus reſpondet, quamuis non quatuor, ſed quinq. oſſibus contineatur; d ſiquidem magnus digitus pedis conſtat ex duobus oſſibus, cum illud quod ad magnum digitum ſpectat, ad plantam referatur, perinde atq. alia quatuor, quæ cum tarſi oſſibus committuntur. Exigunt ſingula oſſa plantæ capitula, ζ, leuiter prominentia, quæ in ſinus oſſium tarſi parum deſidentes inſeruntur, ita vt plana ferè ſuperficie necti inter ſe videantur: habent autem omnia tam a ſuperiori, quam ab inferiori parte appendicem. Id os plantæ, quod è regione magni digiti ſitum eſt, iungitur cum interno oſſe tarſi: infernè autem

C proceſſum, η, exigit, vbi inſeritur ſeptimus muſculus pedem mouẽs, quod è regione tertij cum tertio, ſed quod è regione quarti, & quinti, cum oſſe cyboide. Cęterum os, quod ad digitum minimum ſpectat, ibi in externo latere inſignem proceſſum, θ, exigit, cum quo nectitur chorda octaui muſculi pedem mouentis. Vt autem tarſi, ita plantæ oſſium, alia magis, alia minus in anteriora feruntur, nec ęqualiter omnia antrorſum procedunt, craſſeſcunt omnia propè tarſum, ſicque inter ſe iunguntur; vbi autem à tarſo recedunt, graciliora fiunt, & idcircò inter ſe dehiſcunt, ita vt ſpacium medium relinquant, vbi recipiuntur muſculi flectẽtes primos digitorum articulos, quibus vt aptiorem ſedem præbeant, latiora ſunt à parte ſuperiori, anguſtiora ab inferiori. Vbi verò cum digitorum oſſibus committuntur appendix ipſorum capitulata, ι, inſeritur in cauum primi oſſis digiti, ad quem ſpectat. Digiti ſuperſunt, qui in pede e perinde atque in manu ternis oſſibus continentur; tantum magnus digitus pedis ex f duobus componitur: ſic enim pes firmius hæret, quo ſpectant etiam duo oſſa ſeſamoidi, κ, iuſta primum cuiuſq. digiti articulum ſita; neque enim ſolum prohibent nimium flexum, vt in manu: hæc quamuis cartilaginoſa naſcantur, vt cætera oſſa ſeſamoidi, ipſis tamen citius indureſcunt. Forma, & cõmiſsura eodem modo cernitur, atq. in oſſibus digitorum pedis: Habent ẽt appendices à ſummo, & imo, excepta tamen ima parte poſtremorum oſsium, quæ perinde atq. in manu, ſatis

D ſine appendice defenditur à carne, & vngue. Sed ſatis de oſsibus pedis, quæ ſunt g talus, calx, ſcaphoides, quatuor in tarſo, quinq. in planta, quatuordecim in digitis, ita vt in vniuerſum viginti ſex numerentur, non viginti ſeptem, vt h in manu. Hactenus de oſsib. totius corporis.

De Cartilagine. *Cap.* X.

Tab. 17 figu. 5. vſq; ad 10.

PErgamus ad cartilaginem, quæ græce χόνδρος i dicitur. Finis ad quem cõſtituta eſt, potiſsimũ eſse videtur, vt fulciat molliores partes ſuperiectas, atq. adnexas, vt ĩ gutture k muſculos, in corde vaſa: quantũ l vero firmitate ſuperãtur, ab oſse, tm̃ ſuperat os leuitate, ita vt pro hoc adiungatur, vbi grauitas moleſta eſset: reſiſtit ẽt magis, quam os frangentibus, atq. atterentibus; quamobrem adiecta eſt nudis partibus, ac prominentib. vt auriculis, m imo naſo, ſpinę, extremo oſsis ſacri, poſteriori proceſsui cubiti, quæ ſi ex oſse n conſtarent, externis iniuriis magis paterent, atq. abrũperentur; ob eandem cauſam iuncta eſt articulis, quos aſſiduo motu

a Paul. ante in hoc Cap.

b Gal. li. 2. de fr. com. 16.

d Gal. lib. 3 de vſu par. c. 5

d Ga. lib. 3. de vſu par. c. 6

e Gal. li. 2. de fractur. com. 8.

f Gal. ibid.

g Gal. li. 2. de fr. com. 8.

h Gal. li. 2. de fractur. com. 8.

i Gal. 1. lib. de nat. hu. in proęm. & lib. 7. de vſu pa. c. 3.

k Gal. 7 de vſu par c. 3 & c. 4. & l. de voc. inſtr. diſſect. c. 6

l Gal. li. de voc. inſtru. diſſec. c. 6.

m Ga. ibid. & lib. 11. de vſu pa. c. 12.

n Ga locis citatis.

necesse [a] esset atteri, nisi cartilagine obduceretur; quanquam in his superficie sua læui, ac pingui humore illita ad facilitatem motus plurimum etiam conducit; quibusdam articulis non solum obducitur, sed sinui inhæret ligamentis adnata, vbi non modo facilitatem motus præstat, sed sinum quoque auget, quemadmodum in tibia ad genu. Efficit item cartilago, cum mollis sit, ac flectatur, vt aliquæ partes dilatentur, & contrahantur, veluti aspera [b] arteria, & costæ, quæ si ex osse constarent, non ita flecterentur, sed rigidæ manerent; quamuis autem flectantur, vi quadam, vbi volumus; stabiles tamen alioquin seruãtur, quo modo asperam quoq; arteriam [c] apertam cartilago tuetur; & palpebras distinctas seruat, ita vt pili non concidãt. Habet tandem cartilago vim [d] glutinis, qua ossa inter se agglutinat, veluti appendicem cum reliquo osse; implet enim foramina, quæ ibi sunt, & glutinis modo vnum cum altero iũctum cõtinet, id quod in pubis ossibus etiam deprehenditur. De firmitate etiam quam illis ligamẽtis addit, quæ cartilaginosa sunt, agemus cum ad ea transibimus: nunc enim substantia cartilaginis exponenda est, ad multiplicem vsum iam dictum maximè idonea. Est igitur hæc simplex, terrena, [e] & durissima [f] inter omnes partes corporis, vno excepto osse, ad cuius naturã proximè accedit; ab eo tamen differt, non solum quatenus minus dura est, sed quatenus solida, sine foraminibus, sine medulla; absumitur enim hæc in mollitiem cartilaginis. Quamuis autem dura sit, & idcircò stabilitatem præbeat partibus, quæ cum ipsa iungũtur; eatenus tamen mollis est, vt præstare valeat reliquos vsus necessarios. Præcipuè autem mollis [g] est, quæ finibus articulorum hæret, solis ligamentis astricta; at non æquè mollis est cartilago in qualibet ætate; sed tenera mollior; firma durior; senibus, in quibusdam particulis degenerat in os, veluti in superioribus costis, vbi extima superficies adhuc cartilaginosa est; intima iam transijt in naturam ossis. Caret cartilago neruis, [h] cum expers esse debeat sensus, & motus. Sed satis de cartilagine in vniuersum; de vnaquaque sigillatim maxima ex parte tractatum [i] est cum ossibus. Sed præter ossa, insunt cartilagines [k] palpebris, atque oculis; siquidem palpebris tam inferioribus, quam superioribus vtriusq; oculi singulis singulæ cartilagines adiunctæ sunt longæ, tenues, molles, quæ ad tarsum [l] terminantur, vnde pili oriuntur. Ad angulum internum vtriusq. oculi parua cartilago sita est, inuoluta membrana illa, quæ album oculi efficit, tecta ab inferiori parte à glandula collocata ad imum interni anguli oculi, cuius tunicis stabilitatẽ affert, & simul etiam humori ab ipso in nasum destillanti facilem aditum præbet. Ab eadem tunica tegitur altera cartilago, sita in priori parte oculi: incipit autem ab exteriori sede anguli interni, & obliq. fertur versus externum; figurata autem est vt quarta pars trochleæ, nam sinum habet similem illi, per quem in trochlea discurrit funis. Transit per sinum propositæ cartilaginis chorda illius musculi, qui oculum circumducit versus angulum internum. In naso et quinq. cartilagines reperiuntur; duæ nasi primoris acumen constituunt. Oriuntur autem ab imis ossibus ipsius, descendentesq. paulatim coalescunt. Tertia nascitur ab eo processu octaui ossis caluariæ, quod septum medium constituens diuidit nasum in longitudinem: est hæc ligamenti modo mollis, fertur autem deorsum sub illo processu in anteriora, dum coniungatur ad imum nasum cum priori parte cartilaginis iam dictæ, adijciatq. quod septo deest ex osse. A posteriori parte nectitur cum osse diuidente interna foramina nasi ad palatum spectantia; cum ternis propositis duæ aliæ iunguntur molliores, & neruosæ magis. Constituit vtraq; nasi foramen externum à suo latere, vtraq. item mouetur, nam cæteræ immobiles manent, nisi vbi harum motum sequuntur. Auricula quoq. cartilaginem [m] habet tenuem, ac mollem, sed quanto magis accedit ad caluariam, vnde initium sumit, tãto magis durescit; incipit autẽ a foramine auris. Continetur guttur [n] tribus cartilaginibus; prima & maxima à priori parte residet foris gibba, intus, sima, scuti modo, vnde θυρεοειδὴς, [o] quasi scutiformis, græcè nominatur. Exigit autem binos processus, a superiori parte vtrinq. vnũ, & totidem ab inferiori, scilicet vtrinque vnum. Secunda cartilago minor [p] est quam prima, sed maior tertia: spectat autem versus gulam, cum sita sit à posteriori parte; additq. quod [q] deest primæ ad integrum circulum efficiendum. Superficies eius anterior læuis est, sed posterior iuxta gulam linea quadam assurgit, quæ duos sinus conficit: supernè versus posteriorem partem duo exigit tubercula oblonga vtrinque vnum, quæ recipiuntur in sinibus tertiæ cartilaginis. Inferior eius pars versus gulam tenuis deprehenditur, repræsentatq. speciem anuli, quem Thraces sagittarij in dextro pollice gestant: habet enim processum latiorem qui prohibet quominus prior pars pollicis in attrahenda chorda arcus violetur: ab hac similitudine dicta est græcè χρικοειδὴς. [r] Tertia à similitudine oris vrcei vocata est ἀρυταινοειδὴς: [s] hæc quamuis simplex appareat, detracta tamẽ membrana, duplex deprehenditur in medio sinum habens læuem, & profundum, vbi secundę cartilaginis tuberculum recipitur. Basis ampla est, & ab anteriori parte longum processum exigit; ad basim rimam quandam efficit. Continetur & aspera arteria cartilaginosis circulis per ligamenta, & membranas inter se nexis: Sunt autem [t] figuratæ in speciem græcæ literæ, Σ, non integræ, nam sic impedimento fuissent ijs, quæ deuorantur; cum à priori parte asperæ arteriæ coniuncta sit gula.

Ad summã basim cordis substantia quædam [u] cartilaginosa est, vbi firmiter illigantur vasa, quæ aut in cor penetrant, aut ex corde egrediuntur.

E F G H

a Gal. li. 1. de vsu pa. c. 15. & 12. lib. de vsu part. c. 3. & lib. 16. de vsu part. c. 2.
b Gal. li. de vocal. Instr. dissect. c. 6. & lib. 7. de vsu par. c. 21.
c Gal. li. de vocal. Instr. dissect. c. 6.
d Gal. li. 11 de vsu par. c. 18.
e Gal. 1. de elem. c. 5.
f Gal. 7. li. de vsu par. c. 3.
g Ga. 12. li. de vsu par. c. 3. & lib. 16. de vsu par. c. 2.
h Gal. li. 16 de vsu par. c. 2
i Sup. ĩ plurib. capitib.
k Gal. li. de vocã. Instr. dissec. c. 6.
l Gal. li. 10. de vsu par. c. 7
m Gal. 1. li. de vsu par. c. 11. & li. 11. de vsu par. c. 12.
n Gal. li. de voc. Instr. dissect c. 4. & c. 6. & 7. de vsu par. c. 11.
o Ga. de vocal. Instru. diss. c. 4. & li. 7. de vsu par. c. 11.
p Gal. 7. li. de vsu par. c. 11.
q Gal. ibid.
r Gal li. de voc. Instr. diss. c. 4.
s Gal. ibid. & lib. 7. de vsu par. c. 11.
t Gal. li. 7. de vsu par. c. 3. & 7.
u Gal. lib. 4 de anato. admin. c. 1.

NO-

TABVLA. XVI.


I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII
X
XI
XII
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XVI. & XVII. inſcripti viſuntur, declaratio.

TABVLAE XVI. FIGVRAE OMNES ET TAB. XVII. FIG. I. II. III. IV.

Ex XXII. fig. ad pedis oſſa pertinentibus monſtrat

I Calcē dextrum à priori, & ſuperiori parte.
II Eundem à poſteriori, & ſuperiori.
III Eundem ab inferiori, & priori.
IV Eundem ab inferiori, & poſteriori.
V Talus à ſuperiori, ac priori parte.
VI Talus à ſuperiori, ac poſteriori parte.
VII Talus ab inferiori, ac priori.
VIII Talus ab inferiori, ac poſteriori.
IX Os ſcaphoides à ſuperiori, ac priori parte.
X Idem a ſuperiori, ac poſteriori.
XI Idem ab inferiori, ac priori.
XII Idem ab inferiori, ac poſteriori.
XIII Quatuor oſſa tarſi à parte priori.
XIV Eadem à poſteriori.
XV Eadem à ſuperiori.
XVI Eadem ab inferiori.
XVII Quatuor oſſa plantæ à ſuperiori, ac poſteriori parte.
XVIII Eadem ab inferiori, ac priori.

TABVLA XVII.

I Quinque digitos dextri pedis a parte inferiori ac poſteriori.
II Eoſdem a ſuperiori ac priori.
III Omnia oſſa dextri pedis a parte ſuperiori.
IV Eadem ab inferiori.

Literæ quæ pertinent ad XXII. figuras partim in XVI. partim in XVII. Tab. collocatas ſignificant

A Medium, quod in ſuperiori parte tali deſidet, lateribus vtrinque aſſurgē tibus.
B Sinus in interno latere tali ob ligamē tum cartilaginoſum vinciens tibiā cum talo.
C Sinus in externo latere tali excipiens ligamētum quo vincitur cum ſura.
D Poſterior pars tali aſpera ad nexum ligamentorum ipſum cum alijs oſſib. nectentium, & chordas muſculorū inde tranſeuntium.
E Ceruix à priori parte tali.
F Capitulum rotundum in ceruice tali, quod in os ſcaphoides inſeritur.
G Sinus in poſteriori ac inferiori parte tali ad excipiendum proceſſum ſuperioris partis calcis.
H Proceſſus a latere interno tali, qui in ſinum calcis inſeritur a priori, ac ſuperiori parte.
I Aſpera ſuperficies ab inferiori parte tali, vbi reſidet cartilaginoſum ligamentum quod cauum interiectū inter talum, & calcem implet, & duo hæc oſſa inter ſe alligat.
L Sinus a ſuperiori, ac priori parte calcis excipiens proceſſum a latere interno tali.
M Proceſſus calcis a ſuperiori ſimiliter ac priori parte, qui inſeritur in ſinū tali, a parte poſteriori, ac inferiori.
N Poſterior pars calcis ſuperne aſpera ad ligamenta excipienda, quæ talū cum tibia arctant.
O Sinus in prominentia poſteriori calcis ad validiſſimam chordam poſteriorem excipiendum.
P Ima pars calcis lata, atq; aſpera, qua ingredimur & vnde incipiūt muſculi ad mouendos digitos pedis.
Q Anterior pars calcis e regione minimi digiti quæ leuiter prominens recipitur in ſinu oſſis ciboidis.
R Latus internum calcis ſinuatū ad trāſitum neruorum, venarum, & arteriarum.
S Proceſſus à poſteriori atque interiori parte calcis, ad initium muſculi abducentis magnum digitum ab alijs.
T Sinus in externo latere calcis, vt cedat chordis, ſeptimi, & octaui muſculi pedem mouentis.
V Humilior pars in externo latere calcis ad initium muſculi paruum digitum abducentis ab alijs.
X Sinus in poſteriori parte ſcaphoidis ad excipiendum capitulum prioris partis tali.
Z Tres ſuperficies in anteriori parte oſſis ſcaphoidis, per quas cōmittitur cum trib. oſſib. tarſi.
α Superficies gibba, atque aſpera in ſuperiori parte oſſis ſcaphoidis ob ligamentum ualidiſſimum.
β Inferior ſuperficies ſcaphoidis aſpera ſimiliter ob ligamenta.
γ Sinus inferiori parte ſcaphoidis ubi inuoluitur chorda ſexti muſculi pe-

TABVLA XVII


II
I
VII
IIII
V
VI
III
VIII
VIIII
X
XI
XIII
XII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX

	dem mouentis.
	Numeri quatuor ossa tarsi ordine notant in 13. 14. 15. 16. Tab. 16. & in 3. & 4. Tab. 17.
	Numeri in 17. 18. Tab. 16. & in 3. & 4. Tab. 17. quatuor ossa plantæ.
	Numeri in 1. & 2. Tabu. 17. monstrant ordine ossa digitorum pedis.
δ	Sinus in inferiori parte ossis ciboidis vbi inuoluitur chorda septimi musculi pedem mouentis.
ε	Processus in inferiori parte ossis ciboidis iuxta calcem.
	Capitula in posteriori parte ossium plantæ quæ cum ossibus tarsi committuntur.
η	Processus in inferiori ac posteriori parte primi ossis plantæ, vbi finitur septimus musculus pedem mouens.
θ	Processus in externo latere secundi ossis plantæ cum quo nectitur chorda octaui musculi pedem mouẽtis.
ι	Capitula à priori parte ossium plantæ quæ inseruntur in sinus priorum ossium digitorum.
κ	Duo ossa sesamoidi iuxta primum articulum digitorum.

TAB. XVII. FIG. OMNES à V. ad XX.

SEdecim *figuræ posteriores Tabulæ huius 17. (incipiendo à 5. ad 20. vsque) cartilaginum picturam exhibent hoc ordine:*

V. A	Cartilago interiecta inter caput maxillæ, & sinum ossis temporum sursum spectans.
VI. a	Eadem deorsum spectans.
VII. a	Eadem in latus conuersa.
VIII	Cartilago, quæ auget sinum superioris capitis tibiæ a parte externa.
IX	Cartilago, quæ auget eundem sinum a parte interna.
X	Cartilago palpebræ.
XI	Vna ex cartilaginibus asperæ arteriæ.
XII	Cartilago, quæ in commissura iuguli cum acromio reperitur.
XIII	Cartilago commissuræ iuguli cum osse pectoris.
XIV	Prima cartilago gutturis a parte priori.
XV	Eadem a posteriori.
XVI	Secunda cartilago gutturis a parte posteriori.
XVII	Eadem a parte priori.
XVIII	Tertia cartilago gutturis a parte priori.
XIX	Eadem à parte posteriori.
XX	Epiglottis.

A

De Ligamentis. Cap. XI.

Ligamenta nunc sequuntur, quæ vocantur græcè σύνδεσμοι,[a] à munere alligandi,[b] quo prædita sunt; vocantur & à similitudine quam habent, cum substantia neruorum νεῦρα:[c] latini etiam[d] græcos imitati neruos dixerunt; nos vt ea à veris neruis distinguantur, vbique ligamẽta appellabimus. Horum præcipuus[e] vsus est, ossa inter se diuincire; & quæ immobilia manẽt vt ossa pubis; & quæ mouentur, vt iuncturas: alligantur illa arctius, hæc vero laxius, vt moueri possint,[f] non tamen elabi, nisi subita vis adhibeatur; Alligant & cartilagines, vel quæ ossibus hærentes eorum sinus augent, vel quæ cum alijs cartilaginibus nectuntur vt in gutture; retinent[g] etiam chordas in situ idoneo, neque aberrare patiuntur: easdemque inuoluunt, ac substratæ fulciunt; alligant præterea musculos cũ ossibus, & firmiores reddunt;[h] partim ipsos vestiendo, partim iisdem transmittendo ramulos quosdam; separant, & quibusdam locis inter se, vt internos ab externis, in magnis foraminibus ossium pubis: eatenus autem sentiendi, ac mouendi vim habent, quatenus cum musculis, & chordis inseruntur; cum per se expertia sint B neruorum, & idcirco[i] sensus, & motus: oriuntur enim ab ossibus,[k] vel à cartilaginibus. Ligamentorum substantia alba est, & dura, vincitque duritie chordas, quantum hæ neruos; eadem solida est, & foraminibus caret, & in fibras diduci potest, nisi vbi ligamenta dura sint, & cartilaginosa, quæ νευροχονδρώδη[l] græcè dicuntur, quemadmodum ad genu, ad vertebras, inter os sacrum, & coxam. Huiusmodi enim esse oportet, vt firmiora sint, & magis contineant, vbi aut validus motus[m] est, aut ossa grandiora sunt, duriora sunt; quæ extrinsecus articulum ambiunt, molliora, ne motum impediant; magis tamen mollia, quæ paruos articulos, quam quę magnos complectuntur. Forma ligamentorum varia est, alia enim teretia[n] sunt, cuiusmodi illud est, quod dentem secundæ vertebræ cum prima alligat; cuiusmodi etiam est, quod à sinu coxæ ortum capiti femoris inseritur; alia lata[o] sunt, & quasi membranæ, veluti quæ iuncturas ambiũt: quamuis etiam solida sint, nonnulla tamen perforata sunt, veluti quæ claudunt foramina ossium pubis; inde enim transeunt venæ, & arteriæ, ac veluti etiam quæ in manu, & pede, instar annuli chordis transitum præbent. Quod ad magnitudinem attinet, crassiora, & ampliora sunt quæ[p] grandioribus ossibus: tenuiora, & minus ampla, quæ minoribus adiunguntur. Numerus colligi potest ex numero partiũ ac functionum, quibus inseruiũt. Situs respondet vsui, quẽ præ C stare debent. Proferam nunc exempli gratia maxime præcipua totius corporis ligamẽta; sumpto initio ab humero; quem cum lato scapularum osse[q] nectunt tria propria ligamenta, præter membranam quæ communiter alligat membranas omnes, & propriè in hac incipit ab ambitu labtorum ceruicis scapulæ, circumdatque iũcturam vniuersam; inseritur primò in caput humeri, & propriè in extremum interni lateris ipsius; dein in totum latus externum, & tandẽ in ceruicem eiusdem; sed ex tribus ligamentis, quæ propriè esse diximus huius iuncturæ, prima duo[r] rotunda sunt, neruorum more, tertium aliquantisper latescit. Nascitur primum omnium ab extremo[s] processu interno scapulæ, & inseritur in internam, ac priorem capitis humeri partem, quam complectens, validissimè illigatur sinui ibi insculpto. Secundum ligamentum multò crassius est, oriturque[t] ab interiori parte ceruicis scapulæ, vbi capiti humeri subijcitur, & inseritur in totam internam partem maioris tuberculi humeri propè sinum, vnde trãsit externum initium primi musculi flectentis cubitum. Anterior verò pars huius secundi ligamenti nectitur posteriori parti primi; ambo autem simul transuersum ligamentum efficiunt, quod initium dicti musculi complectitur. Tertium ligamentum ex eodemmet loco incipit,[u] ex quo primum inde obliquum procedit, dum inseratur in totum tuberculum externum capitis humeri, circundans posteriorem partem huius iuncturæ; neque enim minus latum est, à fine, D quam ab initio. His tribus ligamentis, quæ non permittunt humerum vel in inferiorem, vel in exteriorem partem luxari, aliud accedit, quod ab interno processu scapulæ incipiens, in subliniorem eius processum inseritur, nullibi humerum attingens, quem prohibet in eam partem luxari; quo confert etiam neruosum initium primi musculi flectentis cubitum.

Eorum verò quæ duas primas vertebras, & inter se, & cum capite nectunt, hæc ratio est; primum,[x] ac validissimum circundat vniuersam iuncturam primæ vertebræ ceruicis cum capite. Secundum, quod rotundum est, validum, & cartilaginosum, oritur à summo processu dentiformi secundæ vertebræ ceruicis, illigaturque cum osse occipitii à priori parte propè foramẽ illud, per quod spinæ medulla descendit. Munus eius est, secundam vertebram cũ capite vincire; præterquam quod vnà cum processu dentiformi secundæ vertebræ lineam quandam acutam constituit, supra quam circumuoluitur caput. Tertium ab[y] vno latere ad alterum primæ vertebræ ceruicis transuersum procedens complectitur à posteriori parte processum dentiformem secundæ vertebræ; Est autem validum ex media substantia inter neruũ, & cartilaginem, collocaturque inter medullam spinæ, & processum dentiformem secundæ vertebræ, quem validè continet; cum caput in posteriora vehementer cõpellimus, prohibet ne ex suo loco exeat, & medullam non sine magno infortunio violet. Quartum tenue est, membranæ modo, veluti

commu-

a Gal. 1. lib. de motu musc. ca. 1; b Gale. lib. 12. de vsu par c. 2. & li. 1. de anatom. admi. c. 10.
c Gal. 3. de loc. aff. c 6. & Hipo. 3. de fractu. tex. 57.
d Cor. Cels lib. 8. c. 1.
e Gale. 1. de anat. adm. c. 10.
f Gal. 12. li. de vsu p. c. 2.
g Gal. 1. de anat. adm. c. 10.
h Gal. 1. de motu muscu. c.
i Gal. li. 12. de vsu partium capite. 3.
k Gal. 1. de vsu p. cap. 17.
l Gal. li. 1. de Pla. c 9. & 4. de Anatom. c. 2.
m Ga. 3. de vsu p. ca. 15.
n Gal. 1. de vsu p. c. 15.
o G ibidẽ.
p Gal. 1. de vsu p. c. 15. & 3. de vsu par. ca. 15.
q Ga. li. 13. de vsu p. c. 12.
r Gal. ibid.
s Gal ibid.
t Gal. ibid.
u Ga. ibid.
x Gal li. 12. de vsu p. c. 4.
y Gal. ibidem, & capit. 7. eiusdem libri.

a Gal. lib. 12. de vsu par. c. 7.

Communia ligamenta omnium iunctuarum; alligat [a] autem secundam vertebram ceruicis cum prima. Ossa pectoris vt multa, & varia sunt, ita multis, ac varijs ligamentis astringuntur; inter hæc, quæ costas alligant cum vertebris, similia illis sunt, quæ iuncturas communiter vinciunt; quamquam hac parte cartilaginis modo durescunt; præsertim quà primum cum vertebris costas nectunt, nam quà secundo idem faciunt, non ita dura sunt. Quà verò costæ cum ossibus pectoris committuntur, communi ligamento vinciuntur, membrana videlicet inuoluente, quæ ibi validior est, & aliquo modo duplex; neque aliud ligamentum requirunt, per quod cum cartilaginibus nectatur, cum in ipsas degenerent. E

b Paulo ante.
c Gal. lib. 13. de vsu par. c. 4.

Vertebræ præter duas primas, quas cum capite vinciri diximus, [b] suis quoque ligamentis nectuntur, [c] quæ igitur in ceruice sunt, cartilaginoso ligamento, quod medium intercedit, inter vnam, & alteram illigantur: illigantur etiam per alia ligamenta validissima; pingui humore illita, & vertebras vndique ambientia: hæc quamuis crassa, & valida vndique sint, maximè tamen talia se ostendunt à lateribus versus partem priorem, vbi vertebræ crassiores sunt. Nectunt ligamenta hæc vertebras omnes inter se, neque permittunt dorsum nimis distendi, aut flecti; nã sic violaretur vena caua, & arteria magna. Nectũtur etiam vertebræ alijs ligamentis tenuibus, quasi membranis, quæ complent spacia inter processus à lateribus superioris, & inferioris vertebræ; tum alijs per quæ posteriores processus inter se vinciuntur, & apud spinã crassescunt, atque inter se iuncta, ligamentum cartilaginosum componunt, per totam spinam. F Nectuntur item alijs tenuibus ligamentis, veluti membranis validis, quæ iuncturas complectũtur, & superiores processus cum inferioribus alligant; interiicitur præterea inter singulas vertebras aliud ligamentnm aliquantisper rubrum, sed validissimum, quod oritur ab interna parte foraminis illius vertebrarum, per quod medulla transit, apud radicem posteriorum processuum; & in sequentem vertebram eadem parte finitur, quod dicere possumus oriri a sublimiori vertebra, & in inferiorem finiri, vel ex contrario.

d Gal. 1. li. de Anato. adm. ca. 5. & 10.

Ex ligamentis cubiti, & manus, alia, [d] ossa inter se nectunt, alia muniunt subiecta corpora, & tamquam inuolucra musculos inuoluunt, alia complectuntur, ac nectunt chordas cum ossibus; ita vt non possint ex suo loco exire, etiam vbi magna uis adhibetur. Quæ muniunt, & prohibent ne chordæ suo loco elabantur, plurima sunt, & transuersa omnia. Vnum vero ipsorum occupat internam partem vniuersam, quatuor digitorum, cui aliud simile progreditur, vsque ad secundum os pollicis, & ferè vsque ad tertium. Aliud similiter progreditur transuersum à quarto osse primæ palmæ partis ad quintum: complectiturquè musculorum chordas ad digitos pertinentes: est autem latum, & validissimum; nullibique attingit radium, cubitum, aut ossa primæ palmæ partis. Ab exteriori regione primæ palmæ partis transuersa [e] etiam ligamẽta sunt, per quæ, quasi per annulos transeunt chordæ, quæ digitos extendunt. Ligamenta hæc omnia à superiori parte vnum dumtaxat apparent, cuius longitudo æquat latitudinem radii, & cubiti; sed si diligenter inspiciantur, sunt veluti sex annuli, prohibentes ne propositæ chordæ aberrent à finibus radij, per quas transeunt. Primum ex iis à cubito ad radium pertinens, tegit sinum communem vtriusque, per quem transit chorda musculi extendentis paruum digitum. Secundum situm est ab externo latere primi, sed nihil occupat ex cubito; præbet autem aditum chordæ quarti musculi mouentis manum super palmam. Tertium residet ab externo latere primi, & solum occupat latitudinem radii; præbetque aditum chordis extendentibus quatuor digitos. Quartum collocatum est à latere interno tertii, annulumque valde paruum constituit, per quem transit chorda, separans indicem digitum, & medium à pollice. Per quintum transit chorda bipartita manum extendens, & illa quæ iungit pollicem cum indice; quã quam interdum pollicis musculus proprium ligamentum obtinet, ita vt tunc non sex sint, sed septem. At per sextum transeunt tres chordæ, quarum prima illigatur illi ossi, quod in prima palmæ parte sustinet digitum pollicem: secunda primo ossi similiter pollicis, tertia secundo, & tertio eiusdem; sed interdum singulæ per singula ligamenta transeunt: præter hæc musculi à cubito ad manum valida [f] membrana inter se nectuntur, prohibenturque suo loco exire, & inter se confundi. Adsunt & alia ligamenta tenuia membranæ modo, similia iis, quæ communiter quamlibet iuncturam uinciunt; nectunt hæc ossa manus. Ex iis quæ digitorum ossa inter se iungunt, tenuiora [g] sunt, & solum articulum cõplectuntur; quæ ossa primæ palmæ partis cũ ossibus palmæ nectunt, ualidiora sunt, & ultra iuncturam pertinent. Quæ ossa palmæ inter se à lateribus uinciunt, cartilaginosa sunt, & non solum circundant, sed ossibus interiiciuntur. Quæ alligant ossa primæ palmæ partis similiter cartilaginosa sunt, & vndique circundant ossa. Quæ nectunt cubitum cum radio ad primam palmæ partem membranæ modo tenuia sunt, vt ligamentum iuncturarum, quamquam hæc crassiora fiunt, apud processum stiloidem, imò rotundũ per se in vtroque brachio ligamentum apparet, quod inferitur in os primæ palmæ partis è regione situm; vincit hoc solummodo propositam iuncturam.

e Gal. 1. li. de anat. ad min. ca. 5.

G

H

f Gal. li. 1. de anat. ad min. capit. 5.
g Gal. 1. de vsu p. c. 15.

Sunt autem ligamenta iungentia cubitum cum radio, tam propè iuncturam cubiti, quam manus, valida admodum, & vndique ossium capita complectuntur. Superest cartilago, quam diximus à radio natam, inter ipsum, & primam palmæ partem inferi; fungitur hęc munere ligamenti iungens radium cum prima palmæ parte. Ligamentum præterea quod implet

spacium

A ſpacium in longitudine inter radium,& cubitum,hęc oſſa inter ſe nectit,& muſculos externos ab internis diuidit;roburque addit quorundam muſculorum initiis.At ligamentum quod radium nectit cum externo tuberculo oſſis humeri,validum eſt,ſed mẽbranæ modo tenue,perinde ac ligamenta aliarum iuncturarum;valida ſimiliter ſunt, quæ cubitum cum humero coniungunt,nam commiſſura hæc licet aſtricta ſit, robuſtis etiam ligamentis vndique circundatur.Hactenus de ligamentis pertinentibus ad cubitum,& manum.

Reſtant ligamenta ad os ſacrum,coxam,femur,crus,pedem,pertinentia;ex quibus id quod coxam nectit cum oſſe ſacro,robuſtum eſt,& membranæ modo tenue,circumplectiturque iuncturam vniuerſam, a & inter vtrumque os,inſeritur craſſum,durum,& cartilaginoſum;efficit autem vnà cum cartilagine,quæ ibi ineſt,vt duo hæc oſſa inter ſe arctentur,non ſecus atque illa,quæ in pube ſunt.Vincitur etiam os ſacrum alio rotundo ligamento,quod inde oritur, vbi quintum ipſius os cum ſexto committitur, definitque in acutum proceſſum oſſis coxæ; tum aliud,quod ortum ab eodem latere ſacri oſſis,inſeritur in appendicem oſſis coxæ;hæc præter quam quod prædicta oſſa arctius aſtringunt, imum recti inteſtini vnà cum ſuis muſculis retinent.Adeſt & membrana in foramine oſſis pubis,non diſſimilis illi,quæ tibiam cum ſura in lõgitudinem alligat;diuidit autem muſculos externos ab internis.

a Gal. 2. li. de anat. ad min. c. 10.

B Præcipua vero ligamenta nectentia femur cum coxa,duo ſunt, primum quale in aliis quoq; commiſſuris cernimus,b complectitur commiſſuram vniuerſam,ſed longe validius eſt, & craſſius,quam in alia parte corporis;idque poſtulat totius corporis moles,quam ſuſtinet commiſſura hæc, nullibi tamen inhæret propoſitum ligamentum femoris capiti,aut oræ illius caui, quod in coxa eſt, neque ab ipſis oritur,ſed ceruicem vniuerſam femoris comprehendit,neque alibi ipſi innaſcitur,niſi iuxta maiorem proceſſum; innaſcitur & oſſi coxæ paulo ſupra orã dicti caui;eò enim ſpectauit natura,ut facilius moueretur caput femoris; c quod interdum ſuo loco elabitur; auget ligamentum propoſitum ſinum illum,in quo recipitur caput femoris,prohibetque ne facile dimoueatur ex ora caui,quamuis magno impetu moueamur.Secundum ligamentum ſitum eſt intus in commiſſura, d oriturque à medio capite femoris; vbi paruum ſoramen eſt,& finitur in medio cauo coxæ aliquantiſper verſus partem inferiorem;eſt autem rotundum,durum inter neruum,& cartilaginem; neque permittit femur in ſuperiorem partem dimoueri.

b Gal. 3. de Articu. cõ. 41. & 2. de anat. adm. capit. 10.

c Gal. 3. de vſu p. c. 15.

d Gal. 3. de Art. cõ. 41.

Genu præter commune ligamentum alia quoque obtinet,e admodum valida, quorum primum ſub poplite ſitum obtinet;incipit autem à medio poſterioris partis tibiæ,& rectà aſcendit duo capita proferens,quæ inſeruntur in duo tubercula femoris,quà maximè inter ſe diducuntur. Alterum reſidet f in medio commiſſuræ cartilaginoſum,naſcitur autem à proceſſu medio inter duos ſinus,quos cernimus in appendice tibiæ,inſeriturque in imam partem femoris, quà eius tubercula maximè inter ſe recedunt,iuxta id,quod proximè traditum eſt.Interdum huic accedit aliud lubricum,ac tenue,in medio genu à parte priori huius poſtremo relati, qđ pariter à tibia ad femur pertinet. Tertium,quod collocatum in externa parte genu, rotũdum eſt validum eſt;humiliorem partem habet ſub initio ſeptimi muſculi mouentis pedem: alligat autem tibiam,& ſuram cum femore . Quartum,quod à latere interno longe tenuius eſt,& mollius,quam ſecundum,(neque enim hac parte opus eſt robuſto ligamento) naſcitur ab interno latere femoris; progrediturque in latus externum,verſus partem priorem . Cæterum prior pars licet nullo proprio ligamento vinciatur, g patella tamen valide continetur,& chordis, quæ ipſam ambientes adeò arctant commiſſuram,vt non egeat aliquo proprio, vel communi ligamento.Habet & genu propriam cartilaginem paulo duriorem neruo, quæ ad eius commiſſuræ h firmitatem conducit.Ab oris prædictæ cartilaginis vndique naſcuntur quædam ligamenta,ipſam alligantia cum tibia,& femore.

e Gal. 3. li. vſu par. capit. 15.

C

f Gal. 2. de an. adm. capit. 10.

g Gal. 3 li. de vſu p. c. 15.

h Supra in Cap. antecedente.

Nectuntur etiam inter ſe tibia,& ſura ſupernè per validum ligamentum;i quod oſſa hæc ab D exteriori parte circundat;nectuntur & in longitudinẽ tenui, k & lato ligamento, quale illud eſt,quod cubitum cum radio alligat,habet autem fibras oblique à tibia ad ſuram tendentes. Hoc præterquam quòd tibiam cum ſura aſtringit,priores muſculos à poſterioribus ſeparat,& robur addit illis,qui inde incipiunt.

i Gal. 2. de anat. adm. c. 10.

k Gal ibid.

Ex ligamentis ad pedem attinẽtibus alia tranſuerſa ſunt,l quæ aditum præbent chordis aliquorum muſculorum;aliqua etiam conferunt ad oſſa pedis alliganda ; alia talum muniunt, & chordas aberrare m non ſinunt.Primũ ex tranſuerſis reſidet à priori parte pedis;nectitque tibiam,& ſuram,atque aditum præbet chordis quam pluribus ſub ipſo tranſeuntibus. Secundũ naſcitur ab interno malleolo,& in os calcis inſeritur;ſimiliterque oſſa inter ſe vincit;quamuis autem ſimplex videatur,triplex tamen eſt,tres annulos conſtituens,à quibus tegitur ſinus,per quem tranſit chorda;per eum enim qui propè calcem eſt,fertur chorda illius muſculi, qui flectit ſecundum articulum pollicis;per ſecundum,qui iuxta primum eſt,fertur chorda illius muſculi,qui flectit tertium articulum quatuor digitorum;per tertium tranſit chorda quinti muſculi mouentis pedem. Tertium ligamentum tranſuerſum pertinet à ſura ad calcem , vincitq; hæc duo oſſa inter ſe;ſed quà tegit duos ſinus ibi inſculptos,prohibet ne elebantur chordæ ſeptimi,& octaui muſculi pedem mouentis,cum per eos tranſeunt.

l Gal. 2. de anat. adm. capit. 10.

m Ga. 2. de anat. adm. cap. 20.

Reſident

Refident in inferiori parte digitorum pedis ligamenta quædam tranfuerfa, perinde atque in digitis manus;& præter hæc complura alia:primũ,quod latum ᵃ eft,aftringit tibiam,& furam cum talo,tum quatuor alia nectentia quatuor latera tali,cum totidem offibus,quæ cum ipfo committuntur:ex quibus quędam os vndique complectuntur,quædam inter offa inferuntur;nam primum ab exteriori latere tali incipiens,finitur in internam partem proceffus tibię, quæ duo offa inter fe vincit.Secundum fimile eft primi, & ab externo latere pariter refidet. Tertium,quod validum ᵇ eft,& cartilaginofum, incipit ab inferiori parte offis tali ad radicem fuæ ceruicis,qua iungitur cum offe calcis,in quod definit inter duo latera,per quæ committitur cum talo. Quartum oritur à radice ceruicis tali,& inferitur in fcaphoides,iunctu-ram vniuerfam c ambiens,& duo hæc offa inter fe aftringens:his quatuor aliud tenue ligamétum accedit,membranæ modo,quod commiffuram totam tali cum calce circundat;aliud prę terea validum,quod à ceruice offis tali tendit ad os cyboides: aliud item quod durum eft, & cartilaginofum, alligat calcem cum cyboide folam commiffuram amplectens. Nectuntur etiam offa in prima parte pedis,non fecus atque in prima palmæ,per quædam ligamenta dura,& cartilaginofa,quæ etiam ad fcaphoides pertinent. Habet præterea prima pars pedis ab imo validum,ac proprium ligamentum,quod non folum circundat offa, fed inter ipfa aftringitur,eademque arctè aftringit. At ligamenta tarfi,& digitorum pedis illis refpondent, quæ in manu. F

ᵃ Gal.2. de anat. adm. c. 10.

ᵇ Gal.2.de anat admi. c.10.

ᶜ Gal.2.de anat.admi. c.10.

Cæterum fectio ligamentorum facilis eft;quam aggredi potes, vel ftatim mufculis neglectis, vel ijfdem prius artificiosè fectis; vbi autem memoriter teneantur, nullo negocio fcalpello inuenientur. Sed magna ex parte inueniuntur in tractandis offibus, ad quæ nunc pergimus.

De ratione tractandi offa, & parandi fcheleti. Cap. XII.

QVæ hactenus expofita funt de offibus, cartilaginibus,ligamentis, recognofci debent in cadauerum fectione, quæ nobis propofita eft: qua autem ratione tractari poffint, vt fingula deprehendantur, nunc exponendum fupereft. Sunt, qui cadauer euifceratum, atque excarnificatum in arcam ligneam compluribus paruis foraminibus pertufam cum multa calce recondant; quam arcam fune ad ripam alligatam, in rapidum flumen demittunt, vbi vfque ad decimum diem maneat, vt inde exemptum cadauer cultris repurgent; relinquentes articulos fuis ligamentis aftrictos; quod deinde foli exponunt,vt æftu ligamenta ficcefcant,& articulos in fuo naturali fitu contineant. Hic apparatus fordidus,moleftus,ac difficilis eft,neque patefacit appendices, finus, proceffus, afperitates, cartilagines,ligamenta,& cætera quæ in offibus animaduertẽda propofuimus. Quamobrem alij humata cadauera effodiunt,quæ minimè fordida funt,fed eadem terra qua purgantur, ligamenta,cartilagines abfumuntur;neque fieri poteft,vt non perdãtur complura offa ex par-uulis,ita vt magis idonea fint cadauera,quæ ex fepulchris,in quæ pluuia penetrare poffit,poft aliquos annos extrahuntur:nam integra re ftant offa purgata, cum reliquæ partes putredine fuerint abfumptæ;fed cum duriora euaferint,non facile perforantur,vt filis inter fe nexa fchеletum componant;fic enim vocant compagem omnium offium inter fe iunctorum. G

Præftat igitur offa,cartilagines, ligamenta intueri recente cadauere, quod euifcerandum eft; & à cæteris partibus purgandum; ita vt fola relinquantur offa, cartilagines, ligamenta, quæ articulatim fecanda funt, atque infpicienda. Primò itaque capitis vertex in orbem ferra excidendus, vt eximi cerebrum poffit, dein maxilla à capite feparanda; caput à vertebris ceruicis, eæ ab illis,quæ in thorace funt,atque eæ rurfus à vertebris lumborum; eæ vero ab offe facro,tum fcapulæ ab humero,ac iugulo; cubitus,ac radius & inter fe, & ab humero,ac manu. Poft hæc coxarum offa & inter fe, & ab offibus femorum; hæc à tibia; fed tibia,& fura & inter fe,& à femore,ac pede feiungenda; relictis interim cartilaginibus, quibus obducuntur;nam aliæ quæ finibus inhærent, & folis ligamentis nectuntur, remoueri debent,ac certo ordine fuper afferem pofitæ afferuari; manus vero, & pedes prope ignem fufpendi diutius oportet,dum ficcefcant, fingulis eorum offibus naturalem fitum retinentibus: Refoluendum eft os coccygis,ab offe facro,ac fimiliter feruandum; cætera offa,quæ inter fe difiuncta funt,vt ad diuturnum tempus infpicienda feruentur,munda effici debent. H

Quamobrem conijcienda funt in magnum lebetem plenum aqua,ita vt tegantur: bulliat aqua hæc plures horas,vbi offa duriora funt;pauciores,vbi molliora,& magis tenera;tamdiu aũt ferueat,vt cultro feparari poffint aliæ partes,quæ ipfis inhærent; nã fi vlterius ferueat,appendices ab offibus refoluentur. Interim verò detrahẽda fpuma eft, & quod pingue fupernatat,auferẽdũ:offa,quæ fic ferbuerint, ,ieiecta priori aqua,altera rurfus pura, & calida abluẽda funt,& linteo detergenda,ac ficcãda:quo fiet,vt purgent,& munda reddantur.Poffunt quę fic munda funt,feiuncta feruari in arca longiori,vt liceat,vbi res poftulat, exquifitè vnumquodque perpendere. Si quis malit componere fcheletum,vt omnia fimul iuncta intueatur, fingula perforabit terebra,aut etiam fubula,cum tunc molliora fint, & filo inter fe nectet, vel fer-

rco,

A reo,vt grandiora;vel æneo,vt quæ magis minuta sunt ; quod filum, ne abrumpatur, igne prius molliet;cartilagines vero quas seruari iussimus,iterum in suam sedem collocandæ sunt, atque alligandæ,vt articuli finibus exquisitè respondeant . Paretur itaque lignea basis,in cuius me dio rotundum ferramentum defigatur,quod cadaueris longitudinem æquet ; hoc qua parte inferi in os sacrum debet,latius sit,& tenuius,ita vt in vertebras defigi,& ad spinæ figuram in flecti possit.His ita præparatis calx unius pedis super basim ponatur,vbi & cū tale & cū cæteris ossib.pedis concinnè iam dicto filo nectatur.Deinde cum pede tibia,ac sura; femur cum tibia,& patella cum vtroque; rursus cum femore coxa,atque hæc cum osse sacro, cui illigatum fuerit os coccygis;idem fieri debet in altero crure:Sacrum autem os defigi prius in iam dictum ferramentum debet,ac ne vltra os coxarum descendat,mora aliqua,vt clauo in ferramentum ibi perforatum defixo sustineri debet . Dein vertebræ lumborum,tum thoracis,postremò cer uicis ordine in ferramentum defigēdæ;quibus caput accedere debet cum maxilla alligatum . Ne circa ferramentum vertebræ , aut caput voluatur, sed cuncta immobilia maneant,ligneis cuneis demissis efficiendum:adijciendæ sunt costæ singulæ,cum suis cartilaginibus,& cum osse pectoris,atque inter se alligandæ;tum manus ossa,& inter se,& cum cubito,& radio nectē-da,sicuti cubitus,& radius cum humero;& humerus cum scapula:hæc cum iugulo,& costis il

B liganda,sic enim simul coniunguntur ossa omnia,& componetur σκέλετος;quod vbi opus sit,no bis singulorum ossium naturam patefacit.

De Membranis,fibris,carne,adipe,glandulis,cute. Cap. XIII.

EXpositis ossibus,cartilaginibus, ligamentis, ad membranas transibimus, quæ ligamentorum duritiem proximè sequuntur . Harum aliæ simplicibus [a] partibus annumerantur,aliæ compositis. Simplices sunt quæ tegunt,atquè inuoluunt;compositæ quæ constituunt viscera,vt gulam, ventriculum, intestina, vterum,vesicam;in quibus [b] membrana fibris distinguitur,& vtrisque substantia quædam veluti caro additur . At neque illæ quæ tegunt , atque inuoluunt,prorsus simplices sunt,cum membrana,quam carnosam appellant,vniuersum corpus ambiens,multis carnosis fibris augeatur; adeò autem in obæsis miscetur cum adipe , quæ interiecta est inter ipsam,& cutem,vt non satis perspici possit: apparet enim cum adipe quidam sanguis concretus, & veluti caruncula : per has fibras alligatur cum cute, & fortasse etiam naturales motus præstat. Aliæ magis simplices videntur;quamuis & ipsæ si diligenter inspiciantur,obscuras quasdam fibras, & venulas præseferunt . Simplicium membranarum substantia diuersa est ab ea,quam cernimus in alijs partibus simplicibus;nam ligamenta dila

C tata crassa sunt.& non sentiunt . [c] Contra membranæ tenues [d] sunt & sensu [e] præditæ; quæ autem fiunt ex chordis musculorum dilatatis mixtam substantiam habent ex neruo, & ligamento; Verè membrana [f] est peritoneum,quo quæ sub abdomine sita sunt,includuntur; verè etiam membrana est,quæ cauum thoracis ambit, & costas succingit,vnde succingens [g] nominatur. Huiusmodi est quæ περιόστεον græcè dicitur [h] quod ossa inuoluat. Forma vniuscuiusque talis est,qualem requirit multiformis pars,ad quam pertinet;ita vt non opus sit in vniuersum illam exponere. Facilè autem apparebit,cum aperientur multiformes , cum quibus etiam secabitur.

Fibræ verò fila sunt, quibus substantia multarum ex solidis partibus distinguitur; resident enim in ea,quasi [i] iunci in fiscella,nectunturque inter se membrana,adiuncta substantia qua dam carnosa;conferunt autem ad motum,quem partes præstant diuersum,pro diuerso fibrarum [k] ductu;nam rectæ recto,obliquæ obliquo,transuersæ transuerso motui præsunt:contra huntur autem versus sua initia,& ita secum contrahunt partem in qua versantur.Agemus igitur de ipsis non seorsum in vniuersum,sed vna cum singulis partibus multiformibus.

Caro quoque inter simplices , [l] ac communes partes censetur ; accipitur autem pro illa , quæ residet [m] in musculos;latius tamen patet id vocabulum, ita vt viscerum quoque substan

D tiam repræsentet; Quæ pertinet ad viscera,cum illis tractabitur , nam diuersa est pro diuersis visceribus,& ita spectat ad finem diuersum;sed caro musculorum vnà cū musculis aperietur.

Adeps pars simplex [n] est nostri corporis, facta [o] ex sanguine perfectè cocto,& à frigore concreto ad tegendum,& madefaciendum.Ea autem pars sanguinis perfectè cocta,ex qua fit adeps,tenuis [p] est, & olei similis;concrescit [q] hæc à frigore,& idcirco in partib. frigidioribus;nam vbi magnæ venæ sunt,aut arteriæ,non solet concrescere.

Ex glandulis,quāuis omnes molles sint,& laxæ,aliæ tamen duriores sunt,ac densiores, quē admodum illæ,quæ magis simplices sunt,& non præstant [r] aliquam actionem,sed vsum dū-taxat,quod fulciunt uenas,& arterias,qua parte in ramos diuiduntur;illæ vero, quæ aliquod officium faciunt,molliores sunt,& spongiæ modo raræ,veluti mammæ, [f] quæ lac efficiunt,& testes,qui semen;molliores etiam sunt,quæ humorem aliquem seruant ad madefaciendum,ve luti quæ in ore,ac faucibus versantur . Forma vniuscuiusque apparebit , cum partes multiformes aperientur.

a Ga. li. de anat. adm. c.7.
b Ga. ibid.
c G.12 lib. de vsu pa. c.3.
d G. lib.4. de vsu p.c. 9.
e G. li.16. de vsu pa. c.2.
f Gal. li.6. de anat. ad mi. c.7.
g Ga. 7. de anat. adm. c.2.
h Gal li.7. de ana. ad mi. c.2.
i G.5. li. de an. adm. c. 4.
k Gal.3. de nat. fac. ca. 8.
l Gal. 1. de elem. c.6.
m Ga.3 de alim. facu. c.5. & 2. de fractu. cō. 68.
n Ga.1. de elem. ca.6.
o Arist. li. 2. de Part. an. ca.6. & 4. l. de Par. c.3.
p Arist. ibi. & G. li.16. de vsu p.2.
q G. li.1. de tem. ca. 9.
r Ga. 16. de vsu pa. c.2. & li.14. me th. c.11.
f G. 14 me th. cap 11. & 16. de vsu p. c 2. de sem. c.6.

Cutis restat ex partibus simplicibus, [a] & communibus totius corporis: huius munus triplex esse constat: Tegit enim quæ [b] sub ea includuntur omnia; & ab externis iniurijs defendit, quod suæ substantiæ crassitudine commodè præstat; præbet aditum & acri, qui in corpus attrahitur, & iis quæ ex [c] tertia coctione redundantia detrudenda sunt, quem aditum præbent crebra foramina quibus distinguitur. Vt autem sit instrumentum [d] tactus, qui toto corpore fusus, omnes nimios caloris, frigoris, & aliarum rerum quæ tractantur, appulsus sentire possit, dati sunt ei ramuli neruorum à subiecta membrana cum qua connectitur & per eos, & per venas à quibus nutritur: nam arteriæ ad ipsam non transeunt, cum per foramina iam dicta, idoneo perspiratu fruatur; & quantum sufficit spiritus vitalis accipiat ab illis arteriis, quæ per membranam discurrunt. Aptissima igitur est compositio cutis ad ea officia præstanda, ad quæ fuit efficta. Summa autem eius pars ἐπιδερμίς, [e] quasi supra cutem græcè nominatur, quæ tenuis pellicula est, quasi flos cutis, & sensu caret, ne ea quæ sub tactum cadunt, sensum protinus feriant, sed per hanc interiectam: Separatur autem hæc à cute, per tenuissimum scalpellum, duabus lineis leniter ad angulum ductis iam diuisæ cutis, vel excitata vesica ex aquæ calidæ perfusione, aut ex flamma adhibita; per quam lanii quoque solent pelliculam in suibus à crassiori cute subiecta remouere. At cutis à subiecto corpore scalpello separatur, quam separationem Herophilus δαρσίν [f] nominauit: nam & cutis græcè vocatur δέρμα, ἀπὸ τοῦ δέρεσθαι; [g] quod scilicet detrahatur. Demittitur [h] scalpellus acutus, ita alte, vt inuiolatis partibus subiectis cutim vniuersam penetret, quo diuiditur in figuram literæ, X, dein angulus hamo prehenditur, vt cutis à subiecto corpore resoluatur. Vbi autem insignis eius pars resoluta est, posito hamulo, sinistræ manus digitis prehendi debet; scalpelloque transuersis lineis ductis, à subiectis partibus separari, summa cura [i] ne violentur.

E ... F

a Gal. 1. li. de elem. c. 6.
b Gal. 3. de alim. facu. c. 33. & li. de caus. mor. ca. 6. & 8. lib. de vsu p. ca 1.
c G. lib. de caus. mor. c. 6.
d Ga. li. de têper. c. 9.
e Gal. 2. 6. epid com. 30. & 3. meth. c. 4.
f Gal. li. 3. de ana. ca. 2.
g Gal. li. 2. de vsu p. c. 6.
h Gal. 3. de anat. c. 2.
i Gal. 3. de anat. adm. c. 2.

Finis Secundi Libri Anatomes.

A

VIDI VIDII DE ANATOME

B

Liber Tertius:

QVI EST DE NERVIS, VENIS, ET ARTERIIS.

De Neruis in uniuersum. Cap. I.

C T. 18 figur. 1.

CVM de simplicium partium sectione primum tractandum esse statuerimus, [a] persecuti in superiori libro ossa, cartilagines, ligamenta, mẽbranas, fibras, carnem, adipem, glandulas, cutem, ad neruos aggredimur: Sunt autem corpora q̃dam alba, solida, [b] teretia, & canales, per quos spiritus animales à cerebro singulis corporis partib. distribuuntur, qui cum & sensus, [c] & motus voluntarij vim, impertiant, vt in sequẽtib. libris patebit cum agemus de Cerebro & neruis: duplex neruorũ munus existimari põt; quod vel sentiendi vim dũtaxat impertiũt, vel etiã mouendi: alij. n. ad sensum [d] dũtaxat referũtur, veluti qui ad visũ, gustatũ, auditũ, qui ad tactũ cutis, aut ventriculi pertinent; alij non solũ sentiendi, sed ẽt mouendi facultatẽ afferunt, veluti qui ad musculos feruntur; qui simul cũ facultate mouendi, motu voluntario, impertiunt etiam vim sentiendi sensu tactus. Substantia neruorũ similis [e] est illius partis, vnde oriuntur, cerebri videlicet, & medullæ spinæ. Qui oriuntur à cerebro, cerebri substantiã repręsentant, [f] coactã, ac densiorẽ; qui oriuntur à medulla spinæ, similiter substantiã densã, & coactã, concrescit. n. frigore, & in neruos degenerat; sicut autẽ cerebrũ mollius est, quã medulla; ita nerui qui à cerebro oriũtur, molliores [g] sunt, quã illi qui à medulla. Ex ijs qui à cerebro proficiscũtur, molliores sunt qui à priori [h] parte, quã qui à posteriori; ex ijs qui à medulla, molliores sũt qui à superiori, quã qui ab inferiori. Oẽs autẽ siue a cerebro, siue a medulla ducantur, quanto breuiores

D sunt, tantò molliores; quanto [i] longiores sunt, & magis recedunt à sua origine, tãto duriores euadunt; præsertim vbi attingũt partes siccas, veluti ossa. Nerui molles [k] ad sẽsum accõmodantur, cũ facilius admittãt species obiectorũ; duri ad motũ, cũ validiores sint; circũdãtur aũt duplici [l] tunica, & tenui, & dura; qua inuoluti tã à cerebro, quã a medulla deriuantur. Quãobrẽ triplex [m] substantia in neruo se ostendit: interna, quæ mollis est, & nerui propria; media, quæ ad tenuem mẽbranã refertur, neq; valde mollis, aut dura est; & externa, quæ dura est; quæ substantiæ minus distinctæ conspiciuntur in ramis minutis: si neruũ transuersum præcidas, videbitur interna eius substantia ex [n] fibris, seu filis cõposita; solida tamen, ac sine foraminib. manifestis; [o] nã nerui, qui videndi facultatẽ præbent, substantiam magis habent raram, quã perforatã. Figura oĩum teres [p] est. Magnitudo respondet magnitudini partiũ quib. distribuuntur; præsertim illorũ, qui motui inseruiũt; nã qui sensui, non solũ proportione magnitudinis partiũ distribuuntur, sed etiam pro facultate sẽtiendi magis, [q] vel minus exquisita: vbi opus fuit acriori sensu, impertiti sunt nerui crassiores, vt oculis, ori vẽtriculi; vbi minori, exiles, vt viscerib. Qđ attinet ad numerũ [r] neruorũ; octo paria oriũtur a cerebro, triginta [s] a medulla; quãuis possint plura videri, ob initia, q̃ interdũ nõ simplicia sũt, sed multiplicia: definire tñ neruorũ numerũ oportet, nõ ex foraminib. ossiũ, vnde exeũt, cũ ex eodẽ plures egredi possint, veluti ex secũdo in osse sphenoide, vnde constat prodire secundũ par vna cũ aliqua portione tertij, sed ex du-

a Supra li. 1 c. vlt.
b Gal. 1. li. de Plac. c. 9
c G. li. 1. de Plac. c. 9.
d G. de Arte Med. ca. 11.
e Gal. li. 9. de vsu pa. cap. 14.
f Ga. ibid.
g Ga. ibid. & 9. de vsu p c. 6.
h Gal. li. artis medic. c. 11.
i G 7. li. de vsu p. c. 14.
K Ga. li. 16. de usu p. c. 2. & l 7. de Pla. c. 5. & 9 de vsu p. c. 6.
l Ga. lib. de forma fœtus c. 5.
m Ga. li. 7. de Pla. c. 3.
n Gal. lib.
o G. 15. de vsu pa. c. 1. & 1. de Pl. cap. 9.
p Ga. lib. 1. de Pl. c. 9.
q Ga. li. de Inst. odor. c. 2. & li. 5. de vsu p. c. 9.
r Ga. li. de dissect. neruor.
s Gal. 7 de Pl. c 8.

ra membrana,qua inuoluuntur;nam qui eadem inuoluuntur,sub vno,& eodem comprehendi E
debent;qui diuersa,sub pluribus,ac diuersis:Colligitur hinc neruorum initium,quod alii oriū tur a cerebro, [a] alii à medulla,neque enim à corde, [b] aut dura membrana producuntur, vt nonnulli voluerunt,quemadmodum suo loco ostendemus;sed à qua parte cerebri, & medullæ quilibet neruus oriatur,cui parti,& quo itinere distribuatur,apparebit, vbi singulos persequemur,ad quos iam accedimus.

De Neruis qui à cerebro oriuntur. Cap. II.

A cerebro igitur nerui oriuntur octo à dextra,totidem à sinistra parte, & idcircò octo paria nominantur;quamquam tertium par triplex & quintum duplex deprehenditur; ita vt plura numerari possint,quibus addunt instrumenta olfactus,qui neruos esse illa [c] existimāt: sed cum magis sint processus [d] quidam cerebri,quam nerui;(neq; enim neruorum modo ex caluaria,aut dura membrana exeunt) cumque rami tertio,& quinto pari proximi, ad tertiū, & quintum par referantur,omnes ad octo,paria reducentur:primum, & secundū par oritur à basi cerebri anteriori, reliqua sex ad principiū medullæ cerebri priusq̃ ex caluaria prodeat.

Primum igitur par neruorum oritur à priori [e] parte cerebri ad basim,vnde † illi emanāt, qui sunt instrumenta olfactus.Est autē vterq; hic neruus & mollissimus, [f] & crassissimus,etiā si conferatur [g] cum reliquis neruis totius corporis:nam siqui in brachio,aut crure crassiores sunt,non simplices sunt,sed coagmentati ex pluribus.Porrò substantia adeò mollis est,vt si astringatur,reddat materiam cerebro non dissimilē.Fertur vterq; obliq; introrsum supra sinū F
vbi residet glandula,pituitam cerebri excipiens;sicq; dexter in sinistrā,sinister in dextrā partem inclinat,ita vt in vnum [h] coeant,& quadratū quoddā corpus,*a*,efficiant; sed paulo post rursus diducuntur,& dexter ad dextrum,sinister ad sinistrum oculum tendit per foramen ossis cuneiformis; atq; ita in basim [i] oculi inseritur,neque in plures ramos deriuatur, sed latescens,atq; extenuatus conuertitur in telam,quæ quia retis formam refert,ἀμφιβληστροειδὴς [k] græcè nominatur;adeo autem mollis est,vt si simul cogatur,cerebri substātiā repræsentet: amplectitur [l] hæc dimidiam partem,posteriorem videlicet vitrei humoris.Huiusmodi igitur est natura primi paris neruorum cerebri,qui quamuis πόροι ὀπτικοί [m] à veterib.nominentur; quia.n. oculū attingunt,habent [n] foramen manifestum;non tn̄ ad originē præseferunt ēt substantiā, quā mollē esse diximus,adeo rarā,vt facile per ipsam penetrare possit spirituū [o] multitudo.

Secundū par nascitur à laterib.basis anterioris cerebri,propè originē [p] primi: hoc si cum primo conferatur,valde tenue est;est etiam durum,cum non pertineat ad sensum,sed ad motum.Exit ex cerebro per foramen in osse sphenoide insculptū,propè [q] illud,vnde primū par exire diximus,sed magis versus inferiorem,atq; exteriorē partem ; atq; in oculi cauū iunctus cum primo pari descendit.Quò cū primū peruenit,ramulū profert,qui supra primū par ascē G
dens fertur ad eum musculū,qui palpebrā attollit & ad eū,qui rectā oculū in superiorem partem adducit;quo ramulo producto,tendens sub primo pari aliū ramū nō exiguum profert,qui diuiditur in musculum adducentem recta oculum ad angulū internū,atq; alium similiter non obscurū,qui primò in duas,& tandē in complures fibras diuisus,pertinet ad musculū illū , qui oculū rectà adducit ad partē inferiorē;tertiū prætereà insignem,qui distribuitur musculo circūducenti oculū uersus angulū exteriorē;postremò aliquas fibras tenues, quæ iunctæ cū primo pari,distribuuntur exteriorib. oculi mēbranis;ita vt secundū par nō pertineat ad oēs musculos oculū mouentes,sed tantum ad quatuor,& prætereà ad illum, qui palpebram attollit, non tamen ad musculum temporis.

Tertiū par ad mediā propè cerebri basim,vtrinq; à laterib.sellæ à plurib.radicib. [r] proficiscitur,& molliorib.& duriorib.quæ tamen simul coeunt,& eodem duræ membranæ inuolucro tectæ à cerebro discedunt, ita vt vnum [s] vtrinque neruum efficiant. Hic cum primum ex dura membrana,excedit, in tres partes distribuitur : harum prima, *a*, in priorem partem procedens ex caluaria exit statim per idem foramen ossis sphenoidis,per quod secundum par exire diximus in oculi cauū;ibi autem nexa cum neruis,& arterijs, in duos ramos diuiditur ; horum qui maior est, & crassior, supra neruum secūdi paris ad sublimiorē oculi partē procedit inter H
mēbranā os tegentē,& adipē musculorū oculi;alter vergit ad exteriorē oculi angulū,& ad supercilium, [t] ac frontē ascendit interdū os perforans,alter ad interiorē,iuxtà quē exit, perforans aliquando ipsum os ad musculū,qui oculū claudit,& in frontē distribuitur.At minor ramus inter primū,& secundū ramū secūdi paris sub eo musculo,qui sursū oculū adducit,& sub eo,qui palpebrā attollit,quasi trāsuersus procedit ad angulū oculi internū,in itinere ramulos impertiens velamento nerui primi paris,& duræ tunicæ oculi;quo cū peruenit iūctus cū arteria profecta ex caluaria,vnā cū neruo primi paris,& vena,quæ ab eiusdē anguli exteriorib. venis,in cauū oculi subit,diuiditur similiter in duos ramulos,qui per paruula foramina in caluariā penetrat,ad durā mēbranā,qua parte foramina sūt octaui ossis cribri mō perforati;ea siqdem membrana eiusmodi neruo prædita partim per parua foramina , partim per suturam ad narium [u] causa descendit,& eorū tunica efficitur.Secunda pars ex plurib.fibris cōposita,grādiorq; per foramē ea de cā insculptū in osse sphenoide,sub foramine, per q̃ exire secundū par diximus,ex caluaria egreditur,membranisq́ue obducta,atq; adipe , fertur in partem priorem

da

a Ga li.de dissec.ner. c.1. & li.9. de vsu p.c. 6. & c.14.
b Arist. li. 3 de histo. an.c.5.Ga. 6. aphorū. com.50.
c Valuerda lib.7.c.2.
d Ga.li. de Instr.olfactus.
e Gal.li.de dissect.neruor. c.2 & li.9 de vsu p.c.8
f Gal.li.de dissect.neruor.c 2.
g Ga.li. 16 de vsu p.c. 3.
h Gal.l.10. de vsu p.c. 14.
i Gal.li.de dissect.neruor.c.2.
k Gal.li.8. de vsu p.c. 6.
l Gal.li.de diss. neru. c.2.
m Gal.10. de vsu p.c. 12.
n Gal. 7.l. de placit. c.4.
o Gal.li.16. de vsu pa. c.3.
p Gal. lib. de diss.neruor.c.3.
q Ga.ibid.
r Gal li.de neru. diss. c.4.
s Gal ibid.
t Gal.li.9. de vsu p.c. 15.
u Gal.li.9. de vsu p.c. 16.

T.18.figu.2.3 4.& T. 19.fig. 1.2.

A ad cauum oculi per rimam.quæ in eo ſe oſtendit inter os ſphenoides,& quartum malarum,vn
de plures ramulos transfert ad muſculum [a] temporis,paruulique retis modo dilatata excipit a Ga lib.9.
exiles arterias aſcendentes,quæ in palatum,cauum narium,malas,ac muſculos,qui iuxta sũt, de vſu p.c.
diuidũtur:impertit etiam inde tenuiſſimos quoſdam ramulos oculo,in cuius cauum penetrat, 13.
ex dicta rima exiens;tectaque inferiori parte caui ab illo oſſe duplici,quod ſuturam reperſen
tat,neruum vnum impertit partibus inferiorem oculum amplectentibus,atque deinde alium,
qui verſus angulum exteriorem tendens,perforato oſſe deſcendit in cauum illud,quod in ter-
tio oſſe malarum latet,& per membranã, quà illud obuoluitur tranſiens,iunctus cum arteria
tenuiſſima,reuertitur verſus angulum oculi internum,& in nares penetrat perforatas, ibique
partim in [b] internam ipſarum membranam diuiditur,partim fertur ad radices dentium prio b Gal. lib.
ris partis,quibus ramulis ita deriuatis,exit ex oculo vnà cum arteria per foramen, quod ad in 9.de vſu p.
feriorem oculi marginem continetur ad muſculos,δ,faciei;tertia pars craſſior adhuc, & poſte c.16.
rior,quam aliæ duæ iã expoſitæ,ex caluaria egreditur,per foramen quod in extremo oſſe ſphe
noide verſus poſteriorem,atque exteriorem partem continetur,amplum inter illud per quod
proximè diximus egredi ſecũdam partem; & illud paruum,per quod minor ramus arteriæ ca
rotidis in caluariam aſcẽdit:cum primum autem ex caluaria prodijt,multis membranis obuo
B lutus in plures ramos diuiditur.Horum primus,ε,per temporum muſculum deſcendit [c] ver- c Gal. li.9.
ſus partem priorem,& muſculo abdito in ore plures fibras impertit, & in latere temporis in- de vſu p.c.
terdum,σ,chorda,α,perforata,interdum non perforata ad faciem peruenit,vbi muſculis buc- 13.
carum [d] ramulos diſtribuit;adeo autem nectitur cum ſecundo eas mouente, & cute innata, vt
ſeparari minimè poſſit;deinde in gingiuas,extremum palatum,glãdulaſque ibi collocatas di d Gal. li.9.
uiditur.Secundus,ζ,ramus ab eodem loco à quo primus deriuatur,æque craſſus, eidem tempo de vſu p.c.
ris muſculo illigatus,quo perforato ad maxillæ articulum [e] ibi cum ligamento iungitur,de- 15.
ſcenditque ad priorem partem muſculi maſſiteris externi,vbi diuiſus,tãdem in eiuſdem chor e Gal.li.de
dam deſinit.Tertius , η, ramus non minoris magnitudinis fertur per priorem partem muſcu- neru.diſſe.
li,abditi in ore,retiſquè modo dilatatus complectitur venam,& arteriam ibi ſitam, atq; vnà c.5.
cum ipſis progreditur per poſteriorem,& ſuperiorem partem commiſſuræ maxillæ ad anterio
rem radicem auris, vbi in multos ramulos diuiditur diſtributos muſculo temporis, [f] atq; au
riculæ imę præſertim.Quartus,θ,ramus maior eſt,deſcendit autem per exteriorem partem mu f Gal.li.de
ſculi in ore abditi,vnde neruulum tenuem,ſed longum transfert ad Quintum maxillæ muſcu- neru.diſſe.
lum,qui os aperit:& ad illos qui ſub mento ſiti partim ad os hyoides,partim ad linguam per- c.5.
C tinent.Sed cum ad maxillæ foramen internum peruenit:per ipſam ingreſſus radicibus [g] infe
riorum dentium diſtribuitur,ita tamen vt vna particula per exterius maxillæ foramen à prio- g Gal.9. li.
ri parte egrediatur ad muſculos, labium,& cutem ibi collocatam . Quintus, ι, ramus paulo de vſu p.c.
minor quarto,fertur per muſculos in ore abditos à latere ad inferiorem linguæ partem , & ibi 15.& li. de
in dimidium linguæ vſque ad ſummũ diuiditur.Præter quinq; ramos, quos à tertia parte ner- neru. diſs.
ui tertii paris deriuari diximus,tres,aut quatuor alii ramuli oriuntur, qui in muſculos deſi- c 5.
nunt in ore latentes : complectitur hæc tertia pars tertii paris neruum illum , quem veteres
quarto pari tribuerunt.

Quartum par illud ponẽdũ videtur,quod pro minori radice quinti paris numerari ſolet; in
cipit autem propè initium medullæ ſpinæ,à media planè baſi [h] cerebri,non molle,vt tertiũ h Gal. li.9.
par,ſed durius, [i] & nonnihil ſub cerebro procedit vtrinque à latere verſus priorem partem, de vſu pa.
atq; inter ſecundũ,ac tertium par dura membrana obducitur,& aliquando ſolum , aliquando c.9.
iunctum cũ parua arteria per foramen ſecundi paris in cauum oculi ſubit,vbi in illum muſculũ i G.lib.de
diuiditur,qui rectà oculum adducit ad angulum externum,neq; vllum euidentem ramũ tranſ neru. diſſ.
fert vel ad muſculum temporis,vel ad eum qui eſt abditus in ore. c.5.& li.9.
de vſu p.c.

Quintum par oritur à medio ſpacio inter exitum medullæ ex caluaria,& eius initium:inci- 9.
D pit autẽ à multis [k] ramulis partim duris partim mollib.ex mollib.ſimul coeuntibus fit neruus
vnus,λ,mollis;ex duris alter,qui durior eſt,κ,ſed ambo ſimul coeũtes,& dura mẽbrana inuolu- k Gal.li.de
ti tendunt in foramen [l] illud oſſis tẽporũ,quod in proceſſu eius lapidis duritiẽ referẽte à prio- neru. diſſ.
ri parte in interna caluaria conſpicitur; terminatur id foramen in ſinũ paruũ;in quo à priori cap.6.
parte paruulũ foramen deprehẽditur,per quod ingreditur vnus ex dictis neruis, durior. ſ, vbi l G.lib de
per os illud lapidis modo durũ,quaſi per canaliculũ progreditur verſus partẽ cerebri anterio ner.diſ.c.6
rem;in itinere aũt comitẽ adiũgit arteriã,quæ in canaliculũ ea de cauſa perforatũ ingreditur: & li.9.de
deriuatur hæc ab ea,quæ in durã membranã diuiditur;vbi aũt aliquãtiſper progreſſus eſt ver vſu p.c.10.
ſus partẽ priorẽ,reflectitur unà cũ arteria per canaliculũ verſus partẽ poſteriorẽ, adeò obliq;
vt verſus inferiorẽ ſimul,atq; exteriorẽ partem ducatur,ſicq; in primũ ſinũ illius oſſis deſcen
dit,vbi per canaliculũ perforatum arteria vnũ ramulũ impertit mẽbranæ,ac reliquis particu-
lis in eo primo ſinu cõtẽtis . Inde neruus adhuc integer cũ arteria canaliculo incluſus,vlterius
progreditur verſus partẽ poſteriorẽ per proceſſum maſtoidẽ,vnde arteria ſeiungitur, quæ re-
dit in caluariã per paruulum foramen ſitũ in parte poſteriori eiuſdẽ duri proceſſus, in quam
ingreſſa erat per aliud ſimiliter paruulũ,ſed à priori parte collocatũ.At neruus idẽ adhuc ma
nens ex oſſe tandem prodit per foramen ſitũ in imo oſſe temporum , inter maſtoidem proceſ-

ſum,& radicẽ ſtiloidis;ſtatim autem atque egreſſus eſt per partes quæ maſtoidi proceſſui in- E
naſcũtur,ſub radicem auris fertur ad partem priorem,dum ad maxillam pertineat, vbi in mul
tos ramos ſeparatur:horum vnus,qui infimus eſt,per maxillam procedens diuiditur in muſcu
a Gal. lib. de ner.diſ. c.6.
lum maſſiterem,& in alterum latum, [a] ac membranam carnoiam referentem,qui primus po-
nitur in ijs,qui faciem mouent.Alter qui medium locum occupat,tenuis admodum glandulis,
ac membranis diſtribuitur iuxta auriculæ radicem collocatis.Tertius,qui maior,& ſublimior
eſt tam primo,quam ſecundo in imam auriculã vndiq; diſtribuitur.Sed præter hos tres ramos,
præbet cum ex oſſis foramine egreditur tenuiſſimas fibras muſculo,qui maxillam deorſum ad
ducit,& os aperit à proceſſu ſtiloide orto,tũ tertio oſſis hyoidis,qui ſimiliter à proceſſu ſtiloi-
de proficiſcitur.At neruus quinti paris,quem molliorem eſſe diximus,cum ad extremum præ
dicti ſinus vnà cum duro peruenit,ſeiungitur ab eo,qui in paruulas fibras diductus, per fora-
mina quæ in intimo eo ſinu vix perſpici poſſunt fertur ad ſecundum,& tertium ex illis ſinibus,
qui in eodem duro oſſe ſiti ſunt,ibique deſinit.

b Gale. de neru.diſſectio.c.7.& 9 de vſu p. c.11.

Sextum [b] par paulo magis verſus inferiorem,ac poſteriorem partem initium ſumit à fibris
compluribus quæ ſimul iunguntur,non tamen adeò coeunt,vt vnum omnino efficiant,ſed ſem
per duo diſtincti deprehenduntur,qui ſimul iuncti,atque eodem duræ mẽbranæ inuolucro te- F
cti ex eodẽ foramine ex caluaria egrediũtur,ita vt vtrinq; neruus ſexti paris,quamuis vnus po
natur,cõſtet tñ ex duob.& ita egreditur per furamẽ ex caluaria,quod cõiter pertinet ad os tẽ
porũ,atq; occipitij. Sed cũ primũ egreſſus eſt ex duob. neruis,quib. continetur,minor, μ, qui
magis vergit ad partẽ priorẽ,recta deorſum tendit ad muſculos linguæ,ac faucium;atq;ad par
tes in ore collocatas:maior,qui ſpectat magis ad partem poſteriorem, ſtatim ramum præbet
vtrinque ſeptimo pari muſculorum dorſi;tum deorſum pergens alium,ν, transfert ad eos mu-
ſculos gutturis proprios,qui ſupernè incipientes deorſum feruntur:præbet item fauciũ muſcu
lis duos ramos ξ,& aliquando plures,quorum qui magis inſignis eſt,fertur ad muſculum illũ,
qui à gula ad guttur pertinet.Quod ſupereſt ex hoc neruo ſub vena iugulari,& arteria caroti-
de deſcendit ad initium caui thoracis,vbi ac ſi bipartitus eſſet,inſignem radicem, ο, transfert
ad interiorem ſedem radicis primæ coſtæ thoracis,& ſub membrana coſtas ſuccingentem; in
de per radices reliquarum coſtarum procedens miſcetur cum aliquibus ramulis neruorũ, qui
à medullæ ſpina orti feruntur ad ſpacia media inter coſtas:ſtatim autem vbi grãdis hic ramus
c G. lib.9. de vſu pa. c.11.
exit ex ſepto tranſuerſo,diuiditur in [c] partes alimento inſeruientes,vt mox ſubijciemus.Pau
lò infra grandem ramum iam dictum,naſcuntur à neruo ſexti paris aliqui ramuli,ϖ,qui ferun
tur ad octauum muſculum caput mouentem,ortum ab oſſe pectoris, & iugulo, & deſinentem G
in proceſſum maſtoidem:ijdem ramuli feruntur ad muſculum mouentem os hyoides, & ad il-
lum,qui ab oſſe hyoides natus tendit ad primam cartilaginem gutturis.His ramulis ita produ
ctis ingreditur in cauum thoracis,vbi neruus dextri lateris verſus interiorem partem interdũ
duos,interdum tres ramulos profert,vnum ſub altero, qui in vnum coeunt, ρ, Tranſit hic ſub
arteria [d] quæ ad dextrum brachium fertur, vnde ſurſum reuertitur innexus dextro lateri
aſperæ arteriæ,membranam,quæ tendit vſque ad dextrum latus gutturis, inhæretque glan-
dulæ dextri lateris gutturis,vndè in multos ramulos,σ,deriuatur,qui ſex muſculis gutturis à
d G. lib.7. de vſu p.c. 14.& li.16. de vſu p.c. 4.
ſuo latere [e] diſtribuuntur,quatuor ſcilicet illis,qui ſecundam cartilaginem ad tertiam addu
cunt,& eatenus guttur aperiunt,& duobus illis,qui tertiam cartilaginem adducũt ad primã,
ita vt guttur claudant;namque hi ſex muſculi infernè incipientes ſurſum feruntur, & idcircò
e Ga.locis citatis.
recurrentibus neruis egent,qui quod voci inſeruiant,vocales à [f] Galeno dicuntur. At neruus
f Gal.1.de loc.aff capit.6.
ſiniſtri lateris vbi ingreſſus eſt in cauum thoracis,ſimiliter deſcendens verſus partem interio-
rem interdum tres, interdum duos profert ramos, τ, vnum ſub altero,qui ſub arteria, quæ ex
corde deſcendit,ſtatim in vnum coeunt;hic circa [g] eam reuolutus,reuertitur ſurſum per mẽ
branam innixus ſiniſtro lateri aſperæ arteriæ,diuiditurque in eoſdem muſculos gutturis à ſini
g G lib.7. de vſu pa. 14.& li.16. de vſu pa. c.4.
ſtro latere,in quos dextrum à dextro diuidi oſtendimus. [h] Appellantur ambo quà ſurſum re H
uertuntur ad muſculos claudentes [i] guttur,nerui recurrentes: ſed poſt deriuationem neruo
rum recurrentium dexter neruus ſexti paris ramum,υ,profert,qui cum neruulo profecto à ple
xu eiuſdem ſexti paris iunctus, ſub arteriamque aſcendens fertur ad baſim cordis,vbi in ner-
h Paulo ante.
uoſum plexum deſinit Siniſter ſimiliter ramum,υ,profert,qui reflexus circa venam arterialem
ad neruoſum plexum ſub baſi cordis nexum terminatur. Verũ vbi tam dexter,quam ſiniſter
i G. loc citatis & li. 7.de vſu p. c.15.
neruus iuxta pulmonis radicem tranſeunt,multos ramulos,φ,impertiunt tum pulmonis inuo-
lucro,tum aſperæ arteriæ,& vniuerſæ ſubſtantiæ pulmonis.Reliqua portio vtriuſque nerui,tã
à dextro latere,quam à ſiniſtro deſcendit gulæ per laxiorem membranam illigata,cui aliquot
ramulos,χ,impertit,inde vtraque in duos ramos,ψ,diuiditur,qui ita obliquè feruntur,vt dex-
tri ad dextrum,ſiniſtri ad ſiniſtrum latus pertineant.

Quatuor hi rami vnà cum gula perforant ſeptum tranſuerſum , cui nullum ramum imper-
tiunt,ſed plures ramos proferunt,qui primò ventriculi os intexunt,dein priorẽ,ω,ac poſterio-
rem,A,ventriculi partem cõplectuntur;ab illis autẽ qui pertinent ad partẽ poſteriorẽ oris vẽ
triculi proficiſcitur ramus,B,vnus,ſiue ex ſimplici,ſiue ex duplici cõpoſitus,q ad neruoſũ ple-
xũ meſenterij terminatur ad primã vertebrã lũborũ.Ab illis verò q dextrũ latus oris vẽtricu-
li con-

A Ii cōtexunt,grādior ramus, C,deriuatur,qui ad inferius vētriculi ostiū progreditur,interim ramos aliquot distribuens,& priori,& posteriori parti ventriculi.Idē, D,sub inferiori ostio venę portæ inhærens,ad iecinoris cauum progreditur,& in eius inuolucrū diuiditur.Restant ex sexto pari neruorum exponendi rami,E,illi grandes,quos iunctos neruis [a] à medulla spinæ deductis pertinere ad radices,F,costarum,& media ipsarum spacia,ac per septum transuersum transeuntes partibus alimento inseruientibus distribui diximus [b]. Ergo vbi vna cum magna arteria ex septo transuerso egrediuntur;dexter,G,ternas profert propagines,quarum prima ,H,inferiori membranæ omenti iungitur, & per ipsam descēdens in aliquot ramos deriuatur, qui distribuuntur dextræ parti, I, eiusdem membranæ, & colo intestino, quod ab ea,quasi à mesenterio comprehenditur:eorum etiam tenuissimus ramus, L, impertitur primo intestino, quod duodenum appellant,& initio ieiuni;tum alius,M, longè crassior ad membranam superiorem omenti pertinet. Reliqua portio, N, primæ propaginis iam dictæ in iecinoris cauum, & fellis vesicam diuiditur. Secunda propago, O, in dextrum renē,& pingue eius inuolucrum inseritur.Tertia,P,propago grandior vtraque iam dicta ad primam vertebram lumborum descendens dextræ parti mesenterij, & intestinis ibi alligatis impertitur. Sub prædicta triplici propagine,quod reliquum est grandioris rami dextri lateris ex septo transuerso descenden-
B tis vesicæ,Q,& vtero etiam in fœminis impertitur.Siniiter ramus,R,grandior eodem ferè modo ac dexter distribuitur;transfert enim propaginem, S,ad inferiorem omenti membranam, quæ antequam ad lienem pertineat, duos impertit surculos,qui similiter distribuuntur inferiori membranæ omenti,& colo intestino qua ventriculum attingit; impertit & ramos, T,ventriculi fundo à latere sinistro,& superiori membranæ omenti; inde & prima propago,*,in lienem,V,se inserit,tenues quosdam ramos ventriculi fundo impertiens. Secunda propago, X, ramos distribuit mesenterio, & intestinis sui lateris. Tertia, Y, tendit ad renem sinistrum. Quod reliquum est ex hoc sinistro ramo grandiori ad sinistrum vesicæ,Z, atq. vteri latus progreditur: cæterum ab illis propaginibus, quæ ad mesenterium pertinent,ramuli interni cum venis,& arterijs seminis materiam deferentibus,ad testiculos deferuntur.Cæterum membrana qua sextum par inuoluitur,cum ex caluariæ foramine egreditur,fibras,8, aliquot eius nerui accipiens siue obscuras,siue manifestas,in substantiam quandam,∞ ,ibi degenerat duram, neruosamq. [c] licet carnis colorem præseferat. Habet substantia hæc figuram oleæ, & interdum simplex,interdum duplex ab vtroque latere deprehenditur;finitur autem in neruū,qui per ceruicem descendens,cum ramulis iungitur neruorum,qui à primo,secūdo,quarto,quinto,& sexto pari; vel primo,secundo,quinto,sexto, & septimo medullæ vertebrarum ceruicis deriuantur,ita vt plexum quendam efficiat in vtroque latere ceruicis,& nouam aliam substātiam quasi ex neruo concreto similiter [d] oleæ figuram referentem aliquibus locis producat.
C Ab hoc plexu feruntur ramuli, ჯ, plures,ad basim cordis,& vnus, ☿, vtrinque sæpe ad septum transuersum,qui deinde augetur à quarto,& quinto pari neruorum ceruicis. Ab eodem plexu oritur neruus, ♂,ille,qui descēdens per thoracem iuxta radices costarum ad mesenterij initia pergit, quem neruum Vesalius [e] incipere ait ab alio neruo transmisso ad primam thoracis vertebram à magno neruo sexti paris per iugulum descendente.

a Gal. li. de dissect. neruorum ca. 10.
b Sup. Paulo ante & Gal. lib. 16. de vsu par. c. 5
c Gale. 16. lib. de vsu par. c. 5.
d Gal. li. 16 de vsu par. c. 5
e Vesa. lib. 4. c. 9.

Septimum par,vt durius [f] est,ita ex duriori parte oritur;ex medulla enim paulo superius quam ex caluaria exeat,incipit à multis initijs inter se disiunctis, quæ deinde vtrinque in vnū neruum conuertuntur;egreditur hic per foramen ossis occipitij,quod ad eius basim situm est, inter illud,vnde exire sextum par neruorum diximus,& aliud,quod maximum est , vnde spinæ medulla descendit; vbi ex caluaria prodit ramulos, ♈, profert, ad partes, quæ iuxta processum stiloidem sunt,& ad neruum sexti paris sui lateris, cum quo iunctus procedit ad radicem linguæ,ad quam cum peruenit,minorem sui partem distribuit per musculos, [g] qui ad ipsam,atque os hyoides pertinent;maiorem [h] linguæ,in qua tota consumitur in plures fibras, quarum aliquæ miscentur cum fibris quinti rami,qui à tertia parte tertij paris neruorū profectus in linguam diuiditur.

f Gal. lib. 9 de vsu par. c. 12.
g Gal. li. de neruo. diss. c. 8.
h Gal. li. 9. de vsu par. c. 12.

D Octauū par neruorum numerant nonnulli [i] illud,quod ab alijs [k] pro tenuiori radice tertij paris ponitur; oritur autem tenui admodum initio à basi illorum cerebri processuum , qui clunis figuram repræsentat, vnde ad latus basis cerebri progrediens fertur ad partem anteriorem,dura membrana tectum,& propriè ad eam regionem,vbi ex ambitu duræ membranę excedunt secundum,tertium, & quartum par: proficiscitur ergo dura membrana tectum ad foramen quinti paris,per quod penetrat in cauum oculi,& in musculum illum diuiditur,qui in angulo oculi interno collocatus oculum circumducit versus angulum internum.

i Falop. li. de anato. obseru.
k Vuesal. libr. 4. cap. 6. & Valu. li. 7. c. 2.

NO-

E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XVIII. & XIX. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XVIII. FIG. I.

P*Ræſens figura monſtrat neruos totius corporis in hunc modum:*

Caput oſtendit neruos, qui inde oriuntur.

Dextrum latus monſtrat neruos, qui à medulla ſpinæ orti per dextrum corporis latus diſtribuuntur.

Siniſtrum latus monſtrat diſtributionem neruorum, qui à ſexto, & ſeptimo pari cerebri in ipſum diuiduntur.

Qui neruus proprie, ad quam partem feratur in ſequentibus figuris declaratur.

TAB. XVIII. FIG. II. III. IV. & TAB. XIX. FIG. I. II.

Q*Vinque ſequentes fig. (2. ſcilicet 3. & 4. Tab. xviij. & 1. ac 2. Tabul xix) monſtrant neruos à cerebro emanantes.*

Tabul. 18.

II Antequam ex dura membrana prodeant.

III Poſtquam prodierunt.

IV Eorundem progreſſum extra caluariam.

Tabul. 19.

I Sexti, & ſeptimi paris diuiſionem per inferiorem corporis partem.

II Neruos recurrentes.

Numeri 1.2.3.4.5.6.7.8. in tribus prioribus figuris monſtrãt ordine octo paria neruorum cerebri.

† In iiſdem monſtrat inſtrumenta olfactus.

α In ſecunda & tertia figura monſtrat quadratũ corpus ex concurſu neruorum primi paris.

In ſecunda figura proprie notat:

3. Primam partem tertij paris.

3.. Secundam partem tertij paris.

3... Tertiam partem tertii paris.

* Duos ramulos, qui à radice medullæ orti augent ſextum par.

TAB. XVIII. FIG. III.

M*Onſtrat hæc tertia figura neruos à cerebro emanantes ſtatim ex dura mẽbrana egreſſos, qui numeris ſuis ordine notantur, proprie autem tertium par diuiditur in tres partes.*

α Prima pars tertii paris.

β Secunda pars.

γ Tertia pars.

TAB. XVIII. FIG. IV.

M*Onſtrat hæc quarta figura neruos à cerebro emanantes, & iam ex caluaria egreſſos.*

Numeri monſtrant ordine vnumquodq; par.

δ Ramuli, qui à ſecunda parte tertij paris pertinent ad muſculos faciei.

ε Primus ramulus qui à tertia parte tertij paris pertinet ad muſculos temporum. F

ζ Secũdus ramus, qui à tertia parte tertij paris fertur ad externum muſculum maſſiterem.

Γ Cerebrum.

∞ Plexus neruorum ſexti paris in ceruice oleam referens.

η Tertius ramus tertiæ partis tertij paris, tendens ad internum muſculum maſſiterem.

θ Quartus ramus tertiæ partis tertij paris qui per internũ maſſiterem fertur ad maxillam & dentes. G

ι Quintus ramus tertiæ partis tertij paris tendens ad linguam.

κ Anterior ramus quinti paris audiendi vim præbens.

λ Poſterior, ac durior ramus quinti paris, qui extra fertur ad radicem proceſſus maſtoidis.

μ Ramus, qui à ſexto pari fertur ad muſculos linguæ, ac faucium.

ν Ramus, qui à ſexto pari fertur ad muſculos gutturis ſupernè deorſum tendentes.

TAB. XIX. FIG. I.

H*Æc figura monſtrat diuiſionem ſexti, & ſeptimi paris neruorum cerebri in partes capiti ſubiectas.* H

λ Sextum par neruorum cerebri.

μ Septimum par.

ν Ramus qui à ſexto pari deſcendit ad muſculos gutturis.

ξ Ramuli qui a ſexto pari tendunt ad muſculos faucium.

ο Inſignis ramus ad interiorem ſedem radicis primæ coſtæ thoracis, & ſub membranam coſtas ſuccingẽtẽ procedens.

ϖ Ramuli, qui a ramo ſexti paris feruntur

TABVLA . XVIII.

tur ad octauum musculum mouentem caput.

ρ Neruus recurrens dextri lateris.

σ Ramuli à recurrentibus neruis ad musculos gutturis.

τ Sinister neruus recurrens.

υ Ramus, qui à sexto pari fertur ad basim cordis.

φ Ramuli, qui in pulmonem diuidũtur.

χ Ramuli qui à sexto pari neruorum impertiuntur gulæ.

ψ Diuisio dextri ac sinistri nerui sexti paris in duos ramos ad os ventriculi tendentes.

ω Nerui qui priorem partem ventriculi amplexantur.

A Nerui ad posteriorem ventriculi partem tendentes.

B Ramus, qui à neruis posteriorem ventriculi partem occupantibus fertur ad plexum neruorum mesenterij, ad primam lumborum vertebram.

C Ramus, qui ad inferius os ventriculi pertinet.

D Ramus qui ad iecinoris cauum progrediens in eius inuolucrum diuiditur.

E Grandiores rami ex neruis sexti paris, qui iuncti cum neruis à spinæ medulla ortis inseruntur ad radices costarum.

F Rami, qui ad radices costarum pertinent.

G Dexter grandis ramus.

H Prima propago grandioris rami, quæ inferiori membranæ omenti iungitur.

I Ramulus, qui à nuper dicta propagine pertinet ad dextrum latus inferioris membranæ omenti & colum intestinum.

L Ramulus, qui ad duodenum intestinũ, & initium ieiuni progreditur.

M Crassior ramus, qui ad superiorem omenti membranam procedit.

N Portio primæ propaginis iam dictæ, quæ in cauum iecinoris, & vesicam fellis diuiditur.

O Secunda propago dextri grandioris rami nuper dicti, quę in dextrum renem, & pingue eius inuolucrum distribuitur.

P Tertia propago quæ ad primam vertebram lumborum descẽdens, dextræ parti mesenterij, & intestini ibi alligatis impertitur.

Q Rami à dextro grandiori ramo ad vterum, & vesicam tendentes. E

R Sinister grandis ramus.

* Prima propago sinistri trunci.

S Ramus ad inferiorem omẽti membranam, & colum intestinum qua ventriculum subit, pertinens.

T Ramus ad sinistrum latus fundi ventriculi & ad superiorem omenti membranam procedens.

V Rami ad lienem tendentes.

X Secunda propago quæ ramos impertit mesenterio, & intestinis sui lateris.

Y Tertia propago, ad sinistrum renem progrediens. F

Z Rami ad sinistrum vesicæ, & vteri latus tendentes.

υ Fibræ quæ à neruo sexti paris profectæ desinunt in membranam ipsum ambientem.

∞ Dura, ac neruosa substantia oleam referens.

℞ Ramulus ab olea ad basim cordis procedens.

♈ Ramulus ab olea pertinẽs ad septum transuersum.

ϖ Neruus ab eadem olea iuxta costarũ radices descendens ad initia mesenterij.

♍ Ramuli à septimo pari neruorum cerebri tendentes ad partes iuxta processum stiloidem. G

TAB. XIX. FIG. II.

M*Onstrat hæc figura neruos recurrentes.*

Γ Guttur.

Δ Truncus sexti paris neruorum cerebri.

Θ Arteria carotidis.

Κ Nerui recurrentes.

Λ Aspera arteria.

Ξ Portio magnæ arteriæ dextrum brachium petentis.

Π Rami asperæ arteriæ. H

Σ Truncus magnæ arteriæ ascendentis.

G Ramus magnæ arteriæ sinistrum brachium petentis.

Ψ Principium magnæ arteriæ cum duobus ramis, quos vocant coronarias arterias.

Φ Initium recurrentium neruorum.

Ω Truncus magnæ arteriæ descendentis.


TABVLA. XIX.
I
II

De medulla ſpinæ, & neruis qui ab ea deriuantur. *Cap. III.*

T.20.figu.1. & Ta. 21. fig. 1.

a Gal li. 12 de vſu par. c. 15. b Gal. li. 12 de vſu par. c. 15. c Gal. li. 8. de vſu par. c 4. d Gal. li. 12 de vſu par. c. 15. e Gal. li. 13 de vſu par. c. 8. f Gal. lib. 1 de mot. muſcul. c. 1. g Gal. 3. de alim. facul. c. 10. h Gal. li. 13 de vſu par. c. 8 i Gal. ibid. k Gal. li. 13. de vſu par. cap. 8 l Gal. li. de oſſib. c. 8. m Sup. lib. 2. c. 4. n Gal. lib. 7 de Plac. c. 8. o Gal. li. de neru. diſſe. c. vlt. p Gal. li. de neru. diſſe. c. 11.

ENarratis neruis qui à cerebro oriuntur, proximum eſt vt ad eos pergamus, qui deriuantur à medulla ſpinæ, poſtquam ex caluaria exceſſit; natura enim hanc creauit, vt neruos [a] impertiret reliquis partibus neruum à cerebro non obtinentibus, nam neceſſe eſſet aut neruis carere, & idcircò expertes eſſe ſenſus, & motus; aut neruos accipere à cerebro, qui cum partibus compluribus graciles diſtribui debeant, iter minimè [b] tutum feciſſent; quamobrem opus fuit neruorum initio propinquiore, cuiuſmodi eſt medulla ſpinæ, quæ plurimum [c] differt ab ea, quæ in oſſibus continetur, ad alendum, ſiue madefaciendum deſtinata; nam hæc humidior eſt, & pinguior, ſine conſortio cum neruis, ſine venis, aut arterijs inſignibus, ſine inuolucro. At medulla ſpinæ non ad madefaciendum, aut alendum ſed ad neruos [d] producendos inſtituta eſt, propter quos maximum habet conſortium cum muſculis. Tegitur membranis: [e] venarum, & arteriarum non exilium eſt particeps; ſubſtantiam habet non adipi, ſed cerebro ſimilem; [f] paulo tamen duriorem: quanto autem [g] magis deſcendit, tanto durior eſt; & duriores neruos profert. Membranæ, [h] quibus tegitur, ſunt illę duæ, quæ cerebrum inuoluunt; vna interna tenuis vaſa continens, altera externa durior; quibus inuoluta ex caluaria progreditur. Tantum hoc eſt diſcriminis, quod hæ duæ membranæ in cerebro medium ſpacium relinquunt; per quod arteriæ mouentur: in medulla, vbi [i] non eſt eiuſmodi motus, ſimul iungũtur: ſed præter has duas, tegitur extrinſecus medulla, tertia [k] membrana valida, neruoſa, ac dura; vt defendatur, neque abrumpi poſſit, cum motis vertebris plurimum flectitur; ea non eget cerebrum, quod caluariæ oſſa, quibus includitur, non moueantur, quemadmodum vertebræ, quibus medulla continetur. Progreditur medulla, cum exit, *a*, ex caluaria, ſimplex per vertebras ceruicis, vſque ad dimidium thoracis; vbi in plures fibras, quaſi in chordas diuiditur, quarum ſingulæ ex foraminibus, inter vertebras exeuntes vertuntur in neruos duriores, donec ad finem oſſis ſacri, peruentum fuerit; vbi minor [l] reddita deſinit. Neque enim verum [m] eſt, medullam aliarum vertebrarum tantò minorem eſſe, quanto magis deſcendit; cum ad illas partes vnde magni nerui oriuntur, veluti ad vltimas vertebras *b*, ceruicis, & ad vertebras lumborum *c*, craſſior fit, quam ad ſuperiores, aut ad inferiores. Sũt autem neruorum paria quæ à medulla oriuntur, triginta, [n] cum ſeptem deriuentur à vertebris ceruicis, duodecim ab ijs quæ in thorace, quinque ab ijs quæ in lumbis, ſex ab oſſe ſacro: ſcire tamen licet, vbi os ſacrum ex quinque oſſibus conſtat; non ſex, ſed quinque paria produci ab ea medulla, quæ in eo continetur: præterea quinque vltima paria duplicia [o] eſſe, cum partim à priori parte, partim à poſteriori vtrinque prodeant. Hæc de medulla in vniuerſum, F nunc ſigillatim perpendendi ſunt nerui, qui ab ea proferuntur; ſumpto initio à ceruice, vnde ſeptem paria oriri diximus; quorum primum, & ſecundum a duplici [p] initio incipit, nam ſi à ſimplici inciperet, cum craſſius eſſet, læderetur a commiſſura vertebrarum & maiori foramine imbecillius os redderet primarum duarum vertebrarum quod tenuius fuit: hæc vt natura vitaret, tam primo, quam ſecundo pari neruorum ceruicis, duplex vtrinque initium effinxit, vnum à priori parte, alterum a poſteriori: vbique autem dextri nerui ad dextram partem, ſiniſtri ad ſiniſtram feruntur, quod perpetuo accipiendum eſt, niſi eorum ductum alio modo pro poſuerimus. G

q Gal. li. de diſſ. neruo. c. 11.

Primum igitur par neruorum exit ex [q] foramine inſculpto in oſſe occipitij, & primæ vertebræ, duplici initio, & vtroque tenui, vno a priori, *a*, parte, altero a poſteriori. *b*, Poſterius initium muſculo diſtribuitur, qui a tranſuerſo proceſſu primæ vertebræ, & aliquarum ſequentiũ ortus ſcapulam attollit. Anterius quod gracilius eſt, ita vt non ſemper appareat, iuxta latus teretis ligamenti dentiformem proceſſum ſecundæ vertebræ aſtringentis, in muſculos fertur, qui a priori vertebrarum ſede incipiunt; & primum par numerantur in dorſum mouentibus.

r Gal. li. de neru. diſſe. c. 12. s Gal. li. de neru. diſſe. c. 12. t Gal. li. de neru. diſſe. c. 12. u Gal. li. de neru. diſſe. c. 12.

Secundum par exit a medulla inter [r] primam, & ſecundam vertebram, ſimiliter duplici initio; huius quod poſterius eſt, *d*, licet gracile ſit, craſſius tamen eſt, quam quod anterius, educiturq. per latera [s] ſpinæ ſecundæ vertebræ; vbi in duplicem ramum inæqualem diuiditur; H huius qui craſſior eſt, a priori parte ad poſteriorem, *e*, tendit, qua inter ſe coeunt muſculi, vtrinque ceruicis partem poſteriorem occupantes; ibique mixtus [t] cum tertij paris neruorum ramo, maior redditur; & per medium dictorum muſculorum procedens, rurſus verſus anteriorem partem reuertitur, atque ad caput, *f*, aſcendit [u] vbi in multos ramos deriuatur, ad capitis cutem. Tenuior, *g*, impertitur initijs tertij, & quinti paris muſculorum mouentium caput. Anterius vero initium, *h*, ſecundi paris à lateribus exit inter primam, & ſecundam vertebram, tendenſque ad latera radicis illius proceſſus, quem dentiformem ſecunda vertebra exigit, ad primum par muſculorum caput mouentium fertur.

x Gal. li. de neru. diſſe. c. 13.

Tertium par, *i*, ex communi foramine [x] ſecundæ, & tertiæ vertebræ à medulla emanat; ſtatimq. in duos ramos diuiditur, quorum poſterior, *l*, retrorſum flectitur, ac inter muſculos ceruicem extendentes, hoc eſt inter ſeptimum, & octauum par muſculorum dorſi: deinde ſub ſecundo pari muſculorum mouentium caput abditus, ad ſecundæ vertebræ ſpinam progreditur;

A tur;inde à coitu mufculorum pofteriorem ceruicis partem occupantium prodiens, fertur per latera ceruicis ad mufculum,qui ex carnofa membrana conftitutus,buccas [a] mouet. Prior ramus, *m*, in quatuor partes diducitur; quarum prima,*n*, primo, & fecundo mufculo ex dorfum mouentibus diftribuitur.Secunda,*o*,decliuis procedit ad quartum par neruorum ceruicis;vbi cum eius ramulo mixta in prædictos mufculos finitur.Tertia,*p*,furfum procedit,iungiturque cum ramo pofterioris initij fecundi paris ad cutem verticis pertinente. Quarta,*q*,impertitur mufculis,qui tranfuerfis vertebrarum proceffibus nexi ceruicem in latera mouent, & illi, qui à tranfuerfis proceffibus ceruicis ortus,fcapulam mouet.

a Gal. ibid.

Quartum par egreditur à medulla inter [b] tertiam, & quartam vertebram, & perinde ac tertium in duos ramos diducitur,quorum pofterior,*r*,procedit verfus fpinam fub mufculis ibi exiftentibus; quibus aliquot ramos impertit, vnde inter mufculos vtriufque lateris ceruicis defcendens,fertur ad mufculum [c] latum,ac tenuem,qui buccam mouet,& maxillam. Prior ramus, *s*,in tres diuiditur,primus,*t*,coniungitur cum ramo ex tertio pari,qui diftribuitur mufculis fub afpera arteria collum flectentibus.Secundus,*u*,fertur ad mufculos,qui vertebrarum lateribus inhærentes,ceruicem in latera mouent,& ad illum,qui à tranfuerfis proceffibus ver
B tebrarum ceruicis ortus,fcapulam attollit.Tertius,*x*,longe tenuior defcendit, & coniunctus cum ramo quinti paris fertur ad feptum tranfuerfum.

b Gal. li. de diffe. neru. c. 14.

c Gal. ibid.

Quintum par à medulla egreditur inter [d] quartam & quintam vertebram; & perinde ac tertium,& quartum in duos ramos diuiditur;quorum pofterior, *y*, torquetur verfus fpinam, & eodem modo diftribuitur,ac pofterior ramus quarti paris. Sed prior, *z*, ramus quinti paris, ftatim ramulum vnum, *α*, impertit mufculis flectētibus collum:deinde alterum,*β*,profert,qui cum ramo quarti,fexti,& feptimi paris mixtus,craffiorque effectus in [e] feptum tranfuerfum diftribuitur.Idem prior ramus quinti paris,deinde aliquot ramos,*γ*,impertit mufculis fcapulam attollentibus;& vnum,*δ*,etiam cuti fuperiectæ mufculo brachium attollenti:reliqua pars ,*ε*,prioris rami fub mufculo brachium attollente abdita,ftatim vbi peruenit ad ceruicem fcapulæ,in duos inæquales ramos diuiditur. Prior, *ζ*, procedit fub commiffura humeri cum fcapula; [f] ramulumque impertit illi parti mufculi attollentis brachium,quæ incipit à iugulo,& fublimiori proceffu fcapulæ. Cuti verò tantum paruulum ramum diftribuit,qui iungitur cum vena externa brachij.Pofterior,*η*,qui craffior eft,ramum transfert ad mufculum,qui à fcapula ortus finitur in os hyoides;tranfitque per finum,qui in femicirculi fpeciē in fublimiori fcapulæ parte infpicitur,iunctufque cum vena, & arteria;ftatim profert alium ramum, qui tendit ad mufculum collocatum in finu,inter fpinam fcapulæ,& latus eiufdem fuperius.Impertitur & mufculo attollenti brachium, qui nafcitur à fublimiori proceffu fcapulæ, & à iugulo; impertitur & cuti tegenti partem externam brachij, trānfiens per exteriorem partem extre-
C mi mufculi brachium attollentis.

d Gal. li. de neru. diffe. c. 15.

e Gal. li. de diffe. neru. c. 15.

f Gal. ibid.

Sextum par ex medulla exit inter [g] quintam,& fextam vertebram, & fimiliter atq; alij in duos ramos diuiditur,quorum pofterior,*θ*,fertur ad mufculos ceruicem mouentēs,& caput;& ad nonnullos eorum qui mouent thoracem.Prior,*ι*,producit imprimis ramum,*κ*,qui iunctus [h] cum ramo quarti,& quinti paris fertur ad feptum tranfuerfum: ab hoc autem neruo compofito ex pluribus tendente ad feptum tranfuerfum,deriuatur ramus ad plexum neruorum iuxta primam lumborum vertebram,in quem inferitur;deinde procedens,*λ*,coniungitur cum duobus fequentibus paribus neruorum,& viciffim ab illis difiunctus, & cum iifdem coniunctus neruos efficit,qui per brachium feruntur. Nafcitur & à fexto pari ramus,*μ*, qui defcendit ad partem [i] fcapulæ cauam, & aliquos ramos impertit mufculis fcapulam attollentibus.

g Gal. li. de neru. diffe. c. 15.

h Gal. li. de neru. diffe. c. 15.

i Gal. li. de neru. diffe. c. 15.

Septimum par deriuatur à medulla exiens per commune foramen [k] fextę,& feptimæ vertebræ, mixtumque cum ramo fexti paris fertur ad brachium maxima ex parte:proficifcuntur enim nerui brachij à quinto,fexto,& feptimo pari neruorum ceruicis, & à primo, & fecundo thoracis.Deriuatur à feptimo pari neruorum ceruicis interdum ramulus ad feptum [l] tranfuerfum;fed perpetuo ramus,*ν*,qui ad fpinam procedens impertitur mufculis fitis in pofterio
D ri parte ceruicis,& lato mufculo [m] buccas mouenti.Hactenus de neruis,qui à ceruicis vertebris oriuntur;nunc de illis qui à vertebris thoracis.

k Ga. li. de neru. diffe. c. 15.

l Gal. li. de neru. diffe. c. 15.

m Gal l. de neru. diffe. c. 14.

Primum itaq; par neruorum qui à medulla thoracis oriuntur, exit ex foramine inter feptimam ceruicis vertebram,& primam thoracis, collocato eodem modo atque ad quinque paria proxime dicta,eodemq; modo in duos ramos ftatim diuiditur;quorum pofterior,*ο*,tenuior eft, & inter mufculos ibi vertebris adnatos abditus, retrorfum ad fpinam pergit,ramulum impertiens mufculo illi, qui à [n] prima cofta ortus,in tranfuerfos ceruicis vertebrarum proceffus tendit,& ceruicem in latus inclinat,fed magis in partem priorem.Impertit & alios ramulos mufculis illis,qui ceruicem, [o] & caput in pofteriora mouent;ea autem portio huius pofterioris rami,quæ feptimæ vertebræ ceruicis fpinam attingit, fertur verfus partem externam, & rurfus à fpina difcedens diuiditur partim in inferiorem fedem mufculi fecundi fcapulam mouentis;partim in eum mufculum qui fcapulæ bafi inferitur,& ipfam ad dorfum trahit,partim in tertiū ex mouētibus thoracē. At ramus anterior,*π*, lōgè maior iūgitur cū nō parua portione feptimi paris neruorū ceruicis,& fecūdi thoracis;ferturq. [p] ad brachiū cū illis mixtus, exce-

n Gal. li. de neru. diffe. c. 16.

o Gal. ibid.

p Ga. li. de neru. diffe. ca. 16. & 3. de anat. ag gref. c. 3

excepta vna propagine,β,quã ab inferiori parte antrorſum trãsfert.Hæc per primæ coſtæ lõgitudinẽ fertur vſq; ad ſummũ os thoracis,ramuloſq. impertit muſculo illi, qui à iugulo ortus, cũ prima coſta nectitur. Finitur hęc propago in illos muſculos,qui à ſummo oſſe pectoris orti, ſurſum progrediuntur, partim ad proceſſum capitis mammillæ caput imitantem, partim ad os hyoides,& gutturis cartilaginem ſcutiformem;quibus muſculis impertitur etiã ramus à ſexto pari neruorum cerebri,& à propagine ſecundi paris neruorum cerebri,& à propagine ſecundi paris neruorum dorſi.Ab hoc primo pari neruorum thoracis, cum ad alam accedit,à poſteriori parte ramuli,σ,deriuantur,in cauam ſcapulæ regionem. E

Secundum par inter primam,& ſecundam thoracis vertebram ex medulla egreditur; ramumque,τ,proferens in poſteriorem partem diuiſum, ſimiliter ac primum non paruam deinde portionem,υ,adiungit primo pari;ſed quod eius reliquum,φ,eſt,per primum interuallum [a] coſtarum ad pectus progreditur,& in muſculos ibi inhærentes diſtribuitur.

a Gal. li de neru. diſſe. c.16.

Reliqua decem paria, quæ à medulla ex vertebris thoracis prodeunt, ferè eadem ratione progrediuntur;ſtatim enim atque ex [b] lateribus vertebrarum orta ſunt, in duos ramos inæquales diducuntur;quorum graciliores retrorſum ad ſpinam tendunt; & abditi inter muſculos,dorſum,ac thoracem mouentes vertebris inhærent, aliquos ramulos cuti,quæ dorſum tegit impertientes.At rami grandiores in anteriorem partem feruntur; ramulumque,χ,impertiunt illi ramo,qui ex ſexto pari neruorum cerebri ſub membrana ſuccingente, ad coſtarum radices inſeritur.Iunguntur hi rami anteriores cum vena,& arteria,tranſeuntque per ſinum [c] in ſingulis coſtis ab inferiori,atque interiori ſede inſculptum; atque in longitudinem coſtarum procedunt ad partem anteriorem.Qui pertinent [d] ad coſtas veras,ramulos transferunt muſculis thoracis;qui ad ſpurias,muſculis abdominis. F

b Gal.li.de neru. diſſe. c.16.

c Gal.li.de neru diſſe. c.16.

d Gal.ibid.

Ex quinque lumborum vertebris exeunt à medulla quinque neruorum paria, quæ ferè eadem ratione diſtribuuntur,atque illa quæ ex thorace diximus oriri; à ſingulis enim diducuntur rami,qui in [e] poſteriora,& qui in anteriora tendunt; atque illi quidem qui in poſteriora, ſub muſculis abditi ad vertebrarum ſpinam pertinent,vnde ramulos impertiũt & cuti,& muſculo, brachium ad dorſum in inferiora mouenti; qui in anteriora diſtribuuntur muſculis [f] abdominis;proprie autem à ſecundo pari deriuatur ramulus,ψ, qui cum arteria materiam ſeminis deferente iunctus, fertur ad teſticulum ſui lateris; vbi hic non recipiat propaginem, quam interdum recipere ſolet ab illo ramo ſexti paris neruorum cerebri, qui ad coſtarum radices inſeritur: hic enim ramus ſolet augeri ab anterioribus ramis primorum trium parium neruorum ex vertebris lumborum prodeuntium, nam ab illis paribus quæ ab inferioribus vertebris lumborum exeunt, [g] non pauci rami cruribus impertiuntur. G

e Gal. li.de neru. diſſe. c.17.

f Gal.ibid.

g Gal.li.de neru. diſſe. c.17.

Ab oſſe ſacro ſex neruorum paria ex medulla oriuntur,quorum primum inter imam lumborum vertebram,& primum os ſacri oſſis exit, perinde atque illa, quæ à vertebris lumborum prodeunt.Vbi autem egreſſum eſt,ſimiliter diſtribuitur atque illa;nam ramus,σ,ad poſteriorem partem tendens,impertitur muſculis ortis [h] ab oſſe ilium, atque illi etiam qui femur mouet;vnde non parua portio impertitur cuti clunes operienti. At ramus,ς,anterior miſcetur cum neruis,qui feruntur ad crus; aliquam tamen portionem transfert per interiorem ſedem ilium ad muſculos abdominis,& ad illum,qui ab inferiore ilium natus, femur mouentium ſeptimus numeratur.Reliquorum quinque parium ex oſſe ſacro prodeuntium propria ratio eſt, ſingula enim priuſquam ex ipſo oſſe egrediantur, ab vtroque latere gemina deprehenduntur, ita vt à ſingulis, neruus vtrinque [i] duplex feratur, vnus in anteriorem partem, alter in poſteriorem. Qui in poſteriorem,diſtribuitur muſculis occupantibus poſteriorem ſedem ilium, & ſacri oſſis; qui in anteriorem, variè diuiduntur: nam tres ſuperiores, ϖ, pertinent, ad crus;duo inferiores, ο,ad muſculos ani,ad vterum atque eius ceruicem: in viris etiam ad ceruicem veſicæ,& penem.

h Gal li.de neru. diſſe. c.17.

i Gal. lib. de neruo. diſſ. c.17.

De Neruis qui ad brachia feruntur. Cap. IIII. H

Ta. 21. fig. 2.

EXpoſitis neruis, qui à medulla ſpinæ oriuntur, operæprecium eſt eorum ductum, atque iter deſcribere, qui inde brachijs, & cruribus impertiuntur.Brachium igitur ſex neruis continetur;qui oriuntur à quinto, ſexto, & ſeptimo pari neruorum à medulla in ceruice contenta deductorum;& à primo,ac ſecundo pari illorum, qui à medulla ſita in vertebris thoracis oriuntur. Rami ab omnibus his deducti inter ſe coëunt,a,dein ſeparantur, ac rurſus iunguntur;ita vt retiformem plexum efficiant;nec facile diſcernas, qui neruus, ad quam brachij partem feratur.

Primus,b,tamen brachij neruus deriuatur ab illo ramo quinti paris neruorum ceruicis,qui impertitur ad ſcapulæ ſpinam, muſculo brachium attollenti. Finitur itaque primus brachii neruus,in cutem brachii diuiſus,ab externo latere paulo ſub medio longitudinis; ſed profert etiam ramulum ad externam,poſterioremque cubiti ſedem, qua humeri articulum complectitur;cuti enim hanc partem integenti diſtribuitur; in progreſſu perinde atque alii rami qui ad cutem feruntur,fulcitur membrana carnoſa, ac adipe multa includitur: diuiſuſque in tenues fibras;membranam cum cute validè connectit. Reliqui quinque nerui per alam ad brachium tendunt,& in plures ramos diuiduntur in hunc modum:

Secun-

A Secundus, *e*, enimà plexu illo retiformi, quem constituunt nerui ad latera vertebrarum principium sumit, nec constat propriè à quo neruo; ingrediturque brachium sub anteriori musculo cubitum flectente, qua parte duo eius initia inter se iunguntur, ibi nimirum, vbi inferitur musculus, qui adducit brachium ad pectus, & ille qui ipsum attollit. Subijcitur ergo secundus neruus anteriori musculo flectenti cubitum; & sub interiori eius capite orto à processu scapulæ anchiroide, abditus, ramulum, *d*, impertit vtrique capiti eius musculi; hic ramulus deorsum tendens dilatatur versus posteriorem partem eiusdem musculi interdum etiam ramulum, *e*, profert, qui cum tertio neruo coniungitur versus priorem partem cubiti sub primo musculo ipsum flectente; in progressu ab externo latere ramulum, *f*, quoquè distribuit capiti musculi illius, qui ortus ab osse humeri, ad primam palmæ partem illigatur radio, ipsumque pronum efficit. Sed vbi ad cubiti flexum peruenit, iuxtà externum latus chordæ musculi anterioris cubitum flectentis, ad carnosam membranam ductus, ad cutem dissipatur, in duos ramos diuisus, *g*, quorum gracilior *h*, ac superior, cum exterioris venæ ramo, iuxta radium, ac mediam cubiti longitudinem versus cubiti appendicem progreditur ad cutem in multos ramulos diuisus, * quorum præcipuus, *i*, excedens appendicem radij inferiorem, ad secundũ

B pollicis articulum pertinet. At ramus crassior, *l*, & humilior in duas propagines sub media vena diducitur, *m*, quarum quæ sublimior, *n*, est, oblique procedens, sub cute relicta vena ascendit versus radium ad internum lati inferioris musculi cubitum flectentis, vsque ad primã palmæ partem. Altera, *o*, propago, quæ humilior est, sub cute magis obliquè fertur deorsum, quã initium mediæ venę; & in duos pręcipuos ramos diuiditur; quorum vnus, *p*, per radij, alter, *q*, per cubiti regionem fertur ad primam palmæ partem, & inde in palmæ cutem distribuitur.

Tertius neruus, *r*, qui ad brachium fertur, secundo humilior est, sed similiter oritur à plexu neruorum retiformi; & per alam progrediens, ramum, *s*, transfert inter musculum, qui brachium ad pectus adducit; & illum, qui brachium attollit, diuiditurque in cutem, quæ tegit horum musculorum latera, quà inter se iunguntur: vbi autem ad humerum accedit, latet sub musculo anteriori flectente cubitum; & simul cum secundo neruo deorsum progrediens, ramulum, *t*, impertit capiti musculi posterioris cubitum flectentis.

At vbi tertius adiuncto ramo secundi auctus, distribuit ramulum cuti à parte anteriori; inde ad cubiti flexum accedit æquali interuallo in progressu distans à secundo; procedit autem non per mediam regionem, sed per interiorem magis ad anteriorem sedem inferioris capitis humeri; quam regionem vbi superauit, deriuatur in multos ramos, *u*, qui vnà cum ramis diductis à quinto neruo diuiduntur in musculos, interiorem cubiti sedem

C occupantes.

Quartus, *y*, brachii neruus à plexu retiformi similiter incipit; sed aliorum lõgè crassissimus est; latet autem similiter ac tertius, & cum ipso in brachium fertur, iunctus cum arteria, ac vena interna, multos ramulos, *z*, impertiens musculis cubitum extendentibus; sed priusquam ad dimidiã in brachii longitudinem pertineat, vergit obliquè deorsum ad os humeri, proceditq; inter hoc, & musculos cubitum extendentes. Verum antequam penitus reflectatur, ramulum *α*, transfert inter musculos cubitum extendentes; & posteriorem ex flectentibus eumdem: hic in interna brachii sede in cutem diuiditur, fibras partim sursum, partim deorsum proferens; ipse verò truncus per posteriorem humeri partem conuersus, paulatim tendit ad externam; vbi deriuatur ramus, *β*, qui ex altioribus partibus emergens, inter musculum exteriorẽ, ex iis qui cubitum extendunt; & caput oblongi musculi radium pronum efficientis distribuitur cuti externam cubiti partem tegenti. Idem truncus cum primum exterius humeri tuberculum attingit, sinui innititur in posteriori eius sede insculpto; inde tuto sub musculis progreditur, sed statim atq; ad cubitũ peruenit, ramũ, *γ*, profert, qui sub cute ad primam palmæ partem procedit, vnde complures ramuli deriuantur ad externam cubiti sedem. Idem truncus de

H Ta. 11. fig. 1. inde in duos scinditur, *δ*, similiter abditos, quorum superior, *ε*, per radium, humilior, *ζ*, per cu-

D bitum progreditur. Tendit autem propriè superior inter superius latus illius musculi, qui duplici chorda primam palmæ partem extendit, & exterius, atque inferius latus longi musculi radium pronum efficientis; sicque ramulos illis musculis impertiens ad primam palmæ partem progreditur: vbi sub transuerso ligamento ab exteriori parte transit: qua parte transit etiam chorda bipartita musculi primam palmæ partem extendentis: ibi autem in duos ramos diuiditur, *η*, quorum vnus, *θ*, duplici ramulo in externam pollicis regionẽ fertur; alter, *ι*, in duos ramulos scinditur, quorũ vnus, *κ*, ad externam indicis sedem duplici ramulo pertinet: alter, *λ*, simplici ad internum latus exterioris partis medij digiti. At humilior, *ζ*, bipartiti trunci pars statim ramum impertit musculo extendenti digitum indicem, medium, & eum, qui inter medium, & minimum est; inde alium ramum musculo extendenti primam palmæ partem: in itinere autem ramulum, *μ*, transfert cuilibet musculo, ex ijs qui à cubito oriuntur; reliqua pars, *ν*, huius nerui ad primam palmæ partem finitur, diducta in ramulos qui iuncturæ distribuuntur.

Quintus, *ξ*, brachij neruus oritur à plexu neruorum retiformi, & cum quarto iunctus, per

brachium integer,nullum impertiens ramum cuiquam parti fertur inter interiorem muſcu- E lum extendentem,& poſteriorem flectentem cubitum per internam brachij ſedem abditus, dum contegat internum humeri tuberculum , ad cuius poſteriorem ſedem ſinuatam reflecti- tur, & pari ſerie diſtribuitur cum tertio neruo, qui tranſit per anteriorem ſedem tuberculi humeri; vterque enim ramos,o,præbet muſculis internam cubiti ſedem occupantibus; qui ab interiori tuberculo humeri à cubito,& radio naſcuntur: profert igitur ramum, π, qui radio inhærens fertur intra muſculos flectentes ſecundos, & tertios articulos digitorum, iunctus cum vena,& arteria hac parte tranſeuntibus , & ſub ligamento tranſuerſo ad primam palmæ partem progreditur,ac primo profert ramum, qui in duos diductus, interiori parti parui di- giti impertitur,vtrinque vnus , deinde alium , qui & ipſe bipartitus,pertinet ad digitum , qui inter medium & minimum ſitus eſt; atque alium tandem , qui ad exteriorem partem interni lateris medij digiti progreditur . Naſcitur ab eodem quinto neruo à parte externa circa di- midium,ramus, qui progreditur inter muſculum inferiorem extendentem cubitum, & infe- riorem flectentem verſus partem exteriorem: diuiſus autem in tres ramos diſtribuitur exter- næ parti digiti medij,minimi,& eius qui inter vtrumque eſt.Torpeſcunt hi digiti, vbi cubito validè innitimur,quartum,ac quintum neruum comprimentes.

Sextus, ρ, brachij neruus naſcitur à fine plexus retiformis, & per alam tranſiens ſub cute F vſque ad internum tuberculum oſſis humeri procedit,multos ramulos,σ, diſtribuens cuti : in progreſſu autem vbi ad dictum tuberculum peruenit; ſtatim ſcinditur in plures ramos , qui partim ſupra,partim infra ramos internæ venæ feruntur : ſed omnes ſimul coeunt,ſub cute in longitudinem cubiti;non longè à prima palmæ parte, vbi in anteriorem brachij regionem diuiduntur.

De Neruis cruris. Cap. V.

a Gal. li.3. de ana. admi.c.10. b Gal. lib. de neruo. diſſ. c.17. c Gal. li.3. de anato. admi.c.10.

Ta. 21. fig. 3.

CRuris verò nerui quatuor [a] ſunt, naſcunturque à plexu, *a*, ſimiliter retiformi, vt nerui brachij;ſed longe maiori:fit eiuſmodi plexus ex neruis,qui à medulla oriuntur;iuxta iū- cturam trium inferiorum b vertebrarum lumborum ; tum ab illis , qui per primum foramen oſſis ſacri & per tria inferiora egrediuntur.Horum quatuor neruorum magnitudo inæqualis eſt,& varia diſtributio:primus,& tertius tenuis eſt,ſecundus craſſior,licet ipſe quoque tenuis ſit;ſed quartus c longè craſſior,quam tres ſuperiores etiam ſimul iuncti . Oritur primus, *b*, à ſuperiori parte plexus retiformis, qua parte anterior ramus tertij paris neruorum à lumbis prodeuntium,iungitur cum quarto, & ſub peritoneo ad femur deſcendit, inhærens muſculis G lumborum,& externo lateri chordæ ſexti muſculi mouentis femur . Vbi autem ad os perue- nit,ramulum,*c*,producit, qui deſcendit per cutem à priori parte femoris verſus exteriorem, prope genu . Tum latet,*d*,inter muſculos,ramumque vnum impertit ſecundo, alterum ſepti- mo,alium nono mouenti crus,& iuxta ſitum duorum primorum muſculorum dictorum vſque ad finem verſus genu oblique deſcendit.

Secundus,*e*,neruus ex ijs,qui feruntur ad crus,naſcitur infra primum, è regione tertiæ, & quartæ iuncturæ vertebrarum lumborum,& ſub poſteriori parte peritonei tranſiens cum ve- na,& arteria per inguen tranſeunte,ad femur deſcendit,vbi ſtatim ramulum,*f*,profert, qui ab externa parte vſque ad magnū,*, digitum pedis progreditur, iunctus vbique cum vena, quæ per d inguen tranſit:procedit autem per internam partem femoris,& cruris,ſub cute,vſque ad pedem in itinere non ſecus quam vena plures ramulos cuti impertiens; quorum præcipuus ,*g*,fertur ad priorem partem genu,ſciſſus in multos,qui per ipſum diſtribuuntur . Truncus,*h*, deinde abditus cum vena, & arteria per muſculos tranſit occupantes interiorem partem fe- moris,& per ſextum , mouentem crus, cum quo ſimul deorſum fertur ; inhærens interno la- teri noni muſculi mouentis crus, definitque perinde atque primus, priuſquam ad genu per- ueniat ; ſed in itinere ramulos impertit membranulis quibus obducuntur venæ, & ar- H teriæ .

d Gal.3. li. de admin. anat. c.10.

Tertius,*i*,neruus ex ijs,qui tendunt ad crus,naſcitur poſt ſecūdum è regione iuncturæ quar tæ,& quintæ vertebræ lumborum,ſub peritoneo , tranſitque ſub ſeptimo muſculo femur mo- uente,vſque ad foramen oſſis pubis,per e quod tranſit ad femur; ſed ante ramulos, *l*, imper- tit nono,& decimo muſculo mouenti femur;& muſculis,qui ab oſſe pubis orti colem mouent. Poſtea inferius deſcendit,non ſecus quam duo priores nerui;ramulumque, *m*, diſtribuit cuti tegenti internam partem femoris; quod reliquum enim eius eſt, partim pertinet ad tertium muſculum mouentem crus,partim ad illam partem quinti muſculi mouentis femur,quæ naſci tur ab oſſe pubis.

e Gal li.3. de aggreſ. anat. c. 10.

Quartus,*o*,neruus ex ijs qui feruntur ad crus,poſt tertium oritur;producitur autem ab vlti- mo lumborū neruo,& ab anterioribus ramis trium ſequentium. Hic inter oēs corporis neruos non ſolum craſſiſſimus eſt,ſed ēt duriſſimus,& validiſſimus,cū à fine dorſi oriatur,deſcēdatq. per ſinum,eius cā in poſteriori parte oſſis coxæ inſculptum.Ab eo ſinu inſignē ramum,*p*, pro-

fert,

A fert,qui cum ramo venæ,& arteriæ ex ſinu egrediens deſcendit,deinde ſurſum reflexus aſcendit,qua oſſa pubis inter ſe committuntur;inde fertur vtrinque per colis dorſum vſq; ad glandem ; ſtatim autem à poſteriori parte ramum, *q*, profert, qui aliquatenus procedens abditur ſub ſecundo muſculo mouente crus ; vnde prodiens aliquot ramulos, *r*, impertit cuti tegenti imam partem inguinum,dein alios quarto,quinto & ſexto muſculo mouenti crus, & quinto mouenti femur;quibus deriuatis,deſcendit inter muſculos occupantes poſteriorem partem femoris iuxta os , vſque ad dimidium ipſius, ibi autem ramum, *s*, diſtribuit illi parti quinti muſculi mouentis crus, quæ naſcitur à medio oſſe femoris : deriuantur & ab hoc aliquot ramuli, *t*, ad cutem tegentem femoris partem poſteriorem infra medium . Deſcendit deinde quartus neruus ad genu inter duo capita oſſis femoris, à parte poſteriori vtrinque ramulum ,*u*, impertiens tribus primis muſculis mouentibus pedem, qui naſcuntur à prædictis femoris capitibus;dein ibi in duos inæquales ramos,*x*, diuiditur;qui per crus deſcendunt ; quotquot autem nerui infra genu diſtribuuntur,ab hoc deriuantur,illo excepto , qui naſcitur à ſecundo neruo cruris,progrediturque per internam partem femoris,& cruris;exterior,*y*,ramus tenuiſſimus eſt,proceditque verſus eam partem,qua ſuperne tibia committitur cum ſura,ramum,*z*, in itinere proferens,qui ſub cute ad talum,& exteriorem partem pedis peruenit,ſed in itinere ramos,α,multos diſtribuit cuti has partes tegenti:abditur deinde inter ſeptimum,& octauum muſculum mouentem pedem,ſexto inhærens,qua parte alium ramum, β, exigit, qui ſine aliquo ordine diuiditur in cutem tegentem anteriorem partem cruris: quod reliquum eſt,huius externi rami tranſiens inter muſculos,vt diximus,occupantes priorem partem cruris; ipſique aliquot ramos, γ, impertiens, inhæret ligamento in longitudinem nectenti tibiam cum ſura,ipſumque in dimidia parte perforat ramulo, δ,qui cum alio ramulo, ε, ab interiori ramo huius quarti nerui orto iungitur, & cum chordis extendentibus digitos ſub tranſuerſo ligamento tranſit ad pedis tarſum,vbi ſub chordis abditus, quoſdam ramulos, ζ, diſtribuit ſuperioribus lateribus digitorum;priuſquam tamen ad dictum ligamẽtum perueniat, ramulum, η, impertit cuti ipſum tegenti .

B

Ramus,θ,interior deſcendit per poſteriorem partem cruris,abditus inter tertium & quintum muſculum mouentem pedem,& inter illos duos,qui naſcuntur à tibia,& digitos flectũt; ramulumque , ε, profert qui iungitur cum illo ramulo exterioris rami, à quo perforari diximus ligamentum illud,quo tibia,& ſura in longitudinem inter ſe nectuntur; inde ſub tranſuerſo ligamento deſcendit inter os calcis,& talum ad plantam pedis,à parte interna, ibique muſculis fulcitur, & vtrique lateri inferiori digitorum paruum ramulum, κ, impertit. Hactenus de neruis,pergamus ad venas.

E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XX. & XXI. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XX. FIG. I.

Ex tribus figuris (1. ſcilicet & 2. Tabu. xx. & 1. Tab. xxi.) oſtendentibus neruos à ſpinæ medulla deriuatos.

I Notat ſpinæ medullam à principio ad finem, cum initio illorum neruorum quos profert.

Literæ Græcæ notant neruos à medulla profectos, antequam è cerebro egrediantur.

α Tertia pars tertij paris neruorum cerebri.

β Quintum par neruorum cerebri.

γ Sextum par neruorum cerebri.

δ Septimum par neruorum cerebri.

Numeri vſq; ad 30. notant ordine neruos à medulla incipientes.

Literæ Latinæ notant partes medullæ.

a Qua ceruicem attingit.

b Qua thoracem.

c Qua lumbos.

d Qua os ſacrum.

e Finis medullæ.

TAB. XX. FIG. II.

HAEc figura moſtrat à priori parte neruos à medulla ortos, ac per omnes corporis partes diſtributos exceptis brachijs & cruribus.

Numeri notant ordine triginta neruorum paria.

Literæ monſtrant neruorum ramos.

a Anterior pars primi paris.

b Poſterior.

c Anterior pars ſecundi paris.

d Poſterior.

e Diuiſio poſterioris huius, per poſteriores muſculos ceruicis.

h Anterius initiũ ſecũdi paris ptinẽs ad primum muſculum caput mouentem.

m Anterior pars tertij paris in quatuor partes diuiſa.

n Prima pars tendens ad ſecundum muſculum mouentem dorſum.

o Secunda pars, quę procedit iuncta cũ ramulo ſecundi paris.

p Tertia pars, quæ iungitur cum ramo poſterioris initij ſecũdi paris, & tẽdit ad cutem capitis.

q Quarta pars tendens ad muſculũ, qui ceruicem in latera mouet.

r Poſterior ramus quarti paris tẽdẽs ad muſculos dorſi ad quartũ buccarũ.

s Anterior ramus quarti paris diuiſus in tres ramos.

t Primus ramus tendens ad muſculos ſub aſpera arteria collum flectẽtes.

u Secundus tẽdens ad muſculos, qui ceruicem in latera mouent.

x Tertius, qui fertur cũ ramo quinti paris ad ſeptum tranſuerſum.

z Anterior ramus quinti paris.

α Ramulus ab anteriori ramo quinti paris ad muſculos collum flectentes.

β Alter ramulus anterioris rami, qui cũ alijs iunctus fertur ad ſeptum tranſuerſum.

δ Ramulus ab anteriori ramo quinti paris ad muſculũ qui brachiũ attollit. F

ε Reliquum anterioris rami in duas partes diuiſum.

ζ Anterior pars tendens ad commiſſuram humeri cum ſcapula.

η Poſterior pars tendẽs ad muſculos ſcapulæ humeri, & oſſis hyoidis.

ι Prior pars ſexti paris.

κ Ramulus ab anteriori ramo ſexti paris quæ iungitur cum ramo quarti, & quinti.

λ Progreſſus prædicti nerui.

ξ Reliquũ ſexti paris ad brachium procedens.

ϖ Ramus anterior octaui paris iunctus cum portione ſeptimi, & noni tendens ad braehium. G

υ Portio noni paris mixta cum octauo quæ plexum neruorũ efficit ad brachium tendentium.

φ Reliquum noni paris ad pectoris muſculos tendens per primum interuallum coſtarum.

χ Trunci qui ex neruis medullæ ad radices coſtarum iunguntur cum ramis ſexti paris.

ψ Neruus qui à 21. pari fertur cum vena, & arteria ad teſticulum.

ω Ramiq. à 22. 23. & 24. ferũt ad crura.

☉ Ramus anterior qui à 25. pari neruorũ medullæ ſeu à quinto oſſis ſacri tendens impertitur muſculis ortis ab oſſe ilium & partim etiam miſcetur cum ſeptimo neruo ad crus tẽdẽte. H

♍ Secũdus, tertius & quartus neruus ab oſſe ſacro ad crus tendens.

△ Finis medullæ.

* Neruus ſepti tranſuerſi.

TAB. XXI. FIG. I.

I *Figura monſtrat neruos omnes à medulla profectos à poſteriori parte, & per omnes corporis partes diuiſos, exceptis brachijs, & cruribus.*

Numeri notant ordine 30. neruorum paria ex medulla orta.

Lite-

TABVLA. XX.



Literæ monſtrant neruorum ramos.

b Poſterior pars primi paris.
d Poſterior pars ſecundi paris.
e Diuiſio eius per muſculos poſteriores ceruicis.
f Diuiſio eiuſdem per cutem occipitij.
g Tenuior pars ſecũdi paris tendens ad quartum,& ſextum muſculum mouentem caput.
i Tertium par.
l Poſterior pars tertii paris.
ϒ Poſterior ramus quarti paris tendens ad muſculos dorſi, & quartum buccarum.
γ Poſterior ramus quinti paris,qui verſus ſpinam diſtribuitur,vt poſterior quarti.
δ Ramuli alii tendentes à ramo anteriori ad muſculos ſcapulã attollentes.
ε Reliquum anterioris rami quinti paris in duas partes diuiſum.
ζ Anterior pars tendens ad commiſſurã humeri cum ſcapula.
η Poſterior pars quinti paris tẽdens ad muſculos ſcapulæ humeri, & oſſis hyoidis.
θ Poſterior ramus ſexti paris qui diſtribuitur muſculis ceruicis ſcapulis & thoracis.
μ Ramus à ſexto pari ad cauum ſcapulę tendens.
ν Ramulus ex ſeptimo pari,q. ad ſpinã procedens impertitur muſculis in poſteriori parte ceruicis & lato muſculo buccarum.
ξ Reliquum ſexti paris ad brachiũ procedens.
ο Poſterior ramus octaui paris neruorũ medullæ ſeu primi thoracis.
ρ Portio anterioris rami octaui paris, q. fertur antrorſum ad muſculos nexos iugulo,& primo oſſi thoracis.
σ Ramuli qui à poſteriori parte octaui paris ad cauum ſcapulæ feruntur.
τ Ramus à poſteriori parte noni paris ſeptimi proximas partes diuiſus.
υ Portio noni paris mixta cum octauo neruorum ad brachium tẽdentiũ.
σ Ramus poſterior vigeſimi quĩti paris, ſeu primi oſſis ſacri tendens ad poſteriorem partẽ ad muſculos oſſis ilium.
Δ Finis medullæ.

TAB. XXI. FIG. II.

Figura hæc monſtrat neruos brachij.
Numeri notant neruos,qui a ſpinę medulla orti brachii neruos efficiunt.
a Coitus neruorũ qui ad brachium procedunt.
b Primus brachii neruus.
c Secundus brachii neruus.
d Ramuli,qui a ſecũdo brachii neruo feruntur ad initia anterioris muſculi cubitum flectentis. E
e Ramulus qui à ſecundo neruo deductus iũgitur cum tertio verſus priorem partem cutis,ſub primo muſculo ipſum flectente.
f Ramulus qui à ſecũdo neruo pertinet ad ſuperiorem muſculum,qui radiũ pronum efficit.
g Diuiſio ſecundi nerui in duos ramos iuxta externum latus chordæ anterioris muſculi cubitum flectentis.
h Gracilior,ac ſuperior ramus dictæ diuiſionis,ad imi cubiti appendicem pertinens.
* Diuiſio nuper dicti rami iuxta inferiorem cubiti appendicem. F
i Præcipuus ramus prædictæ diuiſionis.
l Craſſior,& humilior ramus diuiſionis ſecundi nerui ad cubitum.
m Diuiſio craſſioris rami nuper dicti.
n Sublimior propago dictæ diuiſionis,q̃ vſque ad primam palmę partem fertur ad internum latus inferioris muſculi cubitum flectentis.
o Humilior propago eiuſdẽ diuiſionis.
p Ramus humilioris propaginis nuper dictæ,qui per radium procedens in palmæ cutem diſtribuitur.
q Alter ramus,qui per cubitũ dilatatus impertitur ſimiliter cuti palmæ.
r Tertius brachii neruus. G
ſ Ramulus tertii nerui,qui tranſit inter muſculum qui brachium ad pectus adducit.
t Ramulus à tertio neruo ad poſteriorẽ muſculum cubitum flectentem deriuatus.
u Ramuli tertii nerui qui diſtribuũtur in muſculos interiorem cubiti ſedem occupantes.
x Ramus tertii nerui, qui ſuper radium procedẽs,ramulos impertit magno digito,indici,& medio.
y Quartus brachii neruus.
z Ramuli quarti nerui ad muſculos cubitum extendentes.
α Ramulus quarti nerui procedẽs inter muſculos cubitum extendentes, & poſteriorem ex flectentib. eũdem. H
β Ramus quarti nerui tendens ad exteriorem brachii cutem.
γ Alius ramus tendens ad poſteriorem cubiti cutem.
δ Diuiſio quarti nerui ad cubiti iũcturã.
ε Superior ramus dictę diuiſionis,qui radio innixus ad manum tendit.
ζ Inferior,qui ſimiliter ad manũ fertur per cubitum.
η Diuiſio ſuperioris rami in duos,ad primam palmæ partem.
θ Ramus prædictæ diuiſionis, qui dupli-

TABVLA . XXI.



ci ramulo in externam partem pollicis regionem diuiditur.

ι Alter ramus, qui in duos diuisus vnũ bipartitum ad externã sedem indicis profert notatum.

κ Litera κ alterum ad internum latus exteriorem.

λ Partis medii digiti notatum litera λ.

μ Ramuli humilioris rami diuisionis quarti nerui ad cubitum, qui impartitur musculis à cubito ortis.

ν Reliqua pars ꝑdicti humilioris rami, q̃ ad iuncturam primæ palmæ partis fertur.

ξ Quintus brachij neruus.

ο Ramuli quinti nerui q̨ ad cubiti iũcturam impertiuntur musculis internã cubiti sedem occupantib. qui ab interno tuberculo imi humeri à cubito, & radio nascuntur.

ϖ Ramus quinti nerui, qui ad manum diuisus, ramulos impertit medio digito, minimo, & illi, qui inter vtrunq; situs est.

ρ Sextus brachij neruus, inter cutẽ procedens.

σ Ramuli à sexto neruo ad cutem pertinentes.

TAB. XXI. FIG. III.

Ostendit hæc figura *Neruos qui ad crus feruntur*.

Numeri notant neruos, qui a medulla spinę emanant ad ipsos constituendos.

Literæ eorum diuisionem demonstrant:

a Plexus retiformis neruorũ, qui ad crus feruntur.

b Primus neruus cruris.

c Ramulus qui à primo neruo ortus descendit per cutem à priori parte femoris versus exteriorẽ prope genu.

d Reliquũ primi nerui quod sub musculis latens ramulosq; impertiens musculis mouentibus crus oblique descendit versus genu.

e Secundus neruus cruris.

f Ramus secundi nerui vnà cũ eius progressu & diuisione per cutem internam femoris vsque ad mediũ crus.

g Pręcipuus ramulus nuper dicti rami, q̨ in plures scissus fertur ad priorem partem genu.

* Diuisio superioris dicti rami in pede.

h Truncus secũdi nerui, qui abditus cũ vena, & arteria trãsit per musculos interiorem femoris partem occupãtes. E

i Tertius neruus cruris.

l Ramuli tertij nerui, qui diuidũtur in musculos mouentes femur, & eos q̨ ab osse pubis orti ad colem pertinent.

m Ramuli tertij nerui qui distribuuntur cuti tegenti internam femoris partem.

n Reliquum tertij nerui quod pertinet ad tertium musculum mouentem crus, & ad quintũ mouentẽ femur.

o Quartus neruus cruris.

p Insignis ramus quarti nerui qui cum ramo venæ, & arteriæ ad commissuram ossium pubis ascẽdes fertur ꝑ dorsum colis. F

q Ramus à posteriori parte quarti nerui, qui abditur sub secundo musculo crus mouente.

r Ramuli, qui ab hoc ramo diuiduntur in cutem tegentem imam partẽ inguinum.

s Ramus quarti nerui pertinẽs ad quintum musculum mouentem crus.

t Rami ab eodem quarto neruo tendentes ad cutem posteriorem femoris.

u Ramuli quarti nerui ad genu à parte posteriori qui feruntur ad tres primos musculos pedem mouentes.

x Diuisio quarti nerui ĩ duos ad poplitẽ G

y Exterior ramus nuꝑ dictæ diuisionis.

z Ramus qui ab exteriori hoc ramo deriuatus sub cute ad talũ procedit.

α Ramuli, qui à nuper dicto ramo impartiuntur cuti.

β Alius ramus, qui sine aliquo ordine diuiditur in cutem tegentem anteriorem partem cruris.

γ Rami qui ab exteriori ramo pertinẽt ad musculos anteriorẽ partem cruris occupantes.

δ Ramulus eiusdem rami, qui iũgitur cũ alio ramulo orto ab interiori ramo quarti nerui notato in pictura litera. ε

ζ Ramuli, qui ab eodem externo ramo pertinent ad superiora latera digitorum.

η Ramulus qui ab eodem ramo impertitur cuti tegenti transuersum ligamentum quod ad primã pedis partem situm est. H

θ Interior ramus diuisionis quarti nerui ad genu.

κ Ramuli, qui ab hoc interiori ramo pertinent ad inferiora latera digitorum.

A

De Venis. Cap. VI.

SVNT igitur venæ quasi canales, a per quos sanguis à iecinore in omnes corporis partes distribuitur; ita vt eorum proprium munus b sit, ferre sanguinem, sicuti arteriarum spiritum vitalem, neruorum spiritū animalem in vniuersum corpus. Aptā tur etiam ad succum c afferendum in ventriculo concoctum ad iecur; vt venæ mesenterij; tum ad ea quæ superant, vt illæ per quas serum sanguinis à renibus attrahitur: postremò conferunt d ad concoquendum succum quem continent. Sunt autem expertes e sensus, nam si earum substantia dumtaxat secetur, minimè dolet: adiunctas verò habent arterias, à quibus per parua foramina spiritum hauriunt, sicuti arteriæ à venis sanguinem; mutuis f enim foraminibus inuicem iunctę aperiuntur; cōtinent enim venæ sanguinem crassum, multum, sed paucum spiritum; contra arteriæ exiguum ac tenuissimum sanguinem, & plurimum spiritum. Iunguntur itaque arteriæ vbique g cum venis. Venæ tamen interdum sine arterijs reperiuntur; in illis nimirum partibus, quæ minori egent perspiratu; cuiusmodi est cutis ambiens vniuersum corpus; cuiusmodi etiam sunt partes frigidiores, velut ossa. Sed satis de munere venarum; venio ad earum constitutionem, ad ipsum maximè habilem; & primo ad materiam, deinde ad formam. Materia, seu substantia, qua venæ continentur, simplex tunica est, ex semine cō fecta, h membranæ non dissimilis, intus caua canalium modo; quam formam si spectes, referes venam inter partes i multiformes; sed si substantiam iam dictam, inter simplices; quamquam non ita simplex est, vt non contineatur triplici k fibrarum genere: habet enim rectas ad attrahendum, obliquas ad continendum, transuersas ad expellendum. Similes autem sunt fibrarum, quas in musculis videmus, quamquam hæ voluntario, illę naturali motui inseruiūt; neque etiam ita manifestæ sunt fibræ in venis, vt in musculis, adeò vt nonnulli voluerint ad robur tantum substantiæ factas fuisse, non ad motum attractionis, expulsionis, retentionis; quod tamen absurdum esse demonstratur, ex eo, quod fateri coguntur succos per se moueri, non ab ipsa venarum substantia, cum attrahuntur, retinentur, expelluntur: distenditur venarum tunica cum impletur, desidet, cum exinanitur, quod tenuis sit, non tamen æquabiliter in vniuerso corpore, sed in venis l iecinoris tenuissima est, vt facilius per ipsam iecinoris substantia possit succum sibi similem reddere; in aliis partib. minus tenuis est, quæ magis à principio recedūt, vt magis ab iniuriis defendatur; ibi tamen vt diximus tenuis est, vt sanguinem fundere possit ad singulas partes nutriendas. Iam verò simplex est m venarum tunica, non tamen vbiq; sed

C vbi defenditur musculis, aut alia parte ambiente; nam aliæ, quæ vel proximæ cuti sunt, vel super dura aliqua parte, vt osse transeunt, neq; alicui parti innituntur, sed suspensæ procedunt, statim à vicinis membranis inuolucrum sibi sumunt, quo inuolutæ firmiores transeunt: pulmonis venæ n duplicem tunicam habent, ne thoracis motu lædantur, sed stabiles maneant, ac contineant o sanguinem illum tenuem: vbi venæ satis alioquin tutæ sunt, cōmodior fuit vna dumtaxat tunica, ac p tenuis, vt melius sanguinem impertiret proximis particulis. Quod attinet ad formam, venarum figura rotunda est, nam hæc maximè capax est, maximèq; defenditur ab iniuriis. Magnitudo q respondet magnitudini partium, vbi eiusdem generis sint; nam vbi alterius, minoribus partibus interdum maiores venas largita est natura, quod illis euenit, quæ plurimū alimenti absumunt, vt iis r quæ assiduè mouentur, calidæ sunt, ac molles, veluti pulmoni; contrà partes quiescentes frigidæ, duræ, veluti ossa, minus alimenti absumunt, & idcircò minores venas obtinuerunt, pro magnitudinis proportione. Cor, s quamuis durum sit, ob calorem ingentem, plurimum alimenti absumit, & idcircò venis grandioribus nutritur. Renes venas habent latas, t non quod plurimum alimenti postulent, sed quod per eas ex sanguine serum alliciant. Numerus venarum maior est, quam vt exprimi possit; ternæ tamen præcipuæ numerantur, à quibus deriuantur aliæ omnes; vna est vena porta, quæ u à cauo iecinoris

D per ventriculum, intestina, lienē, mesenterium, omentum progreditur. Altera est quæ appellatur caua, x oriturque à gibba parte iecinoris, & in vniuersum corpus distribuitur. Tertia à dextro ventriculo y cordis fertur ad pulmonem, quam arterialem nominant; his adiici potest quæ in foetu ab vmbilico ad cauum iecinoris peruenit, quam tamen omittemus, cum in lucem editis non amplius fungatur munere venarum. Quod spectat ad situm, initium dicunt z à iecinore: est enim iecur veluti truncus, cuius radicibus a respondent venę, quæ ad portam perueniūt; ramis verò illæ quæ deriuantur à caua. Quo pacto autem rami tam à porta, quam à caua deducantur, & vnde in singulas corporis partes venę deriuentur, nunc dicendum superest, sumpto initio à vena porta.

T.22. si. vnica.

a Gal. li. 6. de Plac. c. 8.
b Arist. li. 3. de Part. c. 4. & c. 5.
c Gal. 4. de vsu p. c. 2.
d Gal. li. 4. de vsu p. c. 12. & 17.
e G. li. 16. de vsu pa. c. 12.
f Gal li. de vsu p. c. 5.
g Ga. li. 16. de vsu p. c. 13.
h Gal. li. 1. de semine c. 5. & 13.
i Gal. li de inæquali Intēperie c. 2.
k Gal. 3 de natur. fac. c. 11.
l Gal. li. 6. de vsu p. c. 11. & 4. de vsu p. c. 13.
m G. lib 6. de anat. ad mi. c. 12. & 3 l de nat. fac c. 11.
n Gal. li. 6. de vsu pa. c. 10.
o Ga. ibid.
p Ga. ibid.
q Ga. li. 16. de vsu pa. c. 14.
r Ga. ibid.
s Ga. ibid.
t Ga. ibid.
u Gal. lib. 16. de vsu p. c. 14.
x Ga. ibid. & lib. 5. de vsu pa. c. 2.
y Ga. 6. de vsu p. c. 13. & 14.
z G. li. 8. de vsu p. c. 1.
a Gal. 1 de sem. c 8. & lib. de diss. vena- rum c. 1.

 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI TABVLAE XXII. Figuræ vnicæ inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XXII. FIG. VNICA.

I — *Figu. monſtrat venas totius corporis, quæ clariores erunt in fig. monſtrantibus par tes, quæ ſequentibus proxime tabulis exhi bentur.*

Literarum hæc eſt ratio.

AAA — Radices venæ cauæ, qua hæc a iecino re progreditur.

B — Truncus venæ cauę inter iecur, & ſe- ptum tranſuerſum.

C — Ramus ſiniſter ex duobus qui à trun- co venæ cauæ orti pertinent ad ſe- ptum tranſuerſum ex, quibus non- nulli ad cordis tunicam deriuãtur.

D — Orificium venæ cauæ qua cum corde committitur, quod ita amplum ap- paret, propter dextram auriculam, cordis.

E — Vena coronaria, quæ coronæ modo la tiorem cordis ſedem ambit, multos ramulos deorſum tranſmittens per ſubſtantiã cordis, vſque ad eius mu cronem.

F — Vena ſine coniuge.

G — Rami venæ ſine coniuge nutriẽtes mu ſculos collocatos inter coſtas.

† — Diuiſio venæ ſine coniuge ad nonam thoracis vertebram.

H — Ramus venę ſine cõiuge, qui cũ emul- gente ſiniſtra iungitur.

I — Alter ramus à dextro latere, qui coit cum ramo orto à vena ad crus ten- dente, notato litera K.

K

L — Diuiſio venæ cauæ ĩ duos ramos apud iugulum.

M — Vena dextrum brachium petens; quæ ante eius ingreſſum bipartitur.

N — Ramus huius venæ qui tribus ſuperio- ribus coſtis ſui lateris alimentum præbet.

O — Vena, quæ ſub oſſe pectoris procedẽs diuiditur in rectum abdominis mu- ſculum.

P — Finis nuper dictæ venæ.

Q — Venæ, quę penetrãt per foramina trãſ uerſorum proceſſuum vertebrarum ceruicis.

R — Vena, quæ pertinet ad muſculos occu pãtes humiliorem ceruicis partem, & pectoris ſublimiorem.

S — Vena quæ diſtribuitur muſculis tegen tibus pectus, tum ſubſtantiæ mam- marum, & earum cuti.

T — Vena, quę verſus dorſum progrediens diuiditur muſculis interiorem ſca- pulæ ſedem occupantib9. tum ijs qui propè ſunt, vbi etiam rami deprehẽ duntur pertinentes ad glãdulas ala rum, quorum vnus ſitus eſt inter R. & T.

V — Ramus, qui per latus pectoris deſcen- dens impertitur ſui lateris muſculo flectenti brachium deorſum verſus poſteriora. F

X — Ramuli eiuſdem rami, qui iunguntur cum ramulis ortis à vena ſine con- iuge.

Z — Alii ramuli, qui coeunt cum ramis or- tis a magno ramo ad crus tendẽte.

a — Vena iugularis interior, vnde ramuli impertiuntur aſperæ arteriæ & ner uis hac parte tranſeuntibus.

b — Vena iugularis exterior.

c — Diuiſio prædictæ venæ in duos trun- cos.

d — Diuiſio venæ iugularis externæ per tẽ pora, & cutem capitis.

e — Vena Cephalica, & brachii exterior di cta ab anatomicis.

f — Ramus, qui exiens a ſuperiori parte communis trunci tendentis ad bra chium, priuſquam diuidatur, fertur ad muſculos poſteriorem ceruicis partem occupantes. G

g — Ramus eiuſdem trunci, qui ad exterio rem ſcapulæ ſedem procedit par- tim abditus, partim ſub cute pro- grediens.

h — Rami, qui orti a Cephalica priuſquam ſub humerũ latitet, diſtribuitur pri mo muſculo attollenti brachium, & cuti ipſum tegenti.

i — Ramuli venæ cephalicæ, qui diuidun- tur in brachii cutem exteriorem & priorem ſedem muſculi brachium flectentis.

k — Diuiſio venæ cephalicæ in tres ramos interdum maiores, interdum mino res, quorum primus, *l*, procedit ſub muſculis ortis ab exteriori tubercu lo imi humeri: ſecundus, *m*, tendens ad cubiti iũcturam committitur cũ ramo venæ iecinoris, notato, *n*, vbi ex vtriſque ſimul iũctis fit vena quã communem, *o*, vocant: tertius, *p*, obli que ſuper radiũ procedens vſq; ad exteriorem brachii ſedem cuti ra- mulos impertit, quorũ præcipuus, *q*, pertinet ad cutem tegentem poſte- H

l

m

n

o

p

q

rius

A rius latus commissuræ imi humeri; cũ vero ad primã palmæ partẽ accedit, cõmittit cũ altero ramo venæ iecinoris notato, *r*, locus vbi coeũt notatur, *s*, communis hic ramus alimẽtum præbet primæ palmæ parti, & palmæ, qua minimum digitũ respiciunt, vnde complures ẽt rami minimo ipsi digito impertiuntur.

t Vena, quam iecinoris appellant.

u Ramus huius venæ quæ impertitur initijs musculorũ extendentiũcubitũ.

x Ramulus ad dictos musculos accedẽs, & cutem posteriorem brachij.

y Insignis ramus, qui oblique descendẽs ad inferiorem brachij sedem rursus externum tuberculum imi humeri, &ramulos impertiens musculis, qui inde oriuntur, progreditur per exteriorem brachij partem, vnà cum quarto neruo ipsius.

B

z Diuisio venæ iecoris in duos ramos, quorum qui notatur * abditus perpetuo sub cutẽ procedit in plures ramos diuisus.

α Alter ramus prædictæ diuisionis venã iecinoris constituens qui perpetuo sub cutẽ procedit in plures ramos diuisus.

β Ramus à nuper dicta iecinoris vena procedens, qui partim distribuitur cuti tegenti inferiorem brachij sedem, partim posteriorem.

C

δ Posterior ramus venæ iecinoris quæ ꝓpè internum tuberculum imi humeri diuiditur, a quo multi ramuli deriuantur.

ε Ramus posterioris rami nuper dicti, q. per inferiorẽ cubiti sedem procedens vsque ad primam palmæ partẽ, in progressu ramulos vicinis partibus impertit, & proprie vnum qui coit cum venæ cephalicæ ramo, cõscendentem primam palmæ partẽ propè paruum digitum.

ζ Vena quæ pertinet ad cutem occupãtem posteriorem cubiti sedem.

D

η Complures venæ in inferiori brachii parte, & nonnullæ ad cutem palmæ pertinentes; superius tamen venã ostendit, quæ oritur a ramo venæ iecoris notato. n. inferius eiusdẽ venæ ramos demõstrat q orti a ramo notato, *ε*, petunt brachii partẽinferiorẽ.

θ Cõis ramulus ex venulis ꝑ pollicis cutem diuisis, & ramo notato *x*.

κ Distributio communis venæ iuxta inferiorem radij sedem prope primã palmæ partem.

λ Exterior ramus nuper dictæ diuisionis qui ad exteriorẽ manus partem proficiscens, ramulum etiam impertit interiori eius lateri notatum *μ*.

ν Alter prædictæ diuisionis ramus diuisus in medium digitum & eum qui inter eum & minimum situs est.

ξ Portio venæ cauæ humiliores corporis partes nutriens.

ο Vena ad pinguem venis membranam pertinens.

π Emulgens vena.

ρ Venæ seminis materiarum deferentes ad testiculos.

σ Vbi venę seminis varicum modo inter se miscentur.

τ Rami, qui a vena caua oriuntur secundum totam lumborum regionem.

υ Diuisio venæ cauę in duos trũcos, quæ Υ, gręcæ literæ inuersæ imaginem refert.

φ Ramulus, qui per lũbos, peritoneum, & musculos abdominis transuersos procedit.

χ Vena quę ad rectum abdominis musculum pertinet.

ψ Diuisio maioris trunci, in duos impares ramos.

ω Exterior ramus interioris trunci diuisionis nuper dictæ qui diuiditur musculis occupantibus exteriorem regionem ossis ilium, & cuti clunes tegenti.

Γ Minoris trũci interior ramus venulas transmittens superioribus ossis sacri foraminibus notatas, Δ.

Θ Venæ quæ ab interno ramo diuisionis ad inguina feruntur ad colem.

Λ Vena quæ ab exteriori ramo dictæ diuisionis orta iungitur cum venis interioris rami prope ossa pubis.

Ξ Prædicta vena quę trãsiẽs per foramẽ in osse pubis præcipuum ramum offert iuncturæ summi femoris.

Π Ramus, qui deriuatus à vena per foramen in osse pubis penetrante tẽdit ad femoris sedem interiorem.

Σ Communis ramus ex nuper dicta vena, & ramo maioris venæ, quæ ad crus pertinet notatę, V.

Φ Ramus venæ crus petentis, qui coli, & vicinis partibus ramulos distribuit.

Ψ Primus ramus venę ad crus tendentis, qui per interiora cruris sub cute ꝓcedens ad digitos pertinet.

Ω Ramus prædicti rami, qui ad interiorẽ inguinum sedem progreditur.

2 Ramus venæ notatæ, Ψ, tendens ad exterius femoris latus.

3 Ramulus eiusdem venæ qui impertitur secundò musculo mouenti crus.

4 Ramulus eiusdem venæ qui ad priorẽ, & posteriorem genu partem procedit.

5 Diuisio venæ, Ψ, in multos ramos qui ꝓ

interiorem cruris partem procedunt.

6 Ductus, & distributio eiusdem per tarsum.

* Rami, qui à magno ad crus tendente orti sursum feruntur per latera abdominis dum coeat cum ramulis venæ, quæ per latus thoracis ab ala descendit.

7 Ramus maioris venæ crus petẽtis, qui ad iuncturam summi femoris procedens diuiditur in cutẽ, & musculos ipsam occupantes.

8 Ramus, qui pertinet ad septimum & nonum musculum, ac cutem tegentem exterius femoris latus.

9.10 Ex his duobus ramis constituitur vena, quę inter musculos posteriorem femoris sedem occupantes procedens, ramulos sursum trãsmittit ad

11 cutem femur tegentem, notatos 11.

12 quorum maior portio notata 12. sub cutem descendit ad poplitem & posteriorẽ cruris partem multis ramu-

13 lis in cutem diuisa quà 13. situm est.

14 Ramulus crassioris venæ qui per interius latus cruris procedit.

15 Diuisio crassioris venæ quę ad crus descendit inter duo capita imi femoris.

16 Interior ramus p̃dictæ diuisionis q̃ impertitur musculis interiorem cruris sedem occupantib. diuiditur etiam

17 in cutem eiusdem vbi 17.

18 Portio interioris rami quæ per posteriorem interioris malleoli partem descendens ad internum latus pedis pertinet.

19 Exterior ramus diuisionis nuper dictę qui statim in duos ramos inæquales scinditur quorum exterior notatur

20 20. & ramulum ad externum mal-

21 leolum transmittit notatum 21.

22 Ramus interior qui inter suram, & tibiam procedẽs, qua inuicem dehiscunt in duos similiter ramos parti-

23 tur qua conspicitur 23. quorũ vnus inter tibiam, & os calcis progreditur; alter inter os calcis, & suram.

24 Venula interioris rami prædicti inter tibiam, & suram procedens, sub earũ ligamẽto ad superiorẽ pedis partem iũgitur cum alijs venis hac trãseuntibus.

25 Distributio venarum ad digitos pedis.

26 Diuisio venæ iugularis internæ per partes oris internas, & cutem faciei,

27 Rami eiusdem venæ qui in caluariam penetrant.

28 Distributio eorum intra caluariam.

E F G H

TABVLA XXII.



E

De Vena porta. *Cap. VII.*

Nascuntur à cauis [a] partib. iecinoris vndiq; tenues venulæ, *a*, quæ in interiorē partem versus medium progrediuntur, vbi simul iunctę crassiores fiunt, donec in quinque ramos 1.2.3.4.5. vertantur, qui ab interna parte versus dorsū in vnam venā, *b*, coeunt, quæ porta [b] appellatur, quod per ipsam, quasi per portam feratur alimentū ad iecur: hæc statim [c] atq; ex iecinore prodit, obliqua descēdit versus sinistrū latus, & ab anteriori parte duos ramulos, *c*, profert, admodū tenues, qui in ceruicē vesicæ [d] fellis inseruntur: ipsamq; cōplexi, atq; in paruulos ramulos scissi in eius tunicā ex exteriori parte diuiduntur. Ab eadē priori parte venæ portæ aliquanto infra deriuationē prædictorū ramulorum deriuatur crassior alius ramus, *d*, versus dextrū latus, qui in ostiū [e] inferius ventriculi inserit; & nō nullos ramulos impertit parti eius exteriori versus dorsū; inde aliquantisper descendēs vena porta in duos truncos scinditur, *e*, inæquales, minor, *f*, ad sinistrū latus fertur, maior, *g*, ad dextrū. Atq; hic statim initio duplicē ramū profert, quorū vnus, *h*, per superiorē omenti membranā fertur ad fundū ventriculi, vbi in cōplures ramulos diuiditur; alter, *i*, pertinet [f] ad intestinū duodenum, & principiū ieiuni: deriuatur vterq; hic ramus interdū nō a dextro trūco, sed à tota vena porta, priusquā in dextrū, & sinistrū diuidatur. Horū igitur qui ad sinistrū, statim duos ramulos profert, vnū, *l*, à parte dextra ad inferiorem omenti [g] mēbranā, & ad eā partē coli intestini, quę inde transit, alterū, *k*, à sinistra, qui in aliquot ramulos diductus, progreditur ad dextrā partē ventriculi, versus dorsum, & vlterius deinde aliquot ramulos, *m*, à dexrro latere impertit glandulis interna membrana omēti contentis. Idē minor truncus obliq; descendens, insignē venā, *n*, profert, à sinistro latere; quæ versus dorsum sub ventriculo procedens ipsi inseritur: maximaq; est inter oēs eius venas: vtrinq; autē ramū, *o*, in multos diuisū impertit posteriori parti ventriculi, quà dorsū attingit; vnde per eandē ventriculi partē ascendēs superius [h] eius os amplectitur: circa quod reflectitur, *p*, *q*, versus partē posteriorē, ramulos vtrinq; proferens, qui partim descendūt per vētriculū; partim ascēdunt ad gulā, quà cū vētriculi ore cōmittitur; sed & ramulū, *r*, profert à parte dextra, qui per posteriorē partē oris ventriculi descendens vsq; ad fundū, amplectitur os ipsius inferius in aliquot ramulos diuisus, in anteriorē, & posteriorē partē ipsius tēdētes: huic insigni venæ, q̃ à minori trunco portæ a sinistro latere oriri diximus, alia mediocris, *s*, subiicit, q̃ ab eodē sinistro ramo orta deorsū fertur ad inferiorē omenti mēbranā; sed statim atq; à trunco recessit, in duos ramos scinditur, valde inter se diductos; qui rursus in plurimos ramos diuiduntur; descēduntq; ad inferiorē mēbranā omēti, & ad G
colū intestinū, quà per hanc cū dorso nectitur, quasi per mesenteriū; minor trūcus, postquā ab eo deriuatæ sunt venæ iā dictæ diuiditur, *t*, in duos ramos, atq; hi in alios duos, & hi rursus in alios, ac deinceps in multos, qui inferiori mēbrana omenti fulti ad interiorē, *α*, lienis partē ferūtur. Cęterū ramus, *q*, ad inferiorē lienis partē ꝓgreditur, priusquā in tot ramulos diuidatur venā, *u*, profert, q̃ duob. ramis ꝑ inferiorē omēti mēbranā distribuitur: à ramo ēt sublimiori, priusquā in lienē distribuatur, ꝓpago, *x*, nascitur, q̃ ĩ fundū vētriculi a parte sinistra ꝓgreditur, multosq; ramulos [i] tū vētriculo, tū superiori mēbranę omenti impertit; a ramo etiā *q* ad inferiorē lienis partē fertur, alia propago, *z*, nascitur, q̃ proximæ respōdet, & ad dextrā ventriculi partē vergit; vtraq; aūt tā dextra, quā sinistra propago multos ramulos profert versus priorē, & posteriorē ventriculi partē; multos etiā distribuit omēto, à parte priori, interdū [k] ēt euenit, vt tā à superiori, quā ab inferiori ramo ad lienē tendēte, nascatur alia vena parua, quæ in vētriculū inseritur, cū aliis venis, a quib. neq; colore, neq; distributionis mō diffidet. At grandior, ac dexter truncus ad intestina progreditur, statim aūt vbi omētū attingit, in tres ramos, *β*, diducitur, qui in ramulos quam plurimos inter mesenterij mēbranas scissi posteriorē intestinorū partem mesenterio nexam cōplectuntur; ieiuni [l] videlicet, tenuis, cæci, & coli ēt a dextro latere, vbi H
cū iecinore, ac renib. iungitur. In quot autē ramos diuidātur, difficile est explicare; præsertim cū non eodem modo habeāt in oīb. A tertio ramo qui impertitur sinistro lateri mesenterij, oritur vena, *γ*, insignis, quæ inseritur in eā mesenterij partē, quæ cū dorso nectit intestinū colū; pertinetq; a liene ad intestinū rectū; inde alios ramulos, *δ*, profert, ad eā coli partem, quæ a sinistro latere ventriculi ad intestinū rectū procedit. Idem tertius ramus a sinistro latere grādior obliq; procedit inter duas membranas mesenterii, transitq; sub colo vsq; ad initiū recti intestini, & inferiori eius parti multos ramulos distribuens, ad anum peruenit, quē vndiq; multis ramulis complectitur, *ε*. Tres prædicti rami licet in intestina diuidantur ramis penè infinitis, plures tamen impertiunt [m] gracilib. quā crassiorib. quanto. n. intestina magis accedūt ad ventriculū, tantò plurib. uenis continentur; a quib. iecur magis succū attrahit, quā ab inferiorib. Vena igitur porta hoc pacto distribuitur, pręcipuè autē ad id cōstituta est a natura, vt per ipsā, [n] tāquā per canalem feratur succus concoctus ad iecur: sed & alimentum, quo nutriuntur intestina, [o] mesenteriū, omentū, vētriculus, quod ēt in iecinore redundat crassum, per [p] eā fertur ad lienem, & quod in liene, ad imum recti intestini, vbi uenæ sanguinem [q] fundunt melancholicum.

Tab. 23. fi. 1.

a Ga. li. de vena. diss. c. 1.
b Ga. li. 4. de vsu p. c. 2. & li. de venar. dis. c. 1.
c Ga. loco citato.
d Gal. li. 5. de vsu pa. c. 8.
e Ga. li. de venar. dis. c. 1.
f Gal. li. de venar. dis. c. 1.
g Ga. ibid.
h Ga. li de venar. dis. c. 1.
i Gal. li. de venar. diss. c. 1.
k G. lib. de venar. dis. c. 1.
l Gal. li. de venar. dis. c. 1.
m Gal.
n Gal. li. 4. de vsu p. c. 2. & lib. de ven. dis. c. 1.
o Ga. 3. de nat. fac. c. 13.
p Ga. li. 16. de vsu pa. c. 14.
q Ga. li. de Atrabile c. 4.

A

De Origine venæ cauæ à iecinore, & eius progreßu ad iugulum. *Cap. VIII.*

VT à caua iecinoris parte vndique oriuntur rami, qui venam portam conſtituunt, ita à a gibba, *a*, qui cauã: a, tendunt hi in interiora verſus medium, vbi inter ſe paulatim iungũtur, ita vt tandem ex pluribus paruis fiat vna magna vena, *b*, quæ à ſuperiori iecinoris parte verſus dorſum prodiens, leniter b inpreſſa eſt, in ſubſtantia iecinoris; per quam ſi ſtilus demittatur, à ſuperiori ad inferiorem partem penetrare poſſit, nullibi iecur attingens: perüia ẽt eſt vena caua in iecinoris ſubſtantiam; ab imo duobus paruis foraminibus, *c*, tum duobus magnis, *d*, a ſummo, & plurib. alijs admodum exiguis, *e*, in medio: inter vtraque, hæc non ſtatim diuiditur in duos truncos; quemadmodum arteria magna, cum ex corde exit; neque grandior eſt ad lumbos, quam vſque ad cor: ſed vno perpetuo trunco ſurſum, & deorſum procedit: agemus ante de eius proceſſu ad partes ſuperiores; dein ad inferiores: ſuperior c igitur pars venæ cauæ aſcendens, perforat dextrum latus ſepti tranſuerſi, tranſitque per partẽ, quæ ibi proxima eſt, inuolucri cordis, vbi d aliquot ramulos, *f*, profert, qui partim in ſeptum tranſuerſum, B partim in cordis inuolucrum diuiduntur; at vbi hanc partem ſuperauit; inclinat aliquantiſper primo uerſus latus dextrum, deinde verſus ſiniſtrum; & iuxta ſummã partem dextri lateris cordis magno oſtio, *g*, patet in ſiniſtro ſuo latere, quod reſpondet dextro ventriculo cordis, ſicque dextra ala cordis committitur e cum priori parte venæ cauæ; ſed a poſteriori parte eius inſignis ibi deriuatur ramus, *h*, qui procedẽs verſus partem cordis poſteriorem, ac ſiniſtrã, quaſi corona amplectitur eius baſim, f aliquot ramulos impertiens cordi vniuerſo vſque ad mucronem: hi tanto craſſiores ſunt, quanto propoſitus ramus, vnde naſcuntur, craſſior eſt; quamobrem craſſiores ſunt à latere ſiniſtro, quam a medio inter vtrumque ventriculum: propoſito ramo interdum alter, *i*, reſpondet; ſed minor qui oritur à priori parte venę cauæ; & per priorem cordis partem fertur. Vbi vena caua ex corde exceſſit, atque eius inuolucro fit aliquanto tenuior, & ſurſum fertur, tendens ſuper magnam arteriam, nõ proxime ſuper dorſum: ſtatim autem vbi pulmones lateris dextri, ac ſiniſtri per venas, & arterias inter ſe coniunguntur, venam, *l*, grandem à dextro latere profert, quæ à tertia thoracis vertebra ſtatim deſcendit, per dextrum latus iuxta corpora vertebrarum thoracis, donec aliquot lumborum vertebras attingat: appellatur hæc vena ſine g coniuge, cum nulla ipſi reſpondeat a latere ſiniſtro: ſcribunt h nonnulli ipſo initio, quo vena hæc deriuatur a caua, membranas ita ſitas eſſe, vt C permittant ſanguinem a caua ad hanc fluere; non tamen reuerti ad eandem quod tamen potius deſideratur quam cognoſcitur: profert vena ſine coniuge ramos, *m*, aliquot, qui nouem coſtis inferioribus, inter quas feruntur, alimentum præbent: pertinent autem inter coſtas veras, vſque ad cartilaginem, ſed inter ſpurias, vltra cartilaginem progrediuntur ad muſculos abdominis; & in progreſſu aliquot ramulos, *n*, vicinis partibus impertiunt. Deriuantur & ab eadem vena ſine coniuge parui alij rami, per quos alimentum fertur vertebris, medullæ, & muſculis, apud quos tranſeunt; tum alij qui in ſeptum, i quod thoracem in longitudinem diuidit, iuxta dorſum inſeruntur; interdum etiam vena ſine pari ramum alium producit, qui in plures ramulos diuiditur in ſpacium inter tres coſtas, *a*, primas, *b*, & membranam, quæ eas ſuccingit, ad nonam etiam thoracis vertebram oriuntur interdum a vena ſine coniuge rami aliquot, qui vertebris, & partibus quę iuxta ſunt, diſtribuuntur. De qua diſtributione † illud ſcire oportet, quod exit vena ſine pari ex ſepto tranſuerſo ad partes inferiores diuiſa in partem dextrã, I, ac ſiniſtrã, H, ad latera vertebrarum, qua ſeptum tranſuerſum committitur, ita vt nullibi ipſum perforet; ſiniſtra pars circa tranſuerſos vertebrarum proceſſus ſub ſepto tranſuerſo deſcendens, & ſub initio ſexti muſculi femur mouentis latens, vno, vel plurib. ramis cum emulgẽte vena ſui lateris coit. H, ſiue in parte ſuperiori; ſiue in poſteriori, quamquam terminatur interdum in ramum, qui ab emulgente ortus ad inferiores partes progreditur, ita vt nil mirum ſit, ſi D ſucci, qui laterum inflammationem faciunt, cum vrina interdum purgẽtur; cum faciliorem, & breuiorem tranſitum habeant, quam ſi per cauam, & dextram cordis auriculã tandẽ ad emulgentem ferrentur. At dextra pars, I, venæ ſine pari tecta membranis ad proceſſus tranſuerſos vertebrarum latens, ſub dextro initio ſepti tranſuerſi, ac ſexti muſculi femur mouentis deorſum fertur vſque ad tertiam vertebram lumborum, vbi committitur, 8, cum ramo, ϖ, orto à vena caua paulo infra initium emulgentis; tum deſcendit cũ aliquot venulis à vena caua profectis per lumbos; ſed potiſſimũ coit cum inſigni ramo, k, qui ad vltimam lumborum vertebrã deriuatus ab eo magno ramo venæ cauæ, qui fertur ad femur, ſurſum aſcendit ad latera. Coniunctio hæc frequentior in dextro latere reperitur, ſicuti altera cum emulgente in ſiniſtro, ita vt colligere ex hac liceat ſectionem venæ crurum ob eiuſmodi conſortium ad affectus conferre ſuperiorum partium, ac thoracis.

Tabul. xxiij. figur. ij. iij.

a Gal. li. de venar. diſſ. c. 2. & l. de for. fœtus c. 3. & 4. de vſu p. c. 2.

b Ariſt. li. 3. de Part. anim. c. 4.

c Gal. lib. de venar. diſſ. c. 2.

d Ga. ibid.

e Ga. li. 6. de vſu p. c. 4.

f G. li. 6. de vſu p. ca. 1. & lib. 3. de nat. fac. c. 15.

g Gal. li. 2. acu. cõ. 10.

h Amatus Luſitanus lib. centuriarum.

i Gale. li. 2. acu. cõ. 10.

† Figu. 1. tab. 22.

I Figu. 1. ta. 22.

H Fig. 1. tabu. 22.

H Fig. 1 tabu. 22.

I Figu. 1. tabu. 22.

8 Fi. 1. tab. 22.

ϖ Fi. 1. ta. 22.

k Fi. 1. tab. 22.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XXIII. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XXIII. FIG. I.

I *Ostendit diſtributionẽ uenæ portæ in oẽs partes quæ ſub abdomine continentur.*

aaaaa Referũt hæ notæ iecoris fig. vnà cũ ramis venę portæ q̃ per ipsũ diuidũt.

1.2.3.4.5. Quinque præcipui rami, in quos partitur hęc vena, vt iecinoris ſubſtantię diſtribuatur.

b Truncus venæ portæ cum primum ex hepate egreditur.

cc Duo ramuli bilis veſicæ impertiti.

d Vena poſteriorem fundi ventriculi ſedem, ac inferius oſtium amplectẽs.

e Diuiſio venæ portæ in duos truncos inæquales, quorũ ſiniſter, & minor notatur, *f*, dexter, & maior. *g*.

fg

h Ramus qui a dextro ramo nuper dicto ortus, fertur ad ſiniſtrũ latus fundi ventriculi ramulos impertiens dextro lateri ſupioris mẽbranæ oměti.

i Alter ramus, qui ad duodenũ inteſtinum, & ieiuni initium pertinet.

k Vena, quæ ad dextrum latus poſterioris ventriculi ſedis procedit.

l Vena quæ ad dextrum latus interioris mẽbranæ omenti procedens ramulos impertit colo inteſtino hac parte tranſeunti.

m Ramuli ſiniſtri trunci, qui ad interioris membranæ omenti glandulas p̃tinent.

n Inſignis vena, quæ inter dorſum, & vẽtriculũ delata, vnũ vtrinq; ramũ p̃fert notatũ, *o*, *o*, qui in poſteriorẽ vẽtriculi ſedẽ inſeruntur; dein prædicta vena verſus ſtomachũ aſcẽdẽs, circa ipſum reflectitur, vbi *p*, &, *q*.

oo

pq

r Ramus venæ amplectentis os vẽtriculi, qui per eum obliq; procedens ipſius fundo ramulos ĩpertit, dein vlterius procedens, diſtribuitur priori, & poſteriori ſedi eiuſdem.

s Mediocris vena, q̃ impertitur interiori omenti membranæ, & colo inteſtino, qua ventriculum attingit.

t Ductus ſiniſtri trunci cum primum ad lienem accedit.

u Vena, quæ in ſiniſtrum latus interioris membranæ omenti diuiditur.

x Ramus ſublimioris venæ lienem petẽtis, qui ſiniſtro ventriculi lateri impertitur.

z Vena ſiniſtrum latus fundi ventriculi petens, quæ complures producit ramulos, ad ventriculum, & exteriorẽ omenti membranam pertinentes.

ααα Oſtendunt hæ notæ ductũ venarũ per lienis ſubſtantiã, tum eiuſdẽ figurã.

ββ Diuiſio dextri trũci venæ portæ in meſenterium.

γ Vena, quæ colo inteſtino impertitur, qua cum dorſo nectitur.

δδ Eadem vena, quæ ſub recto inteſtino procedens ramulos profert, qui anũ amplexantes conſtituunt venarum orificia ſanguinem fundentia, quę. Hęmorrhoides appellãtur, notãtur autem εεε.

εεε

FIG. II. & III.

II *Figura oſtendit Truncum venæ cauę apertum, qua à gibba iecinoris parte enaſcitur; cuius figuræ literas, cũ & III. quoq; figuræ cõmunes ſint, in ea adnotauimus.*

III *Figura oſtendit progreſſum venæ cauæ à iecinore ad iugulum.*

Literarum autem hæc ratio eſt.

a Rami, qui à gibba iecinoris parte enati venam cauam conſtituunt.

b Truncus venæ cauæ aſcendentis.

c 2. Duo parua foramina ab imo venæ cauæ quæ in iecinoris ſubſtãtiam per uia ſunt.

d 2. Duo magna foramina à ſummo eiuſdem venæ in iecinoris ſubſtantiam ſimiliter peruia.

e 2. Exigua foramina in iecinoris ſubſtãtiam peruia.

f Rami venæ cauæ ad ſeptum tranſuerſum & cordis inuolucrum pertinentes.

g Oſtium venæ cauæ, quod dextro cordis ventriculo reſpondet.

h Inſignis ramus a poſteriori parte dicti oſtij venam coronariam efficiens.

i Alter ramus a priori parte, qui nuper dicto reſpondet.

l Vena ſine coniuge.

m Rami, qui à vena ſine coniuge impertiuntur nouem inferiorib. coſtis.

n Ramuli, qui à ramis venæ ſine coniuge inter coſtas procedentibus vicinis partibus impertiuntur.

† Figur. 1. tab. 22. Diuiſio venæ ſine coniuge ad nonam thoracis vertebrã.

H Fig. 1. tab. 22. Dexter ramus nuper dictæ diuiſionis.

I Fig. 1. tab. 22. Siniſter.

De

TABVLA XXIII.

I



II

III



E

De Venis quæ à iugulo sursum feruntur. Cap. IX.

a Gal.li.de ven. disse. c.2. & 2.a-cuto.com. 10.
b Gal.li.6. de vsu par. c.4

SEd reuertamur ad venam cauã,quæ postquam venam sine coniuge protulit, ascendit [a] ad iugulum, fulta membranis thoracem diuidentibus, & glandulis, b quæ ibi sitæ sunt; ex vtrisq; enim fit quasi stabilimentum ad deriuationem ramorum, qui inde deducuntur. Siquidē vena caua ibi primò in duos grandes ramos,*a*,partitur, à quibus oriuntur venæ omnes, per quas fertur sanguis ad caput,ad brachia, & ad musculos aliquot supra vmbilicum. Ab vtroque duorum ramorum statim atque inter se diducti sunt,nascitur interdum ramus,*b*,vnus valde tenuis,qui descendens iuxta radices costarum vsque ad tertiam,aliquot ramulos impertit spacio medio, nunc inter binas costas, nunc inter ternas, quamquam hic ramus interdum ex caua proficiscitur, priusquam diuidatur in duos grandes ramos iam dictos; plerisque tamen non reperitur, quod spacia inter primas costas alimentum alliciant à vena sine coniuge. Verum à priori parte venæ cauæ,qua diuidi incipit in duos truncos,vtrinque nascitur vena,*c*,quæ interdum etiam oritur à ramis grandioribus venæ cauæ iam diuisæ;interdum etiam non duplex vena,sed vna inde nascitur, quæ diuiditur in duas; vtraque autem vndecumque oriatur, versus sublimiorem partem ossis pectoris descendit vtrinque ab ipsius latere;procedensq; sub ipso pectoris osse, iuxta costarum cartilagines, multos ac varios ramulos impertit membranis thoracem diuidentibus: descendit igitur ad spacia inania cartilaginum,septem primarum costarum,& ramos distribuit musculis tegentibus pectus;tum aliquot etiam mammillis. Egreditur deinde vtraque à suo latere;iuxta cartilaginem scutiformem,& per musculos rectos abdominis,vsque ad dimidiam ipsorum partem progreditur,aliquot ramulos vicinis locis impertiens; quorum præcipuus vsque ad ventris cutem procedens descendit apud fines cartilaginum costarum, diuiditurq; in venulas capillorum modo tenues, ita vt vix sensui subijciantur. Extremæ autem partes harum venarum iunguntur cum extremis partibus illarum,quæ à diuisione venæ cauæ ad os sacrũ deriuatæ ascendunt ad rectos abdominis musculos.

Ta.24. fig. 1.

F

c Gal.li.de ven.dissec. c.2
d Vesalius lib.2. c.7.
e Gal.li.de ven.dissec. c.2.

At vbi ad iugulum bipartita est iam vena caua,grandis vterque ramus tendit [c] versus brachium sui lateris,sub iugulum iuxta primam costam,vsque ad alam,quo cum peruenit,& non ante(vt nonnulli d voluerunt)diuiditur in duos ramos. Verum à sublimiori parte vtriusque grandioris rami,priusquam diuisus ex thorace prodeat,nascitur vena, *e*,non exigua,quæ obliqua versus posteriorem partem fertur ad processus [e] à lateribus vertebrarum ceruicis,per quos ascendit vsque ad finem secundæ vertebræ,prius tamen musculis ibi existentibus, & medullæ ramulos,*f*,impertiens.At vbi supra processum transuersum septimæ vertebræ ascendit, ramum,*g*,grandem transfert ad sinum in ceruice collocatum,duo enim sinus,*h*,sunt,vtrinque vnus à lateribus medullæ ceruicis intro tendentes per corpora vertebrarum, ex dura membrana confecti,& sanguinem continentes,non secus atque illi, qui intra caluariam deprehenduntur.Incipiunt enim à commissura capitis cum prima vertebra, & feruntur vsque ad septimam ceruicis;deriuantur ab his sinibus ramuli,*i*,ad medullam spinæ,& partes vicinas. Inter dextrum,& sinistrum sinum consortium quoddam est per canaliculum, *l*,qui ab vno ad alterũ transit,plerunque iuxta eam regionem,vbi secũda vertebra ceruicis committitur cum tertia. In superiorem partem vtriusque sinus penetrat vena, *m*,profecta à fonte illo,qui ex dura mēbrana constans vtrinque residet in caluaria;& proprie iuxta foramen,vnde exit sextum par neruorum à cerebro emanantium:ibi enim os occipitij & temporum excauatum est eatenus vt eum fontem contineat,a quo vtrinque proposita vena oritur, & statim egreditur per foramen paruum in osse occipitij constitutum vtrinq; à lateribus magni illius per quod spinæ medulla,*n*,descendit; vbi autem ex caluaria vtrinque egressa est vena super primam vertebram ceruicis reflectitur,& ad initium sinus à suo latere tendit,ita vt in eodem finiatur,& simul aliquot ramulos,*o*,impertiat posterioribus partibus ceruicis. Sed redeamus ad propositam venam:hæc ad eundem sinum alium ramum,*p*,mittit,cum supra sextam vertebram venit, & rursus alium,cum supra quintam,& ita deinceps vsque ad secundam; verum cum propè primam peruenit,id totum quod ex ea restat,partim ad dictum sinum fertur,partim in posteriores partes ceruicis diuiditur,*q*,neque primam vertebram attingit, ne dum in caluariam penetret, in ipso etiam itinere dum ascendit à septima ad secundam vertebram, nō modo sinui ramos impertit,sed posterioribus quoque musculis,*r*,ceruicis,qui rami cum aliis iunguntur, à sinu duræ membranæ cerebri ex caluaria profectis. Ab eodem grandi ramo vtriusque lateris, priusquam ex thorace prodeat,altera vena,*s*,nascitur a posteriori parte, quæ per musculos ceruicis inferiores, & sublimiores thoracis, & per musculos capitis distribuitur: perforat deinde grandis ramus secundum musculum ex mouentibus dorsum, atque inde transit versus alam propè glandulas duos ramos proferens;quorum qui a priori parte nascitur,tendit per musculos ab osse pectoris,& costis vsque ad brachium,& scapulam,& in mulieribus vsque ad mammillas. Nascitur & mediocris vena, V, modo ab eodē priori ramo,modo à vena iecinoris,paulo inferius versus alam,quæ obliquè per latus pectoris descendēs, diuiditur in musculum flecten-

G

H

V Fig. 1. t.22.

A ctentem brachium verſus partem poſteriorem:profert autem plures ramos, inter quos terni, aut quaterni iunguntur cum tribus,aut quatuor ramulis venæ ſine coniuge; vnus autem inter tertiam,aut quartam coſtam;alter inter quartam, & quintam ; tertius inter quintam, & ſextam;quartus inter ſextam, & ſeptimam tranſiens per foramina muſculorum , qui inter coſtas ſunt,coit cum ramis venæ ſine coniuge,qui à poſteriori,κ,diſtribuitur per muſculos occupantes ſinum ſcapulæ,multoſque ramos vicinis muſculis impertit;interdum & venulam transfert ad muſculum demittentem brachium ad partem poſteriorem;transfert & paruos ramulos ad glandulas,& membranulas [a] alarum,atque internam brachij partem . At vbi vterque grandis ramus ex cauo thoracis egreditur,adhuc ſub muſculo caput antrorſum inclinante, duas profert venas:prior,quæ magis ſpectat ad [b] partẽ interiorem,dicitur iugularis interna, x; altera quæ magis ad exteriorem,iugularis externa,y;quod iuxta iugulum vna ab interna , altera ab externa parte oriatur.Interna [c] cum primum oritur,cum arteria carotide,& neruo ſexti paris à cerebro emanantis iungitur;tectaque muſculis,primò ramum, ζ, impertit proximis glãdulis,ac gulæ:præterea alterum,α,muſculis gutturis ſuperioribus;dein tertium, β,profert maiorem,qui diuiditur in muſculos à poſteriori parte,atque à lateribus gutturis collocatos , tum in eos,qui ad os hyoides pertinent,atque in cutem menti,ſub quo ex vtriuſque lateris ra

B mulis in vnum coeuntibus, γ, vena vna, δ, fit,quæ ad iugulum deſcendens,in ipſum vtrinque, atque eius membranas diſtribuitur. Ab eodem inſigni ramo deriuantur venæ, ε, ad muſculos ſitos ad latera linguæ:maiuſcula,ζ,item alia quæ ad maxillæ angulum inferiorem,ac poſteriorem pertinens,in duas rurſus venas diuiditur,η,quarum vna, θ, per genas ſurſum fertur ad angulum oculi internum,in itinere ramulum,ι,impertiens naſo à ſuo latere,qui in duas etiam venulas diuiditur:nam altera ad eius cartilaginem , altera ad foramen internum ſui lateris fertur;ſed cum vena,vnde hæ deriuantur , ad internum oculi angulum peruenit,magna ex parte in cauo oculi per muſculos,& membranam diuiditur,κ.Sed quod reliquum eſt, λ, procedit ad ſupercilium;iunctumque μ cum reliquo alterius lateris per medium naſum à ſummo ad imũ deſcendit;ſed fronti etiam aliqua ex parte diſtribuitur,ν;vbi ex vtriuſque lateris ramulo , recta vena,ξ,in fronte conſtituitur;ita vt quod reſtat,non ſolum ad ſupercilium,ſed ad frontem feratur.Altera vena,ο,in quam maiuſculam illam diuidi oſtendimus,aſcendens,complures venulas profert,quarum vna,π,ſub maxilla in os ingreſſa diuiditur in muſculos ſitos à lateribus linguæ,& in itinere ramulum,ρ,per maxillæ foramen,vna cum ramulo nerui, & arteriæ dentiũ radicibus præbet.Altera,σ,maſſiterem muſculum alit. Tertia,τ,cum arteria ad tempus aſcendens,ad anteriorem radicem auris in crotaphitam muſculum diuiditur . Quarta,υ,cum ramulo iugularis externæ iuncta,vnam venam efficit , cuius diſtributionem mox ſubijciemus , qua de ramis iugularis externę;Sed quod reliquum eſt,φ,totius internæ,quod planè dimidium eſt,

C aſcendens ad capitis baſim à poſteriori parte in caluariam penetrat ad fontem ſinuum , qui ex dura membrana conficiuntur;tranſit autem per foramen eius cauſa inſculptum ; partim in duriori oſſe temporum,partim in oſſe occipitij,per quod ſextum neruorũ par à cerebro egreditur.Iugularis externa ſtatim ipſo initio ramulum,χ,exigit,qui cum grandi ramo venæ cauæ ad alam tendente prope coniungitur;pergit autem ſub iugulo ad muſculos,qui ſub ſcapula teguntur;tum ad ſummum humerum,& partes,quæ iuxta ſunt,in quas diuiditur interdum venulas aliquot mammæ impertiens;quæ alioquin ali ſolet à grandi ramo venæ cauæ . Hoc ramulo deriuato,externa iugularis exit ex muſculo,caput ad thoracem adducente,ſub quo latebat ; aſcendenſque venas,ψ,complures diſtribuit collo vniuerſo, & eius cuti vſq; ad proceſſum mamſtoidem,vbi diuiditur,ω,in duas venas:poſterior,A,per partes poſteriores auris, & proceſſum maſtoidem diſtribuitur:anterior,B,coniungitur cum illo ramo iugularis internæ,quem poſtremum retulimus,ita vt ex vtriſque vena vna fiat,quæ ſtatim duos ramos [d] producit; prior, C, fertur ad iuncturam maxillæ,& muſculum eius,in ore abditum,atque ad aurem per foramen, quod ad ipſam ſpectat . Situm autem eſt ſub ima aure verſus partem anteriorem . At fertur etiam ad [e] fauces internas:poſterior,D,in poſteriorem auris partem diuiditur.

a Ga. li. de uen.diſſec. 2.
b Gal.li.de uen. diſſe. c. 7.
c Gal.ibid.
d Gal.li.de uena.diſſe. c. 7
e Gal ibid.

D *De diſtributione venarum quæ in caluariam penetrant.* Cap. X.

Ta. 24. fig. 3.4

POſtquam reliquos omnes ramos protulit,adhuc dimidia remanens vena iugularis,a,interna,per foramen,quod partim in duriore oſſe temporum,partim in proceſſu lambdoide occipitij ſitum eſt,in caluariam ingrediens,definit in proximum fontem, b, illorum ſinuum , qui ex duplicata membrana confecti διπλόαι, ſiue διπλόεις , [f] à Galeno dicuntur:eius diſtributionem facile intelligemus,ſi ſinus,qui ex dura membrana duplicata in caluaria conficiuntur,exponamus : ab illis enim venæ in omnes particulas caluaria contentas diſtribuuntur, & ad ſinus vtrinque in ceruice ſitos:octo igitur ſunt ſinus propoſiti,quorum hæc ratio eſt;quod dura membrana,qua cauum attingit,quod partim in duriori proceſſu oſſis tẽporum,partim in proceſſu lambdoide oſſis occipitij effictum eſt,duplicatur; [g] & ibi quaſi fontem, b, efficiat,a quo prædicti ſinus ex membrana duplicata emanant.Primus,c,& ſecundus,d, vterque à ſuo latere procedunt,ſub cerebri baſi per proceſſum lambdoidem oſſis occipitii, ea de cauſa ſinuatum

f Gal. li.9. de anatom. adm.c.1.
g Gal. li. 9. de anato. admin. c. 1. & Gal.li.9. de vſu par. c.6.

ad

ad glandulam in osse sphenoide contentam; Tertius, *f*, & quartus, *g*, oriuntur vtrinque vnus à E
fonte, qua ad summum duri processus ossis temporum perueniens, *h*, angustior redditur; ibi
enim perforata dura membrana deorsum in priorem cerebri partem per dorsum duri proces-
a Gal. li. 9. de vsu par. c. 7 sus feruntur ad a eandem glandulam in osse sphenoide collocatam, vbi cum duobus primis
coeunt. Quintus, *i*, & sextus, *l*, ab eodem fonte, qua ad summum duri processus ossis tempo-
rum peruenit, oriuntur, vnus à dextro, alter à sinistro latere, & ossi interius inhærentes, pro-
grediuntur vsque ad eam sedem, vbi duo latera lambdoidis inter se coeunt, ibi dexter sinus
b Gal. li. 9. de anato. admi. c. 1. & lib. 9. de vsu par. c. 6. cum sinistro coit, & maiorem quendam sinum, *m*, efficit, qui quasi torcular, seu lacus ληνὸς b ap
pellatur; ab hoc lacu septimus, & octauus sinus incipiunt, similiter à dura membrana duplica
ta constituti. Septimus, *n*, longior est, & sub caluariam, ac proprie sub suturam, quam sagitta-
riam dicunt, antrorsum progreditur vsque ad octauum os caluariæ, vbi instrumenta olfactus
diducuntur. Octauus, *o*, à lacu iam dicto descendens, recta tendit ad priorem cerebri partem,
c Gal. li. 9. de vsu par. c. 7. Gal. li. 9. de anat. adm. c. 3. & 5. nihil ascendens, aut descendens donec ad glandulam conarion c perueniat, sitam in extre-
mo tertio ventriculo cerebri inter eas cerebri partes, quæ clunes repræsentant. Deriuantur ab
his sinibus rami ad duram, & tenuem membranam cerebri: à primo enim & secundo sinu, an-
tequam inter se coeant, deriuantur venulæ, *p*, ad tenuem cerebri membranam; à fonte verò
priusquam sursum ascendat, vtrinque etiam oritur vena, *q*, quæ ad posteriorem partem ten- F
dens, per paruum foramen iuxta commissuram capitis cum prima vertebra egreditur ad cer-
uicem, vbi partim in eius sinum desinit, partim coniungitur cum alijs venis. Ab eodem fonte
postquam ad summum dorsum durioris processus ossis temporum peruenit, venæ, *r*, oriuntur,
quæ per lambdoidem suturam iuxta processum mastoidem exeunt ad posteriorem partem au
ris, diuiduntur que in cutem, & partes ibi collocatas, & cum externis venis ascendentibus in
terdum coeũt. A tertio, & quarto sinu venulæ, *s*, oriuntur propè glandulam, *t*, in sphenoide col
locatam, quæ per tenuem cerebri membranam diuiduntur; vbi autem ad se accedunt tertius,
& quartus sinus, venulas, *u*, transferunt ad varia ossium caua, & proprie ad oculos. Ab omni-
d Gal. li. 9. de vsu par. c. 6 & 7. bus d autem sinibus venæ, *x*, ad plexum choroidem, ad substantiam cerebri, ad neruos, & spi
næ medullam in vniuersum transferuntur: à quinto enim, & sexto illi, *y*, oriuntur, qui tendunt
e Gal. li. 9. de vsu pa. c. 5 ad duram membranam tegentem e posteriorem partem cerebri, ipsamq; separantem à prio
ri. A septimo sinu multi vtrinq; etiam rami proficiscuntur ad tenuem membranam tegentem,
& amplexantem vtranq; partem anterioris cerebri; qui in ramos valde tenues diuiduntur; na
scuntur & à parte inferiori huius septimi sinus rami, *z*, aliquot, qui distribuuntur per eam par
tem duræ membranæ, quæ dextrum cerebri latus separat à sinistro. A sublimiori parte eiusdẽ
septimi sinus, aliqui etiam ramuli, *α*, tenuissimi deriuãtur, qui cum venis ascendentibus, & per G
cutem ingredientibus in caluariam foraminibus ad eũ vsum institutis coniunguntur. Exeunt
& ab octauo sinu cõplures venulæ inter se similes; statim enim vt peruenit ad eas cerebri par
tes, quæ clunes repræsentant, aliquot ramulos, *β*, profert, à parte sublimiori duræ membranæ,
qua dextram cerebri partem à sinistra diducit, à quibus alij, *γ*, quoque in progressu suorum la
terum deriuantur, ad duram membranam cerebrum posterius amplectentem; in itinere etiã,
dum perueniat ad instrumenta olfactus, hic octauus sinus aliquot ramulos distribuit sublimio
ri parti duræ membranæ. Nascuntur ex eodem à lateribus duæ aliæ venæ, *δ*, vtrinque vna, quę
supra cerebri partem callosam per totum latus capitis procedit: in transitu autem aliquot ra-
mulos, *ε*, distribuens tenui membranæ, dextra per dextram partem, sinistra per sinistram pro-
greditur. Rursus ab inferiori parte octaui sinus, iuxta eam cerebri regionem, quæ testium ima
ginem refert, venulæ, *ζ*, aliquæ nascuntur, quæ distribuuntur per tenuem membranam cere-
brum amplectentem: harum nonnullę retrorsum feruntur per superiorem cerebri partẽ, non-
nullæ per inferiores anfractus; tendunt hæ ad eam cerebri partem, quam testes repręsentare
f Paulo ante. diximus, f & in interno ventriculo ibi miscẽtur cum plexu venarum, & arteriarum. A fine hu
ius octaui sinus, atque à parte humiliori qua cerebrum testium imaginem refert, vena, *η*, nasci-
tur, quæ recta progreditur super glandulam coni similitudinem referentem; testibusque inni- H
g Gal. li. 9. de anato. adm. c. 4. xa, sub tegmento tertij ventriculi cerebri; quod ψαλιδοειδὲς g nominatur, & in ventriculos in
feriores diuisa, ad priorem partem tertii ventriculi vtrinque progreditur, vbi plexum, *θ*, h re-
h Gal. li. 9. de vsu pa. c. 7. Gal. li. 9. de anat. adm. c. 3. fert, qui à similitudine chorii inuolucri fętus χοροειδὲς nominatur: huic venę, postquam incepit,
membranulæ aliquæ alligantur, quæ à tenui cerebri membrana ortæ, ipsos venæ ramulos am
plectuntur, & plexum choroidem sustinent: quamuis autem vtrinque vena simplex progre-
diatur, vbi tamen ad ventriculos peruenit, in multos tenues ramulos diuiditur, qui modo iun
cti, modo separati, retis speciem efficiunt.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XXIIII. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XXIV. FIG. I.

I *Figura hæc oſtendit progreſſum venarum iugularium ſupra iugulum.*

Characterum autem hæc eſt ratio.

a Diuiſio venæ cauæ ad iugulũ in duos grandes ramos.

b Vena quæ à dictis ramis enata, deſcẽdens iuxta radices coſtarum vſque ad tertiam aliquot ramulos impertit ſpacio medio.

c Vena,quæ à grandioribus ramis venæ cauæ fertur ſub oſſe pectoris ad rectos abdominis muſculos.

s Vena quæ à grandi ramo diuiſionis venæ cauæ apud iugulum diuiditur in muſculos ceruicis inferiores.

u Ramus, qui à poſteriori parte eiuſdẽ, diſtribuitur per muſculos ſinum ſcapulæ occupantes.

x Vena iugularis interna.

y Vena iugularis externa.

z Ramus, qui ab interna iugulari pertinet ad gulam,ac proximas glandulas.

α Alter ramus eiuſdẽ, qui fertur ad muſculos gutturis ſuperiores.

β Tertius ramus qui diuiditur in muſculos à poſteriori parte,atque à lateribus gutturis collocatos.

γ Coitus ramulorum vtriuſque lateris ſub mento.

δ Vena quæ ab his ad iugulum deſcendens,in ipſum vtrinque, atque eius membranas diſtribuitur.

ε Ramuli, qui à tertio ramo diuiduntur in muſculos ſitos ad latera linguæ.

ζ Alia vena maiuſcula, quæ ab eodem ramo ad maxillę angulum inferiorem ac poſteriorem pertinet.

η Diuiſio maiuſculæ venę in duas.

θ Vena, quæ a diuiſione maiuſculæ per faciem aſcendit ad angulum oculi internum.

ι Ramulus à nuper dicta vena ad naſum pertinens.

κ Diuiſio dictæ venæ in cauo oculi per muſculos,& membranas.

λ Eadem vena ad ſupercilium procedens.

μ Communis ramus ex vena vtriuſq; lateris qui per medium naſum à ſummo ad imum deſcendit.

ν Diſtributio eiuſdẽ venæ per frontem.

ξ Recta vena in fronte ex ramulo vtriuſque lateris conſtituta.

ο Altera vena ex diuiſione venæ maiuſculæ.

ϖ Venula,quæ ab hac vena deriuatur in muſculos ſitos à lateribus linguæ.

ρ Ramulus qui ab hac venula enatus per maxillę foramen ad dẽtium radices pertinet.

σ Altera venula, quæ ad maſſiterem muſculum fertur.

τ Tertia venula,quæ ad tempus aſcendens, ad anteriorem radicem auris in crotaphitam muſculũ deriuatur.

υ Quarta,quæ cum ramulo externæ iugularis coniungitur.

φ Reliquum iugularis internæ, quod in caluariam penetrat.

χ Ramus,qui ab externa iugulari pertinet ad muſculos,qui ſub ſcapula teguntur, ad ſummum humerum, & partes quæ iuxta ſunt.

ψ Complures venæ quæ ab externa iugulari impertiuntur collo vniuerſo, & eius cuti.

ω Diuiſio externæ iugularis in duas venas,ad proceſſum maſtoidem.

A Poſterior vena nuper dictæ diuiſionis quæ per partes poſteriores auris diſtribuitur.

B Anterior vena, quæ cum extremo ramo internæ iugularis coniungitur.

C Prior ramus communis venæ nuper dictæ,qui fertur ad iuncturam maxillæ,& muſculum eius in ore abditũ, atque ad aurem.

D Poſterior,qui ad poſteriorẽ auris partem pertinet.

FIGVRA II.

II *Figura monſtrat progreſſum venarũ, quæ tranſeunt per foramina tranſuerſorum proceſſuum vertebrarum ceruicis: eadem etiam oſtendit ſinus,qui ex dura membrana duplicata conſtituti, ſiti ſunt ad latera medullæ, quæ in vertebris ceruicis continetur.*

Literarum hæc ratio eſt.

e Vena,quæ tranſit per foramina tranſuerſorum proceſſuum vertebrarum ceruicis.

f Ramuli,qui à nuper dicta vena impertiuntur vicinis partibus.

Gran-

g Grādis ramus prædictę venæ qui pertinet ad sinū in ceruice collocatū.

h Duo sinus, qui à lateribus medullę ceruicis ex dura membrana confecti sanguinem continent.

i Ramuli, qui à nuper dictis sinibus deriuantur ad spinæ medullam, & partes vicinas.

l Canaliculus à dextro in sinistrum sinum penetrans.

m Vena, quæ à fonte sanguinis in caluaria contento descendit ad sinus ceruicis.

n Spinæ medulla.

o Ramuli, qui à paulò ante dicta vena pertinēt ad posteriores partes ceruicis.

p Rami, qui à vena transeunte per foramina transuersorum processuū vertebrarum ceruicis, pertinent ad sinus duræ membranæ.

q Reliquum nuper dictę venæ, quod diuiditur in posteriores partes ceruicis.

r Rami qui ab eadem vena impertiuntur posteriorib. musculis ceruicis.

x Vena iugularis interna.

y Vena iugularis externa.

z Diuisio venę cauę ad iugulum in duos grandes ramos.

FIGVRA III. IV.

Tertia & quarta figura monstrat distributionem venarum, quæ in caluariam penetrant.

a Vena iugularis interna.

b Fons sinuum, qui ex duplicata mēbrana conficiuntur.

c Primus sinus duræ membranæ.

d Secundus.

e Coniunctio sinuum ad sellam.

f Tertius sinus.

g Quartus.

h Progressus fontis ad summum durioris processus ossis temporum.

i Quintus sinus.

l Sextus.

m Maior sinus, seu lacus à quinto, & sexto sinu constitutus ad lambdoidem suturam.

n Septimus sinus. E

o Octauus.

p Venulæ, quæ à primo & secundo sinu deriuātur ad tenuem cerebri membranam.

q Vena quæ à fonte sanguinis ad summum dorsum durioris processus ossis temporum fertur extra caluariā.

r Vena quæ a fonte sanguinis ad summum dorsum durioris processus ossis temporum fertur per lamddoidem suturā iuxta processum mastoidem ad posteriorem partem auris.

s Venulæ, quæ à tertio & quarto sinu propè glandulam in sphenoide collocatam deriuantur ad tenuē membranam. F

t Glandula in sinu sellæ collocata.

u Venulæ, quæ deriuantur ad varia ossium caua & proprie ad oculos.

x Venæ, quæ a sinibus ad varias partes feruntur.

y Rami, qui a quinto & sexto sinu tendunt ad duram membranam tegentem posteriorem partem cerebri, ipsamque separantem a priori.

z Rami, qui ab inferiori parte septimi sinus pertinent ad eam partem duræ membranæ, quæ dextrum cerebri latus separans a sinistro, falcem repræsentat.

α Rami, qui a sublimiori parte septimi sinus iunguntur cum ramis in caluariam ingredientibus.

β Rami, qui ab octauo sinu impertiūtur sublimiori parti duræ membranæ, quæ dextram cerebri partem separat a sinistra. G

γ Ramuli, qui deriuantur ad duram mēbranam posterius cerebrum amplectentem.

δ Duæ venæ, quæ supra cerebri partem callosam per totum latus capitis procedunt.

ε Ramuli qui ab his venis impertiuntur tenui membranæ.

ζ Venulæ, quæ ab inferiori parte octaui sinus diuiduntur per tenuem membranam posterius cerebrum amplectentem. H

η Vena quæ a fine octaui sinus recta progreditur super glādulam conarion.

θ Plexus choroides.

TABVLA XXIIII.



Grandior vterque ramus poſtquam à vena caua iuxta iugulum diductus, venas iam Ta. 25.
propoſitas protulit, verſus brachium progreditur, *a*, & in duas venas ad alam diui fig. 1.
ditur, *b*; quarum ſublimior, & exterior vena, *c*, capitis, interior, & inferior vena, *d*, ie
cinoris vulgo nominatur; neque enim oritur vena iecinoris à iugulari externa: de vtriuſq; autem progreſſu per brachium nunc tractare operæpretium iudicamus. Ergo vena, *c*, capitis, ſtatim vt ad ſummum humerum peruenit, priuſquam ſub muſculo brachium attollen te abdatur, aliquot ramulos, *e*, cuti impertit; quorum præcipui non ſolum per eam diſtribuuntur, ſed in quibuſdam mulieribus tranſeunt etiam vſque ad mammillas; & aliquot ex illis venulis efficiunt, quæ liuidæ in ipſis apparent; quibus ramulis deriuatis abdita ſub muſculo attollente brachium progreditur inter internum eius latus, & chordam validam illius muſculi, qui brachium ad pectus adducit; apud quorum fines emergens deſcēdit tecta membrana carnoſa, verſus externum brachii latus; tranſitq; iuxta externum latus primi muſculi mouentis cubitum; impertiens aliquot ramulos, *f*, cuti, & priori parti dicti muſculi, qui partim recti, partim tranſuerſi deſcendunt, dum interdum iungantur in interna parte brachii cum ramis venę F
iecinoris. Cum primum autem capitis vena ad cubiti iuncturam aſcendit, modo in duos, modò in tres ramos diuiditur, *g*, in aliis æquales, in aliis inæquales: horum primus, *h*, qui pleriſque deeſt, verſus externam brachij partem deſcendit, & è regione cubiti finitur, diuiſus in aliquot ramulos ſub initijs muſculorum flectentium ſecundos, & tertios articulos digitorum. Alter ramus, *i*, maior eſt: hic vbi iam deriuatus eſt, oblique deſcendit verſus internum latus, vſque ad cubiti iuncturam, vbi per mediam regionem aliquantiſper progrediens vltra cubiti iuncturā, iungitur cum altero ramo, qui (vt mox dicemus) à vena iecinoris ortus, ſimul cum hoc venam conſtituit, *l*, quam communem, ſiue mediam appellant. Tertius, *m*, ramus aſcendit ſuper ſecundum muſculum mouentem radium, & paulatim oblique deſcendens, apud dimidiam radij partem verſus cubitum flectitur, vbi aliquot ramulos, *n*, & ipſi, & cuti, qua tegitur impertit; tum deſcendens verſus appendicem cubiti, ad primam palmæ partem miſcetur cum ramo venæ iecinoris, ita vt ex vtroque fiat vnus ramus, *o*, grandior, qui per primam palmæ partem tranſiens, & aliquot ramulos ſine ordine proferens prope minimum digitum, & eum qui proximus eſt, peruenit, vbi venam producit, quam ſaluatellam appellant, atque ita finitur diuiſus in digitum paruum, & eum qui paruo proximus eſt.

Vena iecinoris cum primum alam ſuperauit, in brachium ingreditur, condita inter muſculos humeri os amplectentes: præcipueque inter priorem partem primi muſculi extēdentis cubitum, & poſteriorem partem chordæ muſculi adducentis brachium ad pectus, inter partem G
poſteriorem muſculorum flectentium cubitum, in progreſſu ramulū, *p*, proferens ad initia muſculorum extendentium cubitum, è regione illarum venularum quæ feruntur ad glādulas; ſed & paulò inferius à poſteriori parte grandiorem ramum, *q*, producit, à quo deriuantur venæ aliquæ ad cutem, & externam brachij partem. Ab exteriori deinde parte venæ iecinoris oritur inſignis alius ramus, *r*, qui oblique deſcendit per poſteriorem brachii partem inter os, & muſculos cubitum extendentes, vſque ad externum tuberculum humeri, ibi autem ingreditur ſub initium muſculorum ab ipſo tuberculo naſcentium, quibus aliquot paruos ramos, *s*, impertiens, deſcendit per poſteriorem partem cubiti, cum quarto neruo ad brachium pertinente: hos igitur ramulos profert iecinoris vena, priuſquam detegatur, hoc eſt vſque ad muſculum adducentem brachium ad pectus, ibi autem in duos truncos quaſi æquales diducitur, *t*, quorū vnus, *u*, ſemper rectus procedit iunctus cum arteria & neruo ad brachium pertinente; deſcenditque inter duos muſculos flectentes cubitum iuxta commiſſuram aliquot ramulos, *x*, & illis impertiens, & membranis quoque tegentibus neruos. At poſtquam ex cubito exceſſit, ſtatim abſcondi incipit inter muſculos mouentes digitos, diduciturque, *y*, in duos ramos parum inter ſe recedentes, qui aliquot ramulos impertiunt muſculis apud quos tranſeunt: dein vnus cubito, alter radio inhærentes progrediuntur, vſque ad primam palmæ partem, & vna cum chor H
dis horum muſculorum ſub tranſuerſum ligamentum ex prima palmæ parte excedūt, diuiduntur que in internam partem digitorum in hunc modum. Ramus, qui radio inhæret, diſtribuit duos ramulos pollici, & vnum medio; ſed qui cubito, duos paruo digito, totidem proximo, & vnum medio; ab hoc etiam deriuatur paruula vena diuiſa in muſculos manus poſteriores: alter ramus, *α*, minimè abditus progreditur, ſed ſub cute procedit verſus tuberculum oſſis humeri, & paulò ſupra commiſſuram cubiti diuiditur, perinde ac vena capitis dum peruenit, *a*, ad ſublimiorem partem tuberculi, oſſis humeri; ſed ſupra cubiti commiſſuram in duos ramos diuiditur, *β*, quorum prior, *γ*, deſcendit ſub cutem vſque ad dimidiam cubiti commiſſuram, & nunc paulò ſupra, nunc paulò infra coniungitur cum ramo venæ capitis, ita vt ex vtriſq; vena fiat, quam communem, ſeu mediam diximus nominari.

Poſterior ramus, *δ*, qui inde deriuatur, vbi vena iecinoris propè tuberculum humeri interius diuiditur, multos ramulos, *ε*, impertit deſcendentes ſub brachii cutem à parte inferiori, inter quos vnus, *ζ*, inſigni deſcendit per humiliorem cubiti partem verſus externam

regio-

A regionem,iuxta primam palmæ partem;iunguntur autem cum ramis venæ capitis.Ab eodem poſteriori ramo alius, η, naſcitur,qui per poſteriorem cubiti partem tranſiens aliquantiſper ad poſteriorem partem cubiti,ſub cutem deſcendit; naſcitur & alius vnde aliquot ramuli diſtribuuntur internæ parti brachij;cum quibus iungitur inſignis alia vena orta à ramo illo venæ iecinoris, qui communem conſtituit; interdum autem recta tendit vſque ad primam palmæ partem,interdum circumiens,miſcetur cum alijs ramis: hi non deſinunt in primam palmæ partem,ſed partim recti,partim tranſuerſi,partim obliqui, nunc coniuncti, nunc ſeiuncti diſtribuuntur per cutem manus internæ,& interdum ſub cute feruntur,interdum inter hanc, & membranam carnoſam; ex his ramis, qui ad radicem pollicis procedunt, cum alijs ramis iunguntur naſcentibus à vena communi, & in externam pollicis partem diuiduntur. Nam communis vena cum primum conſtituta eſt, oblique deſcendit verſus ſuperiorem partem brachij,donec ſuper radium [a] tranſiens & aliquot ramulos ſine ordine proferens, pergat ad exteriorem brachij partem, vbi ſub cutem progreditur vſque ad dimidiam appendicem radij repræſentatque,θ,figuram literæ, Λ, cuius ramus, ι, ſublimior ramulum impertit verſus interiorem regionem ad primam palmæ partem vſque ad radicem pollicis; qui miſcetur, κ, cum alijs ramis ad eum locum pertinentibus.At ramus,λ,humilior ad indicem,& medium digitum
B tendit,interdum etiam ad paruum, vbi in multos ramulos diuiditur. Illud autem ignorare non oportet quod vena,quæ inter pollicem,& indicem apparet,non à vena capitis, quæ inter medium,& proximum,verſus minimum,non à vena iecinoris, ſed vtraque à communi proficiſcitur. Verum [b] alijs hominib. alia eſt venarum diſtributio,tam per manum, quam per brachium;neque eadem prorſus in omnibus.Hactenus de progreſſu venæ cauæ ſupra iecur, qua autem ratione inferioribus partibus diſtribuatur,nunc ſubijciendum eſt.

a Gal. li.de vena. ſect. c. 3

b Gal.li.de ven.diſſec. c. 3

De progreſſu venæ cauæ infra iecur vſque ad inguina. *Cap. XII.*

Ta. 35. fig. 2. VEna igitur caua poſtquam ex poſteriori parte iecinoris educta eſt, recedit ab eo vergēs verſus partem dextram,ramulumque, *a*, impertit [c] à ſiniſtro latere illi inuolucro craſſiori, quod à peritoneo ortum ſiniſtrum renem velat. Huic ramulo alter reſpondet à latere dextro;ſed [d] in pleriſque dextri renis inuolucro venula impertitur deriuata non à vena caua,ſed ab ea quæ inde procedit ad internum renem,per quam ſanguinis ſerum attrahit. quibuſdam tamen contra vſu venit,quibus vena pertinens ad inuolucrum ſiniſtri renis,non à caua oritur, ſed ab ea per quam ren ſanguinis ſerum allicit; quæ autem ad dextri renis inuolu-
C crum pergit,à dextro latere venæ cauæ proficiſcitur. Poſtquam vena caua ad medium dorſum peruenit,qua parte prima lumborum vertebra cum ſecunda committitur,duas grandes [e] venas,*c*,vtrinque vnam profert,ad renem ſui lateris: Appellantur emulgentes, quod renes [f] ſerum ſanguinis per ipſas emulgeant, atque alliciant: oriuntur autem à caua, non in eadem regione exquiſite;ſed ima, [g] ſublimior,altera humilior dextra plerunque ſublimior eſt,ſicut & [h] dexter ren ad quem pergit;ſiniſtra humilior,ſicut & ſiniſter,raro enim contra res habet. Vtraque ſtatim atque ad renem ſui lateris peruenit, bipartita per eius ſubſtantiam mirabili artificio diſtribuitur, *d*. Verum à ſiniſtræ [i] emulgentis inferiori parte circa medium ſuæ longitudinis vena,*e*,oritur,quæ procedit ſuper peritonei partem tegentem lumborum muſculos, cui aliquot ramos impertiens,oblique deſcendit verſus dextrum latus, ſuper dextrum canalem,per quem vrina ad veſicam deſcendit;fertur autem vſque ad os ſacrum, inde ad os pubis aſcendit,apud inguem,& peritoneo circumdata,ac primo præterea, ſecundo, & quarto muſculo abdominis ſupra os pubis,exit per ſinum, ea de cauſa ibi inſculptum: (quamuis nonnulli ſub peritoneo ferri velint) tum circuitus [k] quoſdam efficiens, varicum modo ad ſublimiorem teſtis partem peruenit,& aliquot ramos interno eius inuolucro,ſed longe plures ſub ſtantiæ impertit.Huic venæ ad ſiniſtrum teſtem pertinenti,interdum,ſed raro altera [l] adiun-
D gitur,orta à ſiniſtro latere venæ cauæ paulò infra initium venæ emulgentis, ita vt ex vtraque fiat vna,per quam ſeminis materia tranſit ad teſtem.At vena, *g*, quæ ad dextrum teſtem progreditur,non ab emulgente oritur,ſed à priori parte venæ [m] cauæ,paulo infra originē emulgentis verſus dextrum latus;incipit autem aliquantiſper aſſurgens,& rotunda; ſed eodē modo progreditur ad dextrum teſtem,atque ea,quam ad ſiniſtrum ferri oſtendimus. Cæterum vtraque [n] vtrinque procedit iuncta cum ramo, qui à magna arteria tendit ad teſtem, iuxta cuius ſuperiorem partem ex vena,& arteria quoddam corpus efficitur,vnde [o] materia ſeminis in teſtis ſubſtantiam transfertur. A poſteriori autem parte vas oritur, per quod ſemen iam confectum ad colem defertur. Hæc ratio eſt venarum in naribus ad teſtes pertinentium; eadem etiam eſt,& in fœminis,eo excepto,quod fulciuntur membranis craſſioribus; & priuſquam ad teſtes perueniant, diuiduntur in duas partes, quarum vna membranis quibuſdam craſſioribus, & cornibus vteri verſus fundum impertitur; altera iungitur cum arteria pertinente ad teſtem ſui lateris in quem inſeritur,non extra ventrem,ſed in cauo iuxta vteri latus, vbi capreoli modo ſerpens,ad eius cornu finitur. Vena caua,præter ramos qui ad teſtes feruntur,

c Gal li.de ven.diſſec. c. 8

d Gal.ibid.

e Gal.li.de vena diſſe. c. 8 & l. 16. de vſu par. c. 14.

f Gal. 5. de vſu par. c. 5. & 6.

g Gal.ibid. c. 6.

h Gal.ibid.

i Gal. li. 14 de vſu par. c. 7 & li. de ven.diſſec. c. 8.

k Gal. li. 14 de vſu par. c. 7

l Gal li.de diſſe. vena. c. 8

m Gal.li. 14 de vſu par. c. 7. & li de ven. diſſec. c. 8.

n Gal.li. 14. de vſu par. c. 7.

o Gal.ibid.

runtur, multos ramulos profert, à poſteriori parte verſus vertebras lumborum quibus inhæ- E
ret; penetrant hi ad medullam ſpinæ, per foramina illa, vnde exeunt nerui: aliquos, *b*, etiam im
pertit muſculis, qui vertebris inſident, vnde alii, *i*, deriuantur, qui in girum progrediuntur ad
ilia, & alunt muſculos abdominis, per quos tranſeunt: ſed cum ad quartam lumborum verte-
a Gal. li. de ven. diſſec. c. 8 bram acceſſit, arteriæ magnæ ſubſternitur, ne ab ipſa lædatur & ſtatim in duos [a] trūcos æqua-
les diuiditur, *l*, quorum vnus ad dextrum, alter ad ſiniſtrum crus progreditur; ita vt, Λ, literę fi-
guram repræſentet. Ab externo latere vtriuſque trunci vena, *m*, naſcitur, grandior quam vlla
alia ex ijs quas ad lumborum muſculos ferri diximus. Hæc tranſuerſa progreditur ſuper lum-
bos, aliquot ramulos, *n*, impertiens ipſis, tum muſculis abdominis ac peritoneo. Vterq; autem
truncus oblique deſcendit verſus partem poſteriorem aliquot ramulos, *o*, impertiens forami-
nibus oſſis ſacri, deſcendenſq; diuiditur, *p*, in duos ramos inæquales; quorum interior, *q*, qui &
tenuior eſt, in duos alios partitur, *r*: horum qui exterior, *s*, eſt, verſus exteriorem partem pro-
cedit, tranſuersè inter os ſacrum, & os coxæ, vna cum neruo maximè grandi, ex iis qui ad crus
feruntur; plures autem ramulos, *t*, transfert ad muſculos ortos ab externa parte ſummæ coxę,
& femur mouentes, & ad illos etiam qui oriūtur ab ima parte coxæ; ita vt poſterior pars com
miſſuræ femoris cum coxa, & cutis inguinum ab eiuſmodi ramulis alatur. Sed antequam præ-
dictus ramus externus exeat ex ſinu ſito inter os pubis, & coxę, ramum, *u*, profert, qui vna cum F
neruo & arteria, per dorſum colis vſque ad glandem progreditur. Deſcendunt enim ex eo ſi-
nu, & ſurſum reflectuntur ad pubem, vbi ex vena vtriuſque lateris una fit, quæ inter arterias
per dorſum colis ad glandem procedit. Sed interior ramus, *x*, ab interiori parte aliquot ra-
mos, *y*, profert foraminibus oſſis ſacri, tum alios maiores muſculis ani, & cuti quæ iuxta eſt, vn
b Galenus. de conſtituuntur capita aliquot venarum ſanguinem fundentium; hæmorrhoidas gręci [b] di-
cunt. Sed paulo vlterius procedens alium ramum profert, qui in maribus ad veſicam à ſuo la-
tere progreditur, diductuſq; in multos ramos, per ceruicem veſicæ, & colem diſtribuitur; in
fœminis verò operitur craſſiori membrana, & aliquot ramulos veſicæ impertit, ſed multò plu
res fundo vteri ſui lateris, quorum nonnulli ad vteri ceruicem perueniunt. Reliqua pars hu-
ius interni rami progreditur ad os pubis; deſcendenſque propaginem, *z*, profert, quæ commu
ném, ac breuem quandam venam efficit iunctam cum altera propagine à grandiori, atq; ex-
terno ramo trunci propoſiti deriuata; dein per peritoneum trāſit, ac per decimum muſculum
mouentem femur; egredienſque per ſinum oſſis pubis à parte ſublimiori, & membranam ibi
exiſtentem, ac nonum muſculum mouentem femur, abditur in femore, aliquot ramulos, α, im-
pertiens initio tertij muſculi mouentis crus, & initio quinti, & octaui mouentis femur; vnde
aliquot ramuli deriuantur, vſque ad cutem apud inguina: ſed præter hos, ab eodem interno ra
mo alius, β, oritur, qui ad coxam fertur, & eius cauum alit, deinde diuiditur per femur, raro
eius dimidium excedens; præcipua tamen propago, γ, propoſiti rami, quam diſtribui diximus G
per quintum muſculum mouentem femur; iungitur cum alio ramo, qui à grandi, δ, ramo exter
no iam dicto ad crus proficiſcitur: externus hic, & grandior ramus, δ, ex trunco venæ cauæ
deriuatus oblique deſcendit verſus crus, & priuſquam ex peritoneo prodeat, non mediocrem
venam, ε, transfert ad partem ſuperiorem; quæ per peritoneum aſcendens, verſus priorem par
tem ventris aliquot ramulos peritoneo impertit; procedit autē per priorem partem ventris,
dum perueniat ad rectum muſculum ſui lateris, vbi peritoneum, & tranſuerſum muſculum pe
netrans, ad rectum muſculum pertinet, aliquot ramulos impertiens alijs muſculis ventris, ſed
paulò ſupra vmbilicum in multos ramulos diuiditur; qui partim ad cutem, partim ad inferio-
rem ſedem coeunt cum extremis illarum venarum, quas à iugulo ſub oſſe thoracis deſcende-
c Gal. li. de ven. diſſec. c. 8. re ad rectos muſculos abdominis [c] manifeſtum eſt: Ab his conſortium proficiſci exiſtimatur
inter vterum, & mammas.

De Venis ad crus pertinentibus. *Cap. XIII.*

HAc vena deriuata, idem exterior, ac grandis ramus, cum primum è peritoneo egreditur, H
d Gal. li. 3. de anat. ad min. ca. 12. & li. de venar. diſſec. c. 8. procedit verſus [d] inguen per ſuperiorem partem oſſis coxæ, qua deſcendunt ſextus, Ta. 25. fig. 3.
& ſeptimus muſculus mouentes femur; tendenſque per anteriorem partem femoris aliquanto
interius nullo muſculo tectus, tranſit per ſinum, quem in inguine conſtituunt ſecundus muſcu
lus cruris, & octauus mouens femur; vbi pluribus glandulis ſuperiectus, priuſquam ex inguine
egrediatur, duos [e] ramos profert: vnus, qui exterior eſt, cum arteria iunctus tendit per ſpi-
e Gal. li. de ven. diſſec. c. 8. nam oſſis ilium ad cutem, & partes, quæ iuxta ſunt, alendas. Alter, qui oritur ab interiori par-
te, procedit per abdominis cutem anteriorem, ad latus, vbi multas admodum venulas præbet
partibus, quæ ibi ſunt. Coeunt extremæ hæ venulæ cum extremis venulis deductis à vena illa,
quæ per latus deſcendit, orta ſub ala à vena interna ad cubitum tendente. Deinde idem gran
dis ramus exterior aliquot venas profert, quorum prima, *a*, quæ interior eſt, & inſignis, progre
ditur ſub cute per internam partem femoris, genu, cruris, vſque ad talum, à parte interna, vbi
ſupra pedis tarſum deſcendens, diſtribuitur varijs partibus, iungiturque cum alijs venis, quas
ferri

A ferri ad hanc partem oſtendemus;procedit autem ferè in omnibus corporibus eodem modo vſque ad talum,deinde plerunque ſupra,interdum infra talum tranſit; variè etiam diſtingui-tur per tarſum,& digitos pedis; miſcetur enim interdum cum alijs ramis, & ad digitum par-uum,& eum qui magno proximus eſt; variè etiam diſtribuitur in vno,atque altero pede. Ra-mi autem,qui ab ea deriuantur, dum per crus deſcendit, uix vnquam eodem ordine progre-diuntur;quamuis omnes inter cutem,& ſubiectos muſculos proficiſcuntur,ferè in ſublimiori, atque interiori parte femoris,duos ramos profert,vnum minorem,*b*,qui pergit verſus interio rem partem,inter anum,& teſtes,per inguen,& os femoris; alterum maiorem, *c*, ab exteriori parte,qui progreditur per femoris partem priorem, & exteriorem ſub cute, diuiditurque in plures ramos,*u*,perinde atque internus:dein cum peruenit ad dimidium femoris, aliquot pro pagines exigit,inter quas vna,*e*,tranſit ad ſecundum muſculum mouentem crus: at vbi verſus genu flectitur,duas [a] alias,*f*,profert paruas,& æquales,vna tendit verſus genu, altera verſus poplitem;quanquam hæc interdum deeſt,interdum adeò tenuis eſt, vt vix appareat; quod præcipuè euenit cum ea,quæ ad genu tendit,aliquot ramos impertit, & priori, & poſteriori parti qui inter ſe iunguntur. Ab externo grandi ramo, quem veluti truncum eſſe diximus, ve-narum tendentium ad crus è regione iam deſcriptæ venæ grandioris,naſcitur ab externa par

a Gal.li.de ven.diſſec. c.8.

B te vena,*g*,parua,quæ tendit verſus exterius latus, diſtribuiturque per cutem tegentem prio-rem partem coxæ, & muſculos ibi ſitos: Sed grandior ramus,poſtquam ab eo deriuatæ ſunt duæ propoſitæ venæ,ſtatim abditur inter muſculos femur amplexantes,venamque, *h*, imper-tit ſeptimo,& nono muſculo mouenti crus;à qua deriuantur rami,*i*,aliquot ad cutem: ſed vl-terius procedens, venam,*l*,aliam maiorem profert, quæ diuiditur in quintum muſculum mo-uentem femur,& aliquot ramulos,*m* præbet octauo muſculo mouēti crus: multas etiam alias venas diſtribuit muſculis ferè omnibus femur amplectentibus;inter quas maxima, *n*,iungitur cum fine illius venæ,quam tranſire diximus per foramen oſſis pubis, & deſcendere vſque ad medium femur;quam adeò longam efficit,vt vſque ad genu pertineat: inde grandior ramus exterior oblique deſcendit per os femoris, vergens aliquantiſper ad partem poſteriorem, nonnullos ramos,*o*,*o*,proferens valde tenues, qui diuiduntur in membranas tegentes præci-puos neruos cruris; quibus deriuatis vlterius deſcendens duas venas ab exteriori parte ver-ſus poſteriorem profert vnam,*p*,ſuperiorem,alteram inferiorem,*q*; quæ ſimul iunguntur; ſed à ſuperiori paulò antequam cum inferiori iungatur, deriuantur complures rami, qui verſus ſuperiorem partem procedunt & in cutem diuiduntur, aliqui etiam verſus inferiorem, ſed paruuli. Tota autem vena,*r*,quæ ex ſuperiori,atque inferiori ſimul iūcta conficitur, poſtquam protulit aliquot ramulos,*s*,ſublimiori parti femoris,rectà deſcendit per medium poplitem ad

C muſculos poſteriores cruris,quibus aliquot ramulos,*t*,ſine ordine impertit, alios nimirum re-ctos,alios obliquos,alios tranſuerſos,alios item qui cum coniuge vena iūcti craſſiorem vnum efficiunt, à qua venarum multitudine proficiſci varices ſolent in poſteriori parte cruris: ſed poſtquam hos ramulos protulit,quibuſdam vſque ad talos deſcendit, atque ibi finitur; alijs miſcetur cum aliquibus ramulis,qui per priorem cruris partem procedentes, eo perueniunt, vnde illa tranſit; dein progreditur apud talum ab externa parte, & ſub cutem ſuperioris par-tis pedis,vbi finitur. Sed quod reliquum eſt grandis, atque externi rami, deſcendit per os fe-moris ſerpens,ita vt cum ad genu peruenit,tranſeat inter duo capita, quæ in imo ipſius ſunt, à parte poſteriori,vbi in duos inæquales ramos ſcinditur, *x*: interior,*y*, qui multo tenuior eſt, ramulos,*z*,aliquot præbet muſculis ijs, qui collocati ſunt in poſteriori parte cruris, & ex ijs qui in priori,ſecundo,& tertio mouenti crus; ſimulq; aliquot ramulos transfert ad interiorem partem cruris. At vbi ad appendicem tibiæ peruenit,& aliquot ramulos,*α*,cuti impertiuit, ſub talum flectitur,& per interiorem partem pedis, tendit vſque ad magnum digitum,vbi in cu-tem diuiditur,*β*;quamquam idem ramus interdum tranſit inter os calcis,& tibiam,& per plan tam pedis fertur ad digitos. At exterior,*γ*,ramus huius partitionis ad poplitem grandior eſt; ſtatim autem in duas venas diuiditur, *δ*; quarum maior, *ε*, procedit per muſculos occupantes

D poſteriorem partem cruris;rectaque deſcendens inter primum,& ſecundum; præterea inter tertium & quintum muſculum mouentem pedem;tum inter eos qui digitos flectvt,a crure or-tos,ligamentum interdum attingit,quo tibia cum ſura nectitur; & in itinere ſemper ramos, *ζ*, profert muſculis,per quos tranſit,quorum nulli,aut pauci ad cutem perueniunt. Vt autem in-fra genu,ad dimidium crus peruenit,in duos ramos ſeparatur, *η*; quorum interior, *θ*,tendit ad commiſſuram oſſis tibiæ,ac tali,vbi ramum,*ι*,diſtribuit,deſcenditque ſimul cum chordis mu-ſculorum oblique verſus plantam pedis,inter calcem, & tibiam ſub muſculo flectente ſecun-dos articulos digitorum;duoſque ramos magno digito impertit,totidem proximo, & vnum medio:interdum nullo ramulo impertito inter calcem, & tibiam diſtribuitur in omnes digi-tos pedis. Exterior,*κ*,ramus iuxta ſuram progreditur, cumque ad finem ligamenti peruenit, quo tibia,& ſura inter ſe nectuntur,ramum,*λ*,profert, qui per id ligamentum tranſiens fertur ad pedem,vna cum chordis ad ipſum tendentibus,per partem cruris, priorem aliquot ramu-los impertiens muſculis torquentibus digitos verſus partem exteriorem, & aliquot cuti tegē ti tarſum; poſt hæc tendit ad plantam vna cum chordis ſeptimi, & octaui muſculi mouentis

pedem; distribuiturque per digitum paruum. Restat exterior, ac minor ramus, μ, externi rami, ex diuisione illa, quam iuxta poplitem fieri diximus: hic ad superiorem fibulæ appendicem fertur, & versus exteriorem, ac posteriorem partem cruris procedens, multos in itinere ramulos, ν, proferens vicinis partibus ad externum malleolum pergit, ξ, vbi in pede cum alijs ramis mixtus, finitur superficie tenus, faciens vniuersum iter prædictum. Quamuis autem venarum cruris, ac pedis progressus, magna ex parte talis sit qualem descripsimus, interdū tamen alijs hominibus alio modo se habet. Hactenus de venis. E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XXV. inscripti visuntur, explicatio.

TAB. XXV. FIG. I.

I — Figura mōstrat distributionem venarum quæ per brachium feruntur.

a — Progressus grandioris rami diuisionis, quæ fit ad iugulum, vsque ad alam.

b — Diuisio grandioris rami ad alam.

c — Vena capitis.

d — Vena iecinoris.

e — Ramuli qui à vena capitis ad summū humerum deriuantur ad cutem.

f — Ramuli qui à vena capitis impertiuntur cuti, & priori parti primi musculi mouentis cubitum.

g — Diuisio venæ capitis in tres ramos.

h — Primus ramus, qui descendens diuiditur in aliquot musculos flectentes secundos & tertios articulos digitorum.

i — Secundus ramus, qui cum ramo venæ iecinoris iunctus cōmunem venam efficit, notatam, *l*.

l

m — Tertius ramus.

n — Ramuli, qui ab hoc tertio ramo distribuuntur secundo musculo radium mouenti, & cuti, qua tegitur.

o — Communis ramus ex vena capitis & vena iecinoris iuxta primam palmæ partem.

p — Ramulus qui à vena iecinoris fertur ad initia musculorum extendentium cubitum.

q — Grandior ramus, qui ad cutem, & externā brachij partem progreditur.

r — Insignis ramus, qui ab exteriori parte venę iecinoris obliq; descendit per posterioré brachij partem inter os, & musculos cubitum extendentes.

s — Parui ramuli qui ab hoc ramo pertinēt ad initia musculorū ab externo tuberculo imi humeri enascétium.

t — Diuisio venæ iecinoris in duos trūcos.

u — Vnus ex dictis truncis, qui descendens inter duos musculos flectētes cubitum iuxta commissurā ipsis aliquot ramulos impertit: notatos litera, *x*.

x

y — Diuisio dicti trunci in duos ramos.

z — Ramuli, qui ab his ramis impertiuntur vicinis musculis. F

α — Alter ramus diuisionis venę iecinoris.

β — Diuisio dicti rami in duos.

γ — Prior ramus dictæ diuisionis qui cum ramo venæ capitis cōiunctus communem venam constituit.

δ — Posterior ram⁹ nuper dictę diuisionis.

ε — Ramuli cōplures, qui à posteriori hoc ramo vicinis partibus impertiūtur.

ζ — Insignis ramus, qui à posteriori dicto ramo deriuatus progreditur per externam cubiti regionem, versus primam palmæ partem.

η — Alius ramus, qui ab eodem posteriori ramo enatus sub cute descendit.

θ — Diuisio venæ communis propè radij appendicem.

ι — Sublimior ramus prædictæ diuisionis. G

κ — Ramus ad pollicem pertinens qui miscetur cum alijs ramis ad eum locū pertinentibus.

λ — Humilior ramus nuper dictæ diuisionis.

FIGVRA II.

II — Figura refert progreßum venæ cauæ infra iecur vsque ad inguina.

a — Ramulus, qui à sinistro latere venæ cauæ pertinet ad crassiorem membranam sinistri sinus.

c — Venæ emulgentes.

d — Diuisio venarum emulgentium per renis substantiam.

e — Vena quæ à sinistra emulgente seminis materiam defert ad testiculum sinistrum. H

g — Vena, quæ à priori parte venæ cauæ ad dextrum testem progreditur.

h — Rami, qui à vena caua ad lūbos impertiūtur musculis vertebris insidétib.

i — Ramuli q. ab his ramis ptinent ad ilia.

l — Diuisio venæ cauæ ad quartam lumborum vertebram.

m — Vena, quę ab externo latere vtriusque grandioris trunci diuisionis nuper dictæ transuersa progreditur super lumbos.

A n Ramuli,qui ab hac vena impertiuntur lumbis,musculis abdominis, ac peritoneo.

o Rami qui ab vtroque grandiori trunco deriuantur ad foramina ossis sacri.

p Diuisio vtriusque grandioris trunci in duos ramos inæquales.

q Interior ramus nuper dictę diuisionis.

r Diuisio interioris rami proxime dicti.

s Exterior ramus huius diuisionis.

t Ramuli,qui ab hoc ramo pertinent ad aliquot musculos femur mouentes.

u Ramus, qui ab exteriori ramo proxime dicto per dorsum colis procedit iunctus cum ramo alterius lateris.

B x Interior ramus diuisionis nuper dictæ.

y Ramuli,qui ab hoc inferiori ramo tendunt ad foramina ossis sacri,vesicã, colum,musculos ani,& cutem, quæ iuxta est.

z Vena, quæ ab eodem inferiori ramo exorta iungitur cum vena exterioris rami prope ossa pubis.

α Ramuli, qui ab eodem inferiori ramo feruntur ad tertium musculum mouentem crus, & initium quinti, & octaui mouentis femur.

β Ramus, qui ab eodem interiori ramo diuiditur in cauum coxæ, & femur, vsque ad eius dimidium.

C γ Pręcipua propago propositi rami,quę iungitur cum alio ramo, qui à grandi ramo externo ad crus progreditur.

δ Externus ramus diuisionis vtriusque trunci grandioris.

ε Vena,quæ ab hoc externo ramo pertinet ad rectos abdominis musculos.

ζ Vena,quæ ab eodem ramo ascendens iungitur cum ramo venæ sine coniuge.

η Vena,quæ ab externo latere eiusdem rami ascendit per latera abdominis iungiturque cum ramulis eiusdem venæ,quæ ę vena iecinoris per latus

D pectoris descendit.

TAB. XXV. FIG. III.

III *Figura mõstrat progressum venarum,quę ad crus pertinent.*

a Prima atque insignis vena quæ a grandi ramo ad crus tendente deriuata progreditur sub cute vsque ad talum.

* Ramus,qui à prædicta vena fertur ad exteriorem femoris partem.

c Maior ramus,qui ab eadem vena progreditur per priorem, & exteriorem femoris partem sub cute.

b Minor ramus,qui ab eadem vena fertur versus interiorem partem inter anum, & testes, per inguen, & os femoris.

d Rami,qui ab hoc maiori ramo deriuãtur ad cutem.

e Propago, quæ ab eadem vena pertinet ad secundum musculum mouentem crus.

f Venæ,quę ab eadem vena feruntur ad genu,& poplitem.

g Vena, quæ ab exteriori parte externi grandioris rami ad crus tendentis pertinet ad cutem tegentem priorem partem coxæ, & musculos ibi sitos.

h Vena, quæ ab eodem externo grandi ramo pertinet ad septimum & nonum musculum mouentem crus.

i Rami,qui a nuper dicta vena ad cutẽ deriuantur.

l Alia maior vena,quæ fertur ad quintũ musculum mouentem femur.

m Ramuli, qui a prædicta vena progrediuntur ad octauum musculum crus mouentem.

n Vena,quæ ab eadem vena orta iungitur cum fine illius,quę transiẽs per foramen ossis pubis descendit vsq; ad medium femur.

o Tenues rami, qui ab externo grandiori ramo diuiduntur in membranas tegentes præcipuos neruos cruris.

p Superior vena, quæ ab eodem grandi ramo deriuata ramulos impertit ad cutem.

q Inferior vena,quæ iungitur cum superiori.

r Vena ex superiori, & inferiori nuper dicta constituta.

s Ramuli,qui ab hac communi vena deriuantur ad sublimiorem femoris partem.

t Ramuli,qui ab eadem communi vena feruntur ad musculos posteriores cruris.

x Diuisio grandioris rami ad poplitem in duos.

y Interior ramus nuper dictæ diuisionis.

z Ramuli,qui ab hoc interiori ramo proficiscuntur ad musculos cruris.

α Ramuli ab eodem ramo ad cutem pertinentes.

β Distributio interioris rami ad pollicẽ.

γ Exterior ramus diuisionis ad poplitem.

δ Diuisio exterioris nuper dicti rami in duas venas.

ε Maior vena diuisionis proxime dictæ,

quæ

	quæ procedit per muſculos poſteriorem partem cruris occupantes.	λ	Ramus, qui ab hoc ramo ortus, & inter tibiam, & ſuram procedens ſub earum ligamēto ad ſuperiorē pedis partem iūgitur cum aliis venis hac parte tranſeuntibus.
	Rami, qui ab hac vena pertinent ad vicinos muſculos.	μ	Ramus, qui oritur ab externa parte exterioris rami diuiſionis, quæ fit ad poplitem.
η	Diuiſio eiuſdem venæ in duas ad medium cruris.		Ramuli, qui ab hoc ramo impertiuntur vicinis partibus.
θ	Interior vena diuiſionis proxime dictæ.	ξ	Progreſſus eiuſdem rami ad externū malleolum.
ι	Ramus, qui ab hac vena fertur ad cōmiſſuram tibiæ, ac tali.		
κ	Exterior ramus eiuſdem diuiſionis.		

E

F

G

H

TABVLA XXV.



De Arterijs in vniuerſum. *Cap. XIV.*

CAnalibus,qui à iecinore,alij reſpondent qui à corde orti in vniuerſum corpus diuidũtur;vocantur autem à iunioribus tam græcis,quam latinis ſimpliciter Arteriæ. Vt autem ſanguis [a] per venas fertur à iecinore ad totum corpus alendum;ita per arterias à corde ſpiritus cum ſanguine [b] tenuiori,qui vitalem facultatem omnib: corporis particulis impertit.Sed arteriæ præcipuum [c] habent munus,per quod dilatantur, & contrahuntur,ſicque tuentur [d] calidum innatum,quo vita continetur.Calidum enim cum aſſiduè alatur,adeo increſcit,vt abſumat alimentum præparatum, atque ita deficiat, niſi remittatur;remittitur [e] autem perſpiratu;quo & fuligo detruditur,& noua materia frigidior allicitur:perſpiratum prçſtat [f] motus arteriarum,quæ cum contrahuntur, veluti fuliginem exuſtam [g] depellunt,cum dilatantur,attrahunt aerem frigidiorem:ſed tam dilatatio, quam contractio a corde [h] proficiſcitur,vnde oriuntur;ita vt cum ipſo dilatentur, & contrahantur;neque enim mouentur,quaſi caro mortua,atque extracta,ex ſe ipſis,vt exiſtimauit Philotimus,& Praxagoras. Propoſito muneri reſpondet arteriarum conſtitutio, ſiue ſubſtantiam ſpectes,ſiue formam.Subſtantia duabus [i] tunicis continetur,quarum exterior ſimilis eſt tunicæ venarum,ſiue robur,ſiue craſſitudinem ſpectes:diſtinguitur [k] fibris aliquibus rectis, aliquibus obliquis;ſed tranſuerſis nullis.Interior craſſior [l] eſt ſexcuplo,vt tradidit Herophilus, quam tunica venarum,atque adeò dura,vt à quibuſdam cartilaginoſa appelletur.Hæc tranſuerſis [m] fibris dumtaxat diſtinguitur,& in intima ſuperficie,cuticulam [n] quandam præſefert, non ſecus quã ventriculi,aut inteſtinorum tunica,telæ aranearum non diſſimilem,quæ à nonnullis [o] non pars internæ, ſed tertia iudicatur; quibuſdam autem corporis partibus externa tunica membrana circumdatur tenui,à proximis ſedibus deducta, quod euenire etiam venis diximus,[p] vt in ima ſepti tranſuerſi regione,à peritoneo,& in ſumma a membrana coſtas ſuc cingente.Forma arteriarum ita habet,intus caua [q] eſt,& canalis modo peruia, vt ſpiritui, & tenuiori ſanguini aditum præbeat ad omnes corporis partes.Duplex verò tunica quà tegitur, multis paruis [r] foraminibus diſtinguitur,per quæ ſpiritus,ac tenuis ſanguis penetrare poſſit; & tum allici,tum detrudi;habent & extremæ arteriæ ora, [ſ] ſicut & extremæ venæ, quæ ſe mutuo contingunt;atque vbi res poſtulat,aperiuntur, vt vtræque ex ſe mutuo attrahãt quod vtile eſt.Quod ad magnitudinem attinet;minores ſunt arteriæ quàm venæ, quod partes (frigidiores [t] præſertim) minus egeant perſpiratu,quam alimento; & ideo minores arterias poſtulant,quam venas.Sunt & arteriæ numero pauciores,[u] quam venæ,& quia partes frigidæ,(veluti oſſa) carent arterijs,& quia partes externæ (veluti cutis,) ſatis perſpiratu fruuntur, ſine arteriis;quod in aere verſentur;alioquin iunguntur vbique venę [x] arteriis;ita vt vbi vena ſit, arteria quoque reperiatur;ex ea enim coniunctione fit,vt ſibi communicent vtilem materiam & vt membranæ,quibus venæ cum iecinoris partibus nectuntur,arteriis quoque ſint communes.Idem præterea iter faciunt,cum ſingulis partibus corporis diſtribuãtur,excepto cerebro, quod à ſuperiori parte venã,ab inferiori arteriã accipit:[y] vt Galenus tradidit qđ neceſſe fuit, vt ſpiritus,qui ſurſum,& ſanguis qui deorſum ſuopte nutu fertur,commodius in omnes partes cerebri diuideretur.Deriuantur tam venæ, quam arteriæ à proximis truncis, vt tutiores ſint;ſi quando autem à remotis diducuntur;id factum eſt à natura ob maiorem aliquam neceſſitatẽ. Verum arteriæ in itinere,quod faciunt iunctæ cum venis,altiorem [z] ſitum obtinent, magiſque recedunt à cute,& in muſculos ingrediuntur;quo fit vt carnoſis nuſquam appareant in crure,niſi in tarſo pedis;ſic autem abditæ magis defendũtur;id quod neceſſe fuit cum maiori periculo exponantur ſi violentur,quam venæ: ſed quod arteriarum origo ſit ipſum cor,iam ſupra oſtendimus:eſt enim cor [a] veluti truncus, cuius radices ſunt arteriæ pulmonis; rami verò illæ arteriæ,quæ a magna profectæ in totum corpus diuiduntur.

Ta. 26. fig. 1.

F

G

H

a Ga. li. 16. de vſu p. c. 12. & li. de vſu pu c. 3.
b Ga. lib. 6. de plac. ca pit 8.
c Gal. li. de vſu pul. ca. 5. & lib. an ſang. in arter. ca. vlt.
d Gal. li. 4. de vſu p. c. 15. & li. de pulſ vſu c. 8.
e Gal. 5. 6. epid. com. 1.
f Gal. li de vſu pul. c. 3. & 7.
g Ga. li. de vſu pul. c. 8. & 4. de vſu p. c. 5.
h Ga. li. an ſang. in arteriis contineatur c. vlt.
i Gal. li. 7. de anat. ad mi. c. 5.
k Ga. ibid.
l Gal. li. 7. de ana. admin. c. 5.
m G. ibid.
n Ga. ibid.
o Ga. ibid.
p Supra c. 6. huius li.
q Gal. li. 3. de dignoſ. pulſib. c. 2.
r Gal. li. de vſu pul. c. 5.
ſ Gal. li. de vſu pul. c. 5. & Ga. li. 6. de vſu p. c. 10.
t Ga. li. 16. de vſu p. c. 12.
u Ga ibid.
x Ga. li. 16. de vſu p. c. 12. & c. 13.
y Gal. lib. 9. de vſu p. c. 5.
z Ga. li. 16. de vſu pa. c. 10.
a Ga. li. 16. de vſu p. c. 13. & li. de vena. & arter. diſſ. c. 9.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XXVI. inſcripti viſuntur, explicatio.

TAB. XXVI. FIG. I. II. III.

I — *Figura oſtendit diſtributionem arteriæ magnæ per vniuerſum corpus.*

A — Initium magnę arterię à ſiniſtro cordis ventriculo.

B.B — Duæ coronariæ arteriæ ſublimiorem cordis partem ambientes.

C — Diuiſio magnæ arteriæ in duos truncos.

D — Arteria oblique aſcendens ad primã ſiniſtri lateris coſtam.

* — Grandis ramus à ſiniſtro latere dictæ arteriæ.

E — Ramus, à quo arteriæ deriuantur ad quatuor ſuperiorum coſtarũ interualla.

F — Ramus, qui per foramina tranſuerſorum proceſſuum vertebrarum ceruicis procedens in caluariam penetrat.

ϖ — Ingreſſus eiuſdem rami in caluariam.

‡ — Ramuli, qui a dicto ramo pertinent ad ſpinæ medullam.

G — Arteria quæ ſub oſſe pectoris deſcendit ad rectos abdominis muſculos.

H — Ramus pertinens ad muſculos poſteriorem ceruicis partem occupãtes.

I — Arteria tendens ad muſculos poſteriorem ſcapulæ ſedem occupantes.

K — Arteriæ ramus ad commiſſuram ſummi humeri progrediens.

L — Arteria tendens ad muſculos priorem pectoris ſedem occupantes.

M — Ramus qui ꝑ pectoris latus deſcẽdẽs impartitur muſculis ducentib. brachium deorſum; propriè autẽ inter L, &, M, ramulus emergit ad glãdulas alarum perueniens.

N — Magna arteria, quæ vna cum interiori venæ iecinoris ramo brachiũ ingrediens ramulos impertit muſculis os humeri anplexantibus.

O — Ramus nuper dictę arteriæ, qui vna cũ quarto brachij neruo per exteriorẽ ſedem oſſis humeri procedit.

P.P — Ramuli eiuſdem arteriæ qui ad iuncturam imi humeri perueniunt.

Q — Ramus arteriæ, qui radio in hęrens ad manum deſcendit.

R — Ramulus, qui à prædicto ramo deriuatus ad manũ progreditur inter primũ os pollicis, & illud palmæ quod ad indicem ſpectat.

S — Ramus, qui cubito inhærens diſtribuitur interiori manus lateri.

* — Diuiſio nuper dicti rami per manũ, & digitos.

T — Diuiſio arteriæ per manũ, & digitos.

V — Diuiſio maioris trunci magnæ arterię ad iugulũ ĩ duos ĩpares ramos, quorum,

X — X, ſiniſtram carotidem arteriã cõſtituit; dexter in duos rurſus partitur,

Y — quorũ qui notatur, Y, arteriã dextri brachij cõſtituit, qui vero,

Z — Z, dextram arteriam carotidem.

c — Diuiſio arteriarum quæ aſcendunt in caluariam per foramina tranſuerſorum proceſſuum vertebrarum ceruicis.

d — Infiniti pene ramuli, qui ab hac diuiſione per tenuem cerebri membranã illigati tendũt ad plexum choroidem efficiendum.

α — Truncus magnæ arterię ſuper dorſum deſcendentis.

β — Rami, qui vtrinque pertinent ad octo inferiores coſtas.

γ — Arteriæ ſepti tranſuerſi.

δ — Arteria quæ ad inferius latus meſenterij, inteſtinum colum, lienem, vſque ad ſiniſtrum renem progreditur.

ε — Dexter ramus nuper dictæ arteriæ.

ζ — Siniſter.

ϑ — Ramulus ad interiorem omenti membranam pertinens, & colum inteſtinum.

η — Arteria quæ propè fundum ventriculi à dextro latere verſus dorsũ tendit.

θ — Ramus ad duodenum pertinens inteſtinum & ieiuni initium.

ι — Ramus, qui ad dextrum ventriculi latus aſcendens ramulos exteriori omenti membranæ diſtribuit.

κ — Arteriæ veſicam fellis petentes.

λ — Arterię ad iecur pertinentes.

ν — Ramus, qui per poſteriorem ventriculi partem procedit.

ξ — Ramuli, qui ad ventriculum tendunt, qua dorſum reſpicit.

ο — Ramus, qui os vẽtriculi coronę modo cingit.

π — Ramus ab exteriori latere ventriculi fundum amplectens.

ρ — Inſignis arteria ad interiorem omenti membranam, & colum inteſtinum procedens.

σ — Ramulus qui ad interiorem omẽti mẽbranam, & colum inteſtinum a ſi-

niſtro

nistro latere procedit.

τ Arterię ad lienem tendentes.

υ Rami ad sinistrum latus fundi vētriculi & exteriorem omenti membranā pertinentes.

φ Ramulus, qui ab arterijs ad lienem tēdentibus deriuati impertiuntur sinistræ ventriculi sedi.

χ Ostenditur in prima & secūda fig. arteriæ ramus, qui interiori membranę omenti distributus, ramulos impertit ieiuno intestino & colo ab hepate, vsque ad sinistrum renem.

ω Arteriæ seminis materiam deferentes ad testiculos.

e Rami qui ab arteria magna secundum lumborum longitudinem prodeunt.

ff Diuisio arteriæ magnæ iuxta os sacrū; ostendunt eędem notę ramulos, qui ab inferiori parte arteriæ deriuati ad os sacrum perueniunt.

g Interior truncus nuper dictæ diuisionis.

h Exterior ramus interioris rami, qui distribuitur musculis occupantibus exteriorem sedem ossis ilium.

i Inferior ramus eiusdem, qui ad vesicā, colem, & vterum tendit.

k Diuisio vtriusque trunci prædictæ diuisionis.

l Arteriæ quæ vtrinque ab vmbilico oriuntur.

m Reliquum inferioris trunci notati, g, ꝑ per foramen ossis pubis ad femur ꝓ

t cedēs iungitur cū arteria notāda, t.

o Arteria ad rectos abdominis musculos ascendens. E

p Ramulus qui ꝓpe pubis os procedit.

q Truncus arteriæ ad crus tendentis.

r Ramulus prædictæ arteriæ qui impertitur musculis anteriorem femoris partem sequentibus.

s Ramus, qui distribuitur quinto musculo femoris & reliquis inferiorem femoris sedem amplexantibus.

q; Ramus, qui diuiditur posteriorib. musculis femoris.

u Ramuli ad genu tendentes, quo loco etiam magna arteria abdita sub poplite procedit.

x Præcipua, ac magna cruris arteria per eiusdem exterius latus descēdens.

y Ramus, qui pertinet ad musculos surā amplexantes, & proprie ad septimū & octauum mouentem pedem. F

z Ramus, qui inter os calcis, & internū malleolum transiens pertinet ad inferiorem pedis sedem.

Γ Arteria quæ interdum inter os calcis, & exteriorem malleolum trāsiens, pertinet similiter ad inferiorem pedis sedem.

Δ Ramuli tendentes ad commissuram tibiæ cum talo.

Θ Arteria ad superiorem pedis sedem procedens.

Λ Diuisio arteriæ in pedes.

ΨΨ Ramus dexter ac finister deferens sanguinem spirituosum ad sui lateris testem. G

H

TABVLA. XXVI.



De Arteria magna ascendente. Cap. XV. E

MAgna igitur arteria à sublimiori parte [a] sinistri ventriculi cordis initiũ, A, sumit rotũdũ Ta. 27. fig. 1.2.
durũ,& quasi cartilaginosum. Statimq; orta postquã excessit ex [b] trib. mẽbranis pro-
hibentib. ne spiritus,& sanguis à magna arteria reuertatur in cor, duos c profert par
uos ramos, B, vnũ à dextra parte, alterũ à sinistra: hi coronæ d modo vndiq; ambiunt sublimio-
rem partẽ cordis, vnà e cũ vena, quã ea de causa coronariã appellant: ab ijsdẽ deriuantur te-
nues ramuli cõplures per cor descendentes, inter quos minus f tenuis ille apparet, qui collo-
catus est in parte latiori, ac crassiori cordis, vnde septũ nascitur, quod duos eius vẽtriculos di
uidit. His duob. ramis deriuatis, ascẽdit magna arteria à medio sublimioris partis cordis sub
trũcũ venæ, quã arterialẽ appellant, per inuolucrũ cordis, ac protinus in duas g partes inæqua
les diuiditur, C; quæ grandior est, descendit; sed de hac postea agemus: quæ minus grãdis, [h] D,
ascendit inter asperam arteriã,& venã cauã,& inter mẽbranas septi thoracẽ in longitudinem
diuidentis: statimq; à latere sinistro grandẽ ramũ * producit, qui i obliq; ascendit versus pri-
mam costam eiusdẽ lateris; nullũ ramulũ proferens, donec pulmoni inhęrens, nexusq; cũ se-
pto thoracẽ in longitudinẽ diuidente, ad primam costam perueniat: ibi autẽ duos k ramos exi
git, vnũ, E, ab inferiori parte, alterũ à superiori, F. Qui ab inferiori, per radices costarũ trãsiẽs, F
ramulũ impertit cuilibet medio l spacio, inter quatuor primas costas; à quorum quolibet alij
duo nascuntur; qui [m] ad spinæ medullam pertinent,& musculos ea parte scapulæ inhærentes.
Qui à superiori, maior est, obliq; autẽ ascendens iuxta septimam ceruicis vertebram transit
per foramina [n] transuersorũ processuũ,& superiorũ vertebrarũ ceruicis; vbi aliquot ramos, †,
profert, qui ad medullã penetrant per foramina, vnde exeũt nerui; aliquot ẽt qui [o] distribuun-
tur musculis sitis in posteriori parte ceruicis Deinde vsq; ad occipitiũ ascendit vnà cũ vena, q̃
relinquit,& per foramen occipitij, vnde exit spinæ medulla fertur, ∞, ad cerebrũ, cuius distri-
butionẽ in sequentib. ostendemus. Ab eodẽ grandi ramo, quẽ obliq; versus prima costã dixi-
mus ascendere, alia arteria, G, nascitur, quæ similiter ascendit, sed magis obliq; versus partem
priorẽ; perueniensq; ad summũ os thoracis, ac musculos p mãmillis impertiens, nectitur à suo
latere cũ septo thoracẽ in longitudinẽ diuidente, sicq; obliq; descendit per latus ossis thora
cis, iuxtà eã partẽ, vbi cartilagines cũ ipso cõmittuntur. Idẽ autẽ iter facit,& eodẽ modo di-
uiditur,& ramos transfert ad cutẽ, ac vena, quã descẽdere diximus q sub os thoracis,& ex eius
cauo egredi iuxta cartilaginẽ scutiformẽ, ac super rectũ musculũ ventris sui lateris ferri. Idẽ
igitur iter facit arteria proposita, cui ab inferiori parte altera arteria respondet, nõ secus quã
venæ vena; per has r maximũ consortiũ est inter vterum,& mammas. G

Grandis ramus, postquã ab eo deriuata est præcedẽs arteria proximè posita, vlterius obli-
que procedit versus brachiũ,& priusquã ex cauo thoracis prodeat, cũ incipit egredi ex secun
do musculo mouente dorsũ, aliã arteriã, H, producit insignẽ, quę vsq; ad occipitiũ ascendẽs di
uiditur s in musculos in posteriori ceruicis parte collocatos, cuti nullũ ramũ impertiens. Exit
tandẽ grandis ramus ex cauo thoracis,& primã costã superãs, obliq; vergit ad alã, vbi à po-
steriori parte mediocrẽ ramum, I, profert, qui distribuitur per musculos posteriorẽ scapulæ
partẽ occupantes; deinde alium, K, à priori parte aliquantò minorẽ, qui ad iuncturã tẽdit hu
meri cum scapula;& apud summum humerum diuiditur in multos ramulos, quorum vnus iun
gitur cũ vena humeri, antequã exeat ex musculis. Profert & aliquanto inferius alium ramũ, L,
qui in multos ramulos diductus, distribuitur musculis thoracis: exigit & multos alios ramulos,
qui ad t glandulas alarum feruntur;& post hos aliũ, M, qui per latus thoracis descendens, in-
seritur in musculum trahentem brachium deorsum. Quod reliquũ, N, est grandioris rami, pro-
greditur p brachiũ cũ illa vena, quã iecinoris venã nominari diximus, u abditurq; inter muscu
los humerũ mouentes;& aliquot ramulos impertit tũ internæ parti musculorũ amplectentiũ
humerũ, tũ mẽbranis inuoluentib. musculos hac parte transeuntes. Dein paulatim descendit,
ramulũq;, O, profert à posteriori parte ossis humeri; vbi nectũtur musculi cubitum extendẽ- H
tes; pergitq; vsq; ad tuberculũ externũ humeri,& ibi cũ vena iũctũ, abditur inter chordas mu-
sculorũ,& inter musculos flectẽtes cubitũ, quib. aliquot ramulos impertit: post hæc vergit ver
sus cubiti iuncturã, à priori parte, cui vtrinq; ramũ, P, distribuit, trãsitq; apud finẽ secundi mu
sculi cubitũ flectentis, adeò detectũ, vt eius pulsus tactu deprehendatur. Tũ descendit abdi-
tum inter musculos flectentes secundos articulos digitorum,& eũ qui tertios mouet quatuor
digitorũ, vbi in duos ramos diuiditur, quorũ vnus iuxta cubitũ, alter iuxta radiũ progreditur.
Ille, qui iuxta radiũ, Q, est, tangitur x à nobis cũ arterias tentamus; ramulũ, R, autẽ profert pro
pè primã palmæ partẽ, qui sub chordis musculorũ extendentiũ pollicẽ fertur ad exteriorẽ par
tẽ manus; distribuiturq; per musculos, qui sunt inter y primũ pollicis os,& illud palmæ, cui in-
dex digitus inhæret; sed postquam hunc ramum protulit, transit per primã palmæ partẽ ab in-
teriori regione sub transuersum ligamentũ, vbi in tres ramos diuiditur, T, perindeac neruus,
& vena ibi existens; ex ijs ramis primus,& secundus bipartitur. Tendit primus per latera inte
rioris partis pollicis; secundus per latera interiora indicis; tertius integer fertur ad internam
partem medii digiti. At ramus, S, qui per cubitum progreditur usque ad primam palmæ partẽ,
similiter tendit adeo abditus inter musculos, vt non pręseferat pulsum, nisi aliquibus locis ad-

modum

a Gal. li. 16. de vsu p. c. 13. & 1. l. de plac. c. 7. & li. de arter. sect. c. 9.
b Gal. li. 6. de vsu pa. c. 14.
c Ga. de arter. sectio. c. 9.
d Ga. ibid.
e Gal. li. 6. de vsu p. c. 17.
f Gal. li. de venar. arteriarũ. sect. c. 9.
g Gal. li. de Arter. sect, c. 9. & li. 16. de vsu p. c. 10.
h Ga. ibid.
i Gal. li. 16. de vsu p. c. 10.
K Ga. li. 16. de vsu p. c. 10.
l Ga. ibid.
m Gal. ibi.
n Ga. ibid. & li. de Arter. dissect. c. 9.
o Ga. ibid.
p Ga li. de Arter. sec. c. 9. & li. 16. de vsu p. c. 10.
q Supra capit. 9.
r Gal. li. 16. de vsu p. c. 10.
s Gal. li. de Arter. sec. c. 9.
t Gal. li. de Arter. sec. ca. 9.
u Supra c. 11.
x Gal. 3. de anat. adm. ca. 8.
y Ga. ibid.

A modum gracilibus; transiens autem sub ligamẽtum transuersum sub primam palmę partem,& sub membranam manus duos ramulos impertit * paruo digito, [a] & totidem proximo,atque vnum medio ab externo latere; aliquos etiã interdum musculis sitis ab externo latere ossis illius,quod in palma sitũ est,e regione parui digiti. Hoc igitur pacto finitur grandior ramus,quẽ produci diximus à sinistro latere arteriæ ascendentis; cum ex corde exit. a Gal.li.3. de ana.ad-min.c.8.

Quo grandi ramo producto,magna arteria ascendẽs,rectà paulò superius tẽdit iuxta asperam arteriam,dum perueniat ad glandulas propè guttur substratas,ibi autem priusquã ex cauo thoracis exeat,in duos ramos diuiditur,V.Sinister,X,qui gracilior est,grandis tamẽ aliquãtisper sinistrorsum vergens, fertur sursum b cũ interna vena iugulari prope sinistrũ latus asperæ arteriæ. Vocatur autẽ hic ramus à veteribus arteria καρωτὶς. c Dexter qui crassior est, similiter sursum ascendit,& statim atq; primam costam dextri lateris attingit,grandem d ramũ, Y, profert,similẽ illi,qui sinistro brachio distribuitur. Ab hoc.n.similiter deriuãtur rami ad interualla costarum ad transuersos processus vertebrarum ceruicis,ad pectoris os, ad posteriores musculos in collo sitos; ita vt eodem modo deniq; in brachium,& manum diuidatur. Sed quod reliquum,Z, est grandioris,ac dextri rami iuxta dextrum latus asperæ arteriæ ascendit; efficiturque καρωτὶς e arteria dextri lateris.

b Ga. li.de Arter. sectio.c.9.
c Ga..li.16. de vsu p.c. 12.
d Ga. li.de venar. & Arter. sectio.c.9.
e Gal.li.16. de vsu p. c. 12.

B

De Arteriarum distributione supra iugulum. Cap. XVI.

His ita constitutis de arteriarum ascendentium vsq; ad iugulum distributione; proximũ est vt transeamus ad eas quæ supra iugulum,& ad ternas,quæ vtrinq; in caluariã ingrediuntur. Harum prima,*a*,prope iugulum à grandi ramo ad brachiũ tendente deriuatur, ascendensque f per transuersos processus vertebrarũ ceruicis intra primã vertebrã, & caput a latere penetrat in durã mẽbranã,quæ spinæ medullæ inuoluitur,& in caluariã ingressa sub initio medullæ coit,*b*,cum prima alterius lateris,ita vt ex vtraq; vna fiat,quæ recta sub cerebrũ in priorem partem fertur,donec perueniat ad glãdulã in osse sphenoide collocatã,vbi iterũ in duos ramos partitur,*c*,vterque tendit a suo latere iuxta cauum ossis sphenoidis,vbi glandula cõtinetur,vsque ad secundũ par neruorũ a cerebro emanantium; ibi autem ramulos,*d*,exigit penè innumerabiles inter hos,secundũ,& primũ,qui per tenuẽ cerebri mẽbranã illigati procedunt ad choroidem plexũ efficiendũ. Secunda,*e*,& tertia arteria ab vno,& eodẽ ramo proficiscitur. Deriuatur hic a trũco arteriæ magnę,antequã ex thorace prodeat; vocaturq; a græcis καρωτὶς, g quod somnũ facere credatur; statim autẽ atq; orta est,coniũcta cũ vena iugulari interna iuxta fauces ascendit,ramũ,*f*,vnũ glandulis h gutturis,ac partib.vicinis impertiens; deinde alterũ,*g*,a parte superiori ijsdẽ glandulis,oĩbus musculis gutturis,& aliquot ossis hyoidis; præterea tertiũ,*h*,magnũ,& quasi dimidium totius varijs partibus in multas arterias diuisũ. Nã prima,*i*,quæ magna est pertinet ad musculos ossis hyoidis: secunda,*l*,quæ multo maior,ad maxillã,ad glandulas i quæ iuxta sunt,ad musculos ossis hyoidis,& linguæ,& per vnũ ramum,*m*,ad mẽti latus,qui ĩ duos diuiditur,vnus ad superius labrũ,alter ad inferius progreditur. Tertia,*n*, ad eosdem lingue musculos,ac linguã fertur. Quarta,*o*,ad musculũ externũ adducẽtẽ caput ad thoracẽ. Quinta,*p*,ad mastoidẽ procesũ. Sexta,*q*,per mastoidẽ eũdẽ ad partes auris posteriores. Idẽ tertius ramus postquã sex prędictas arterias protulit,ascẽdẽs alias paruulas,*r*,trãsfert ad linguæ radicẽ, ad musculũ masseterẽ,ad maxillã,ad internas fauces,ad cauũ nasi,ad musculos qui in ore abditi maxillã mouẽt. Harũ vna,*s*,quæ grandior est,in caluariã intrat per paruũ foramen sitũ in osse sphenoide ab exteriori parte versus posteriorẽ illius foraminis per quod egreditur tertia pars tertij paris neruorũ cerebri. Atq; hæc est secunda ex trib.arterijs, quas diximus k in caluariã penetrare: procedit,*t*,autem intus per duram mẽbranã,quæ nõ alia de causa pulsat,nisi quia multos ramulos accipit ab hac secũda quæ in ipsã diuiditur. Sed quod restat,*u*,ex tertio ramo iã dicto,ab anteriori parte per auris radicem procedit ad maxillæ cõmissuram,& per tempus ad latus frontis,vbi finitur. At ramus ille primus,quẽ arteriam carotidem diximus nominari,postquã protulit hunc tertiũ ramũ, quẽ in tot arterias diuidi proximè ostendimus,adhuc dimidius restat,si conferatur cũ toto initio: ascendit,*x*,autem in caluariã per foramen l situ in osse tẽporum ab exteriori,atq; inferiori parte dicti processus; residet enim hoc foramen a posteriori parte versus priorẽ vsq; ad lineã separantẽ os sphenoides ab osse occipitij,finiturque sub foramine illo ossis sphenoidis,quod nariũ cauo respondet. Verum non rectã in caluariam spectat,cum oblique à posteriori parte in priorẽ procedat: per foramẽ igitur externum nunc dictum in osse temporũ,& inde per aliud magnũ,sub sinu ossis sphenoidis in quo residet glandula, ingreditur in caluariam extremum carotidis illius primi rami,atque hæc tertia,*x*,est arteria ex illis quas posuimus in caluariã penetrare; ascendit autẽ ad sinũ ossis sphenoidis proximè dictũ sub dura mẽbrana latẽs,vbi ramos,*y*,propè infinitos distribuit qui inter se iuncti in belluis efficiunt rete illud mirabile descriptũ à Galeno; m in hominib. vero quasi vmbrã ipsius; quibus ramulis distributis,videtur adhuc integra manere; perforataq; dura membrana subit in cauum cerebri ad basim inter primum, & secundum par neruorum, vbi in duos ramos tota diuiditur,*z*,quorũ interior,*α*,coit,*β*,cũ ĩteriori alterius lateris,ita vt ex

f Gal.li.de Arter. sectione, c.9.& lib. 16. de vsu p.c.11.&12.
g Gal.2.de plantis ca. 6.
h Gal. lib. 16. de vsu p.c.12.
i Gal.ibid.
k Paulo ante.
l Gal li.16. de vsu p.c. 12.
m Ga li.9. de vsu p.c. 4.& Ga li. 16. de vsu par.c.10.& 12.

D
E

duobus vna fiat arteria, quæ in plurimas paruulas diuiditur, γ, ad initium primi paris neruorum per cerebri substantiam, & eius membranam tenuem. Exterior, δ, innumerabiles profert ramulos, ε, quorum alij coeunt cum ramulis deriuatis à prima arteria, quam peruenire ad hunc locum retulimus; alii disiuncti distribuuntur per tenuem membranam, ac cerebrum ad plexum [a] choroidem formandum. Hactenus de cerebri arterijs. E

a Gal. li. 16. de vsu p. c. 12.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI FIGVRIS Tabulæ XXVII. inscripti visuntur, declaratio.

F

TAB. XXVII. FIG. I.

I *Figura monstrat distributionem arteriarum supra iugulum.*

a Prima ex arterijs in caluariã penetrãtibus, quæ transit per foramina trãsuersorum processuum vertebrarum ceruicis.

e Carotides arteriæ.

f Ramus carotidis arteriæ, qui ad glandulas gutturis, ac vicinas partes pertinet.

g Alter ramus, q fertur ad musculos gutturis & ossis hyoidis.

h Tertius ramus eiusdem arteriæ qui varijs partibus in multas arterias diuiditur.

i Prima arteria nuper dictæ diuisionis, quę pertinet ad musculos ossis hyoidis.

l Secunda, quæ fertur ad maxillam, glãdulas, quę iuxta sunt, & musculos ossis hyoidis, ac linguæ.

m Ramus, qui ab hac secũda arteria enatus ĩ duos diuiditur ad latus omẽti.

n Tertia arteria quæ ad eosdem linguæ musculos, & linguam progreditur.

o Quarta arteria quæ fertur ad externũ musculũ adducentem caput ad thoracem.

p Quinta, quę ad mastoidem processum procedit.

q Sexta, quę per eundem mastoidem delata diuiditur in partes auris posteriores.

r Paruulæ arteriæ quæ à tertio ramo diuiduntur ad linguæ radicẽ & partes vicinas.

s Secunda arteria quę in caluariam penetrat.

u Reliquũ tertij rami, quod ab anteriori parte progreditur per auris radicẽ ad cõmissurã maxillæ, & per tẽpus ad latus frontis, vbi finitur.

x Tertia arteriam quæ in caluaria ingreditur.

y Arteriæ pertinentes ad musculos posteriorem ceruicis partem occupantes.

FIG. II.

II *Figura monstrat progressum arteriarum intra caluariam,*

G

b Coniunctio dextræ arteriæ cum sinistra sub initio medullæ spinæ.

c Diuisio earumdẽ de glãdulam in osse sphenoide collocatam.

d Infiniti penè ramuli, qui ab hac diuisione per tenuem cerebri membranam illigati, tendũt ad plexum choroidem efficiendum.

s Secunda arteria quæ in caluariam penetrat.

t Progressus secundæ arteriæ per durã ceruici membranam.

x Tertia arteria quæ in caluariam ingreditur.

y Distributio tertiæ arteriæ ad rete mirabile efficiendum.

z Diuisio huius arteriæ in duos ramos inter primum & secundum par neruorum cerebri. H

α Interior ramus prædictę diuisionis.

β Coniunctio interioris rami vnius lateris cum interiori alterius.

γ Diuisio communis arteriæ in plures ramulos ad initium primi paris neruorum per cerebri substantiam & tenuem eius membranam.

δ Exterior ramus nuper dictæ diuisionis.

ε Diuisio huius rami per tenuem membranam, & cerebrum ad plexũ choroidem efformandum.

TABVLA XXVII

I

II



E

De Arteri a magna descendente. Cap. XVII.

Expofito ductu magnę arteriæ afcendentis,proximum eft vt ad eandé defcendenté,α, accedamus. Superinfidet hæc vertebris,& vtrinque à lateribus a ramos,β,diftribuit interuallis octo coftarum inferiorum,qui veras coftas vfque ad cartilaginem fe quuntur;fed in fpurijs vltra progrediuntur ad latera abdominis,a quibus ramuli ali quot b ad fpinę medullam feruntur,atque ad mufculos vertebris,thoracicque fuperiectos,nõ fecus quã à vena fine coniuge;ipfa verò arteria vertebris aliquantifper verfus partem finiftrã innitens,deorfum tendit,& ex cauo thoracis egreditur,quà feptum ad vndecimam eius verte brã fpectat;ftatimque fub fepto tranfuerfo vtrinque c vnum profert ramum, γ, qui in plures fectus in pofteriorem fedem fepti iuxta vertebras progreditur;& fublimiori fepti parti,qua fe pto adnafcitur,ramulos impertit;poft duos iam dictos ramos magna arteria à priori parte vnum profert truncum,δ,qui diftribuitur d in ventriculum,iecur,veficam fellis,lienem, omen tum,duodenum,& colum inteftinum,in hunc modum.Cum primum deriuatus eft,fulcitur fuperiori parte inferioris membranæ omenti,& in duos ramos diuiditur propè æquales;horum qui paulo gracilior,ε,eft,dextrorfum procedit;alter,ζ,finiftrorfum;qui dextrorfum,portæ venæ innixus,ad cauum iecinoris tendit,in itinereaũt ramum,ϑ,impertit inferiori membranæ omenti,& colo inteftino,dein à fuperiori parte alium ramulum,η,ventriculo præbet, qui diuidi tur in pofteriorem eius partem,quà fpectat ad dorfum;dein ex humiliori parte, cum ad iecinoris cauum pergit, duos ramos profert,vnum,θ,duodeno inteftino,vfque ad initium ieiuni; alterum,ι,paulo ampliorem,qui vergit ad dextram fedem ventriculi,& fuperiori membranæ omenti illigatur,fupernèque diuiditur in priorem,& pofteriorem partem ventriculi; infernè alios ramulos diftribuit fuperiori membranæ omenti.Quod fupereft huius dextri rami , duos tenues ramulos,κ,bilis veficæ impertit,& in ramulos,λ,aliquot fectum,ad iecinoris cauum ter minatur,non admodum in eius fubftantiantiam penetrans.At ramus,ϑ,qui finiftrorfum progreditur,& modice craffior eft,inferiori membranæ omenti,& glandulis,quæ iuxta funt,innititur,coniunctusque cum venæ portæ ramo,in tot,quot ille diuiditur; à fuperiori enim parte arteriam præbet ventriculo,quà dorfo innititur,quæ primo ramum,ν,profert vtrinq; pofterio ri parti ventriculi,dein furfum afcendens venæ portæ modo,fuperius os ventriculi quafi coro na cingit,ο,ramulos,ξ,diftribuens,tam ventriculo,quam gulæ,quà cum ventriculo iungitur;in ter quos vnus,π,à fuperiori parte dextrorfum verfus inferiorem progreditur ad inferius oftiũ ventriculi,ramulos in itinere impertiens anteriori,& pofteriori parti ventriculi; dein finifter ramus aliam arteriam,ρ,diffundit,in inferiorem omenti membranam:hæc paulò poft initium in duos ramos diuiditur,valde inter fe diductos,& multos ramulos diftribuit tum inferiori mẽ branæ omenti,tum colo inteftino;his deriuatis finifter ramus magis adhuc finiftrorfum ducitur,& perinde ac vena,cum qua iungitur,in duos ramos diuiditur,atque hi rurfus in alios; dũ recta in lienis cauum multis ramulis,τ,ingrediatur .Sed ab humiliori ramo,priufquã in lienem penetret,plerunque ramulus membranæ omenti diftribuitur:producitur & ab eadem arteria priufquam in lienem ingrediatur ramus,υ,qui fuperiori membranæ omenti innixus dextrorsũ vergit ad ventriculi fundum,& in finiftram eius fedem, tam à priori, quam à pofteriori parte diuiditur,ramulũ impertiens fuperiori membranæ omenti.Nafcuntur & alii ramuli,φ,à ramis ad lienem pertinentibus,qui ad finiftrum ventriculi latus pergunt,nõ fecus quam illi,qui oriũ tur à venis ad lienem pertinentibus.Sed magna arteria paulò inferius ad primam lumborum vertebram duas exigit arterias,quarum initium tegit plexus neruorum ibi exiftens, cum quibus iunctæ pluribus ramis,χ,diuiduntur venæ portæ modo e in mefenterium,ieiunum inteftinum,ileum,& eam partem coli,quæ à iecinoris cauo ad finiftrum renem progreditur.Ab eadẽ magna arteria paulo inferius,quà parte prima lumborum vertebra cum fecunda committitur,vtrinque f vna,ψ,deriuatur,quæ in renem fui lateris diuiditur;obfcuros admodum ramu los impertiens craffiori tunicæ ipfius.Aliquanto autem infra initium dextræ venæ materiam feminis ad teftem ferentis,oriuntur binæ g arteriæ,ω,à magnæ arteriæ anteriori parte , quæ ad teftes feminis materiam fimiliter afferunt;hæ initio coniunctæ funt , fed dextra dein fuper venam cauam tranfiens,dextræ venæ ad teftem tendenti innititur, donec pubis os fuperans, & ex ventris cauo exiens cum vena mifceatur ad initium teftis : eodem etiam modo finiftra arteria cum finiftra vena coniungitur;In fœminis hæ arteriæ eodem modo ac venæ diftribuũtur;fiquidem altera pars ipfarum in teftes,altera in vteri fundum diuiditur.Rurfus paulo inferius à priori parte magnæ arteriæ circa finem tertiæ lumborum vertebræ, vbi neruorum plexus eft,vna tantum alia arteria deriuatur in humiliorem mefenterii fedem, quæ cum neruis à dicto plexu ortis,in colum inteftinum a liene vfque ad rectũ fertur;& in ipfum quoque rectũ diftribuitur;fed à pofteriori fede magnæ arteriæ quà cum vertebris iungitur,rami,ϱ, vtrinque deriuantur,ad fingulas lumborum vertebras,qui ad fpinæ medullam,& mufculos ibi fitos per tinent;funt autem hi rami & magnitudine,& itinere inter fe fimiles,excepto vno,ϱ qui vtrinq; multo craffior procedit ad mufculos vertebris inhærentes,& trãfuerfus per peritoneum, atq; abdomi-

F

G

H

a Gal. lib. 16. de vfu p.c. 10.
b Ga. li. de Arter. fec. c. 9.
c Gal. lib. de Arter. fect. cap. 9.
d Ga li. de Arter. fec. c 9.
e Ga. li. de Arter. fec. c. 9.
f Ga. li. 16. de vfu p. c. 10. & li. de Arte. fect. c. 9.
g Gal. li. de Art. fec c. 9. & lib. 16. de vfu p. c. 10.

Pro Capitis huius declaratiõe videta bulam 26. pagi. 128.

A abdominis musculos ad ventris latera procedit. Hactenus magna arteria ad lumbos subijcitur sinistro lateri venæ cauæ, dein arteria venæ superijcitur, atque vbi ex osse sacro excessit, rursus subijcitur. In duos [a] autem grandes truncos ad quartam lumborum vertebram separatur, *f*, ita vt literæ, Λ, imaginem referat. Respondent hac parte rami arteriarum ramis venarum, si tenues quosdam ramulos, *f*, excipias, qui ab humiliori parte arteriæ, qua primum in duos truncos diducitur deorsum tendentes, fulcti osse sacro per ipsius foramina penetrant, ad spinæ medullam, & ad posteriorem partem sacri ossis; interdum etiam ita insignes sunt, vt rudibus videantur ad anum capita venarum sanguinem fundentia. Vterque autem truncus tam dexter, quam sinister, paulo postquam à magna arteria deriuatus est, in duos grandes ramos diuiditur, *k*, quorum interior, *g*, exteriori tenuior est, & statim in duos partitur ramulos vnum internum, alterum externum; externus, *h*, simul cum vena transuersus progreditur, qua os sacrum, & os coxæ inter se dehiscunt, & pluribus ramis in musculos coxæ inhærentes diuiditur; sed ex sinu sito inter os ilium, & os sacrum, vbi continetur, ramum profert, qui vna cum ramo venæ, & nerui deorsum egrediens, ex eo sinu sursum reflectitur ad ossa pubis, vbi tam à dextro, quam à sinistro latere procedit per dorsum colis vsque ad glandem. Internus, *i*, maribus vesicæ fundo, ac ceruici, [b] & coli ramulos distribuit, ac nonnullos etiam ano. Fœminis verò B grandior apparet, & in inferiorem partem fundi vteri [c] multis ramulis diuiditur, & simul ēt in vteri ceruicem, & vesicam. Reliqua pars interioris rami deorsum tendens arteriam, *l*, accipit; quæ vtrinque ab vmbilico iuxta latera fundi vesicæ in ipsum ramum inseritur; sed excæcatur, [d] & inarescit ijs qui iam in lucem sunt editi; dein idem interior ramus, nō secusquam vena, quæ cum ipso iungitur, tendit per foramen ossis pubis, & priusquam ipsum transeat, ramulum accipit ab exteriori ramo deriuatum, ita vt maior fiat, sicque per pubis foramen egreditur, & ad musculos id foramen occupantes, & ad alios, qui à pubis osse initium sumunt, pertinet, non secus ac vena, quæ tendit per foramen ossis pubis: hic tandem interior ramus, *m*, cum ad medium longitudinis femoris finitur, coit cum ramulo, *s*, qui deriuatur ab exteriori, ac grandiori ramo crus petēte, ad quem iam accedimus. Exterior, *q*, igitur ramus, ac grandior vtriusque trunci ad quartam lumborum vertebram deriuati, per inguen in crus descendit, & antequam ex peritoneo exeat, propaginem, *o*, illi sursum præbet, quæ ad rectum musculum abdominis sui lateris accedens, transuersos ramulos proximis partibus vtrinque impertit; dein sursum ad vmbilici regionem properans, in ramos scinditur, qui cum ramulis arteriæ à summo pectore descendētis iunguntur, & consortium [e] efficiunt inter mammillas, & vterum. Sed antequam exeat ex inguine, arteriam non paruam profert, quæ in cutem pubis ilium, atq; abdominis diuiditur: inde exterior ramus cum iam descendens ad crus peritoneum superauit, ramulum, *p*, ad pubis ossa, qua inter se committuntur, transmittit, qui exiguus est, neque cuti impertitur. Vtitur autem arteria [f] in crure propugnaculo venæ, & ramos, *r*, musculis distribuit anteriorem femoris partem amplexantibus, cuti verò nullum. Ab eodem externo grandi ramo alius, *s*, ducitur, qui in quintum femur mouentem musculum, & in eos qui internam femoris sedem occupant, vsque ad genu frequentibus ramis distribuitur, quorum extrema iunguntur cum extremis illius arteriæ, quam per pubis ossis foramen ad crus diximus pertinere. Ipse autem grandis ramus ab inguine deorsum procedens iuxta femoris os ita conuoluitur, vt inter duo inferiora femoris capita in poplite consistat: vbique autem cum [g] vena coniungitur crassiore ad crus tendente. Verum vbi per posteriorem partem femoris descendit, ramos, *t*, profert musculis ibi collocatis, qui cum venis versus poplitem procedunt. Cæterum ipse grandior ramus in poplite reconditur, vbi ramum, *u*, vtrinque profert ad latera genu. Sed postquā ex poplite excessit, ab exteriori latere ramum, *y*, profert, qui iuxta suram procedens inter septimum, & octauum musculum mouētem pedem abditur, & in reliquos, qui anteriorem tibiæ partem occupant, distribuitur, ramulos impertiens vltra dimidium longitudinis cruris. Ipse deinde grandior ramus inter capita duorum primorum musculorum pedem mouentium tendens, tum inter tertium, & duos, qui flectunt vltimos digitorum articulos, & quintum pedem D mouentem absconditur; nec recedit à ligamento illo, quod in longitudinem tibiam cum sura alligat: ibi autem in duos ramos diuiditur, interior, *z*, inter tibię os, & suram ad inferiorem pedis partem progreditur, vna cum chordis musculorum ad inferiorem pedis partem pertinentibus; in itinere autem ramulum, Δ, transfert ad eam regionem, qua tibia cum talo iungitur; in pedis vero planta inter musculos flectentes secundos quatuor digitorum articulos; & chordas flectentes tertios articulos, in duos ramos scinditur; vnus tendit ad digitum magnum, rursus in duos alios diuisus, alter partim ad indicem, partim ad inferiorem partem medij digiti procedit. Exterior, Γ, ramus, quem sub media tibia deriuari diximus, similiter ad plantam pedis tendit: sed inter os calcis, & suram, vna cum chordis septimi, & octaui musculi mouentis pedem, ramulum, Δ, illi commissuræ distribuens, & minimo digito, atque illi qui minimo proximus est, impertitur, Λ: sub talo alium ramum maiorem distribuit, qui diuiditur in musculos magnum digitum ad latera vertentes, & tres proximos versus partē externam, vbi pulsus [h] manifestè deprehenditur: scire tamen licet vt venarum, ita etiam arteriarum non eādem esse per crus, & pedem, in omnibus distributionem.

a Gal. li. de Arteriarū sect. c. 9. & l. 16. de vsu par. c. 10.

b Ga. li. 16. de vsu par. c. 10.

c Gal. ibid.

d Gal. li. de Arteriarū sect. c. 9.

e Gal. li 16 de vsu par. c. 10.

f Gal li. 16 de vsu par. c. 10.

g Gal. li 3. de anato. adm. ca. 13.

h Gal. lib. 3 de anatom. admi. c. 13.

De

E

De Sectione neruorum, venarum, & arteriarum. Cap XVIII.

DIſtributio neruorum, venarum, & arteriarum in omnes corporis partes abũde in hoc tertio libro explicata eſt, ſed qua ratione & in humanis cadaueribus, & in belluis ſectione deprehendatur, quod præcipuè nobis inſtitutum erat, nunc dicendum ſupereſt. Imprimis igitur diligenter conſiderare oportet quæ de harum partiũ diſtributione hactenus tradita ſunt: dein pictura earũdem ante oculos poſita, ad ſectionem veniendũ; quæ non difficilis erit. Quo pacto autem in ventre, thorace, capite adhibenda ſectio ſit, tunc ſigillatim exponemus, cum quinto, ſexto, & ſeptimo libro de his partibus agemus; nunc qua ratione in brachijs, & cruribus ſectione inquirere neruos, venas, & arterias oporteat, enarrabimus; ſi ante errorem oſtendemus, in quem delabuntur plerique eorum, qui neruum vſque ad finem, ſcalpello perſequi volunt; initium enim ab alijs partibus reſolutum trahentes intuentur quæ partes ſimul trahantur; nam in eas omnes diuidi neruum exiſtimant: ſed decipiuntur; quandoquidem tracto neruo, non ſolum trahuntur particulæ, quibus diſtribuitur, ſed quæ cum illis etiam nectuntur; atque vbi nerui fines in membranis definant ad multas partes pertinentibus: omnes hæ neruo adducto adducentur; quamuis ramulorum ipſius minimè ſint participes. F

A ſummo igitur humero, ad pollicem vſque ſcalpello rectam lineam duces, ita vt carnoſa membrana inuiolata, cutem [a] dumtaxat diuidas, quam diductis labris in vniuerſo brachio, & manu, ita leniter reſolues, vt vna cũ neruulis, ac venis, adipem ſuper carnoſa membrana relinquas, ſi quid in reſoluenda cute occurrat, præcidens; qua reſoluta, ſuper carnoſa membrana tegente muſculum attollentem brachium, neruulos, ac venulas inſpicies, ſimul cum primo neruo brachij, qui per externam eius ſedem ſuper carnoſam membranam deriuatur, & ſimul etiã ramum, quem quartus neruus præbet externæ parti cubiti. Diſcernes & diſtributionem ſexti nerui brachij ſuper carnoſa membrana; deprehendes & exitum venæ internæ, quam cæphalicam nominari [b] diximus, ad externum latus primi muſculi brachium attollentis, & ramulos, quos partibus quæ iuxta ſunt, impertit, donec cubiti iũcturam attingat; vbi ramum inuenies, qui obliquè deorſum à cephalica vena ad communis cõſtitutionem deſcendit; & alium ſimul, qui iuxta radium per poſteriorem partem, vſque ad paruum digitum fertur, ramulum ex vena iecinoris accipiens. Ille vero ramus, quem cephalica (rarò tamen) ad ſublimiorem partem iuncturæ cubiti transfert, etiam ſine ſectione apparet. Intueberis & venæ iecinoris partem illam, quæ ſub media longitudine brachij ad carnoſam membranam aſcendit, vnde ramus deducitur, ad [c] communem venam efficiendam. Diſcernes & alios ramos, qui à iecinoris vena, per inferiorem, atque interiorem cubiti regionem, ad primam palmæ partem feruntur; poteris & communis venæ ductum inſpectare, intuitus ramulos nerui ſecundi brachium petentis; cum primum in cubiti iunctura ad carnoſam membranam egreditur; ramum item quarti nerui, qui per externam cubiti partem ad manum vſque progreditur; aliquo pacto etiam nerui apparebunt, qui ad digitos pertinent; quos præſtat tunc perſpicere, cum eorum initia vſque ad digitos reſolueris. Vbi cuncta hæc diligenter animaduerteris, membranam hactenus inuiolatam cum adiunctis venis, ac neruis à ſubiectis muſculis ſeparabis; deinde muſculum qui brachium ad pectus adducit, à partibus quibus illigatur, vſque ad finem reſolues, ſicut & illum, qui brachium attollit, & primum, & ſecundum ex illis, qui ſcapulam mouent. Poſt hæc iugulum à ſummo humero ſeparabis, & muſculum illum auferes, qui, à pectoris oſſe, & iugulo ad proceſſum in oſſe occipitij mammillam referentem alligatur: auferes & eum, qui à ſcapula tendit ad os hyoides, & eum, qui à prima coſta tranſuerſis proceſſibus vertebrarum ceruicis inſeritur. In detrahendis muſculis, non eſt, quod diligentia vtaris, ne violentur, quandoquidem nunc non muſculorum, ſed neruorum, venarum, & arteriarum diſtributio ſectione inueſtigatur. Detractis igitur muſculis ad latera vertebrarum ceruicis, euidenter ſe oſtendunt neruorum radices, quorum plexum, iter, ac diuiſionem per brachium perſequeris. Occurret tibi primũ neruus, qui muſculo brachium attollenti præcipuè diſtribuitur; dein ſecundus, & tertius, quorum ductum facilius deprehendes, ſi capita muſculi anterioris cubitum flectẽtis ab ea parte ſepares, à qua incipiunt; ita vt ipſum reſoluas vſq; ad finem; inſpicies tunc non ſolum ſecundi, & tertij, ſed quarti, quinti, & ſexti etiam progreſſum per brachium: præterea arteriæ, & venæ cephalicæ, ac iecinoris ingreſſum in brachium; obſeruabiſque iter vniuſcuiuſque; id quod facile ſuccedet, in ſecundo, tertio, quinto, & ſexto neruo vſque ad cubiti iuncturam; nã quartus verſus externum humeri tuberculum retorquetur, neq; ſe oſtendit, niſi muſculos cubitum extendentes obliquè diſſecueris; ſic nerui progreſſum intueberis, muſculis diſſectis. Vbi autem quartum neruum ad externum latus cubiti iũcturæ deduxeris, & ramos, quos in progreſſu profert, perpenderis, muſculos ab externo humeri tuberculo ortos a ſuo initio reſoluens, ramos quarti nerui inſpicies illis muſculis impertitos. Perſequeris & eam partem quarti nerui, quæ pollicis, indicis, ac medij digiti externæ regioni, ramulos impertit, muſculum obſeruans, qui dupliei chorda in primam palmæ partem inſeritur. Inquires & aliam partem quarti nerui, quæ per cubitum progreditur ad primam palmæ partem, ramulos impertiens muſculis ab externa cubiti

G

H

[a] Gal. li. de anat. admi. c. 2

[b] Sup. cap. 11.

[c] Sup. cap. 11.

A biti regionem incipientibus. Vt autem reliquum tertij, & quinti nerui, & ramum venę iecino-
ris abditum, progressumque arteriæ per brachium, & manum deprehendas, resolues capita
musculorum ab interno humeri tuberculo incipientia, sic enim tibi promptè occurrent in in-
teriori cubiti sede: sublato autem musculo flectente secundos articulos quatuor digitorum, vi
debis eorundem ductum, vsque ad primam palmæ partem; videbis & portionem quinti nerui
ad cubitum pertinētem; quæ dum per posteriorem partem inferioris tuberculi humeri fertur
ad cutem, sub medio in longitudinem ipsi ramum impertit, qui in exteriora vergens, ramulos
distribuit externo lateri minimi digiti, & duorum proximorum; tunc autem facile discernes,
cum superficie tenus propè feratur. Quod reliquum est quinti, & ductum tertij perspicies, si
transuersum ligamentum ad primam palmæ partem ab anteriori sede præcidas, & tenui scal-
pello venam, arteriam, atque eos neruos ad extremos vsque digitos persequaris.

Vt per brachia, ita etiam per crura venas, neruos, & arterias inuenire sectione oportet. Du
catur itaque scalpellus recta per crus ad magnum digitum pedis; ita vt cutem solam diuidat;
carnosam verò membranam vna cum adipe, neruulis, ac venulis minimè attingat; sic dempta
cute, inuenienda sunt initia [a] quatuor neruorum ad crus pertinentium, quod fiet, si neruos — a Gal. li. 3. de anato. adm. c. 10.
B ex lumborum vertebris, ex sacro osse prodeuntes obseruabis. Vbi autem ad crus quatuor ner
uos deduxeris, inspicies ramos primi, carnosæ membranæ ab exteriori femoris regione imper
titos; inspicies & in anteriori ramum secundi nerui carnosæ membranæ similiter impertitum;
simul etiam obseruabis venam quæ per interiorem [b] partem cruris vsque ad pedem cum ra-
mulo ipsius nerui progreditur. Tertij verò nerui ramum carnosæ membranæ distributum in- — b Gale. lib. 3. de anat. adm. c. 12.
uenies, si inguen diligenter inspectes: sed vt quarti nerui ramum ad carnosam membranā per
tinentem reperias, primum musculum femur mouentem ab osse ilium, à sacro, à coccyge, vsq;
ad finem separare oportebit, sic enim & eum ramum, & truncum inuenies, vnde deducitur. In
quires etiam sine sectione ramum quarti nerui, qui carnosæ membranæ ad imum femur iuxta
poplitem distribuitur, tum quarti nerui ramulos per carnosam mēbranam, vna cum venis ad
tibiæ cutem tendentes. Reuersus deinde ad inguina, primi nerui ductum scalpello inquires, se
ctis [c] musculis à quibus abditur, id quod vt secundum, & tertium requiras similiter facies. Cū — c Gale. lib. 3. de anat. adm. c. 10.
tertio autem neruo ramos venæ, & arteriæ, qui per foramen in osse pubis egrediuntur, inueni-
re etiam oportet. Venam verò & arteriam grandiorem ad femur tendentes deprehendes, se-
ctis [d] paulatim musculis, & ipsorum ramis obseruatis, qui per femoris os retorquentur; vbi ad
poplitem, vna cum quarto neruo procedunt. Venæ quoque, arteriæ, & nerui diuisionem ad po — d Gal. 3. de anat. admi. c. 12. & 13.
plitem, atque iter per crus, & pedem inspicies, musculis, ac ligamentis variè præcisis, veluti in
C manu paulo ante faciendum diximus. Sed satis de venis, neruis, & arteriis: proximo libro per-
gemus ad musculos.

Finis Tertij Libri Anatomes.

 E

VIDI VIDII DE ANATOME F

Liber Quartus:

QVI EST DE MVSCVLIS.

De Musculis in vniuersum. Cap. I.

QVÆ hactenus persecuti sumus, quamuis figuram multiformem præseferant, si substantiam, & officium spectes, habētur inter partes simplices: musculi, qui nunc nobis propositi sunt, non modo figuram, sed munus quoque, & substantiam habent multiformium, neque possunt inter simplices referri, nisi quatenus concurrunt ad membra componenda. Appellantur autem græcè μύες, [a] latinè [b] musculi, à muribus, quos abscissis pedibus referunt; qui magis insignes sunt, eos fabricata est natura, vt [c] instrumentum sint motus volunta- G
rij; quicquid enim in corpore nostro ad libitum mouemus, id per musculos agimus, neque voluntarium motum sine musculo reperias, sicut nec musculum, qui facultatem non habeat eiusmodi motus, eo excepto (modo musculus dici debeat,) qui in palma sub cute sēsum, duritiem, & carentiam pilorum affert, vt vult Galenus, [d] alioquin motus expers: coniungitur cum motu vis sentiendi quæ tractantur; spiritus enim qui à cerebro per neruos feruntur ad musculos, vt mouendi, [e] ita quoque sentiendi facultatem afferunt; at [f] non propterea dicuntur musculi instrumenta sensus, sed motus; quod ille alijs etiam partibus insit, hic tantum musculis. Id autem quod mouetur, plerunque [g] os est, cui inseruntur; mouetur tamen & cartilago, vt in gutture: præterea oculus, lingua, labia, cutis in fronte, & facie; quamquam mouent interdum musculi se ipsos dumtaxat, veluti qui siti sunt ad anum, & ceruicem vesicæ; sed siue aliud, siue se ipsos moueant, tunc agunt, cum contrahuntur [h] versus sua initia, nam distētio, quam in musculis inspicimus, affectus [i] magis est, quam actio: vi enim tunc trahūtur ab oppositis musculis contractis; quibus sectis, non amplius tenduntur. Consistit igitur musculorum actio in contractione versus sua initia, in contractione inquam, non simpliciter, sed voluntaria: præstant enim contracti motum voluntarium, si recti sint rectum, si obliqui obliquum, & omninò [k] simplicem; qui tamen in orbem obuoluuntur, articulū circumagunt, veluti qui pertinet ad femoris articulum cum coxa; vnus itaque musculus vnum [l] præstat motum; vbi plures motus sunt, ibi & plures musculi, quemadmodum in lingua: membra autem flectuntur fere à musculis [m] internis, porriguntur ab externis cum contrahuntur. Vbi membra suspensa, atque immobilia habentur, tunc musculi oppositi [n] contrahuntur, & cum æquè valeant, membrum neque flectitur, neque porrigitur, sed in eodem statu continetur. Quamuis verò eiusmodi actio quies appareat, motus appellatur, dicitur autem tonicus, [o] quod in eodem tenore membrum seruetur. Ex contrario distentio musculorum, qui ab oppositis trahuntur, licet videatur motus, debet censeri quies, cum ociosi tunc sint. Sed satis de officio musculorum, cui maximè respondet compositio, siue materiam, siue formam spectes: materia sunt primo partes ipsorum, deinde substantia, ex qua illæ cōponuntur; musculorum [p] partes sunt medium, & extrema; mediū à similitudine quam repræsentant, venter appellatur, extrema sunt initium, & finis. Substantia multiplex [q] est, tegitur enim membrana musculus à ligamento producta, siue ad initium, H

Ta. 28. 29.30.

a Gal. 1. de mot. musc. c. 1
b Cor. Ce. lib. 8. c. 4.
c Gal. li. 16 de vsu pa. c. 2. & 1. li. de mo. mu. c. 1.
d Gal. li. 2. de vsu par. c. 6
e Gale. 1. li. de mo. mu. c. 1
f Gal. ibid.
g Gal. li. 1. de mo. mu. c. 3
h Gal. 3. de fr. com. 42
i Gal. lib. 1. de mo. mu. c. 6. & 3. de fra. cō 42.
k Gal. li. 1. de mo. mu. c. 4
l Gal. ibid.
m Ga. li. 1. de mo. mu c. 5
n Gal. 1. li. de mo. mu. c. 7. & c. 8.
o Ga. ibid.
p Gal. 1. li. de mo. mu. c. 2
q Gal. 1. li. de semi. c. 10. & 1. lib. de mo. mu. c. 3

siue

A siue ad finem ipsius:sub hac [a] continetur neruus,ligamentum,caro,vena,arteria,adeps.Neruus præcipua musculi pars est,per quam [b] obtinet vim mouendi:sed quoniam mollis est, & idcircò non satis firmus,ac stabilis ad mouendum, atque apprehẽdendum;adiunxit natura [c] ligamentum, quod cum eo mixtum mediam quandam materiam efficiat;quæ & firma sit, & motu prædita; diuiduntur autem in tenues [d] fibras, sicque facilè inter se miscentur, non tamen æquali portione, sed quilibet musculus neruum longè graciliorem [e] ligamento obtinuit; maxima enim portio ligamenti est,mediocris nerui,& quibusdam etiam exilis. Inseritur neruus vel in superficie;vel in partibus [f] altioribus; plerisque tamen musculis à principio, quibusdam infra,nonnullis vt septo transuerso,iuxta medium;nullibi tamen ad finem,sicuti inferi venam,& arteriam videmus:dici autem debet musculi caput, [g] non vnde oritur,sed vbi accipit neruum;ligamentum initio in fibras diducitur; [h] quæ statim vbi neruo occurrunt, cum eius fibris confunduntur;ita autem confusæ diducuntur inter se, ac rursus coeunt ad finem, seu [i] chordam:quæ si transuersa præcidatur,speciem ligamenti magis,quam nerui refert; neque enim velut neruus præcisus,funis modo ex fibris composito videtur,sed quasi ligamẽtum in vnum coacta.Cæterum fibræ in quas diuidi ligamentum,ac neruum diximus, maxima [k] ex parte in musculi longitudinem ducuntur,ac rectæ sunt,quanquam alijs cõtra latitudinem se-
B quuntur,& transuersæ sunt;alijs etiam obliquæ. Cum simplici musculo simplex motus [l] tribuatur,vnum quoque fibrarum genus tribuitur;per quas suum officium facit. Quibusdam tamen variæ fibræ datæ sunt ob multiplicem motum.Qui plura initia habent,plura etiam fibrarum genera obtinuerunt,aguntq; ac si essent plures pro fibrarum ductu: Fibris neruorum, [m] ac ligamentorum obducta est caro, quæ replet etiam media spacia inter fibras. Materia autem quam diximus,ex ligamento,neruo,& carne,maximè idonea est,quæ cõtrahatur; quamobrem si initium [n] præcidas,contrahitur versus finem, si finem, versus principium;si vtrunq; vtrinque contrahitur,& media conglobatur.Venæ,autem, & [o] arteriæ omnibus musculis impertiuntur,& ad alimentum,& ad perspiratum; sed quibusdam euidentes,quibusdam obscuræ;inseruit has natura alijs ad principium,alijs ad medium, alijs ad finem, prout commodius fuit,& tutius. Non carent etiam adipe musculorum fibræ ex toto, sed in pingui homine ipsis adiuncta est;illis præsertim,qui ad clunes sunt;eatenus autem confert, quatenus eos illinit,ac madefacit,prohibetque ne valido motu inarescant;qui assiduè exercentur, hanc absumunt, ita vt nulla appareat.His ita constitutis de musculorum substãtia, ad eorum partes reuertor, initium,medium,finem.Incipiunt [p] musculi omnes à ligamento, cum quo plerunque coniungitur neruus,qui(vt ante dictum est)non semper initio,sed interdum infra,interdum & ad medium musculi inseritur.Sed vbicumque inseratur neruus initium est,& hoc modo simplex,mo-
C do multiplex;modo latum;modò angustum,modo teres,modo depressum;modo cũ ligamento apparente,modo cum obscuro. At musculi [q] venter ibi est,vbi assurgit,ob carnem diuersis fibris obductam:id quod præcipuè accidit, medio musculo; interdum tamen caput in medio est,venter vndique,vt in septo transuerso. Sunt in ventre musculorum quorundam partes aliquæ albæ,carnis expertes.Finis [r] musculi maxima ex parte chorda est,siquidem fibræ,nerui, ac ligamenti in ventre musculi inter se distantes,ad finem rursus coeunt, & corpus quoddam efficiunt album,sine carne,membrana inuolutum, medium [s] inter neruum, & ligamentum; nam neque ita molle est,neque sentit vt neruus,neque ita durum est,& sensu caret, vt ligamẽtum;longè tamen magis accedit ad naturam ligamenti,quam nerui. Conficitur interdum ex pluribus [t] musculis chorda vna;interdum idem musculus in multas chordas desinit, vt nonnulli ex ijs qui digitos mouent.Differunt chordæ inter se magnitudine, cum aliæ crassæ sint, aliæ ita paruæ,vt sensum lateant;cum aliæ item longæ sint,aliæ breues; latitudine,cum aliæ latæ sint,& membranam repræsentent,in qua diuersæ fibræ se ostendunt, aliæ angustiores,& teretes.Differunt & qualitate,quod aliæ duræ sint,& ferè cartilaginosæ,aliæ molliores. Differunt etiam situ,quamuis pleræq; sitæ sint ad finem musculi,aliquæ tamen ad medium se osten-
D dunt.Differunt tandem & partibus in quas inseruntur;illigantur [u] maxima ex parte ad ossa, quæ in articulis subiecta sunt, & proprie ad ipsorum capita cartilagine illita, inseruntur tamen nonnullæ & alijs partibus,vt cartilagini & membranæ;nõnulli tamen musculi chorda [x] carent.Hactenus de materia,venio ad formam.

Continetur forma figura,superficie,meatibus,magnitudine,numero,situ,ad quæ iam pergimus.Figura,quamuis murem,vel lacertum, aut pisciculum referat,in nullo tamẽ penitus talis est;in quibusdam etiam longè diuersa conspicitur:efficit variam figuram initium,quod interdum simplex est,interdum multiplex; & finis,quem similiter varium proposuimus,vbi de chorda egimus.Plerique autem musculi solidi sunt,sine foraminibus;aliqui tamen perforati. Magnitudo nõ minus varia est, quam figura,siue latitudinem,siue crassitudinem spectes:quidam enim grandes sunt,quidam parui,quidam mediocres: Respondet vbique magnitudo musculorum magnitudini partium,quę moueri debent,& dignitati motus,quo fit,vt oppositi musculi eiusdem membri non semper æqualis sint magnitudinis,sed illi maiores,quorum motus maior est,validior,& magis necessarius. Numerum musculorum persequemur cum sigillatim ad vnamquamque partem accedemus;in vniuersum autem Auicenna [y] tradit, quingentos, & vigin-

a Gal. ibid.
b Gal. li. 1. de mo. mu. c. 1. & li. de Pleni. c. 5.
c Gal. li. de sem. c. 10.
d Gal. li. 1. de Placitis c. 10.
e Gale. li. 1. de mo. mu. c. 2
f Ga. l. 1. de mot. musc. c. 2
g Gal. ibid.
h Gal. 1. li. de mo. mu. c. 1
i Gal. ibid. & c. 2
k Gal li. 12 de vsu pa. c. 8
l Gal. 1. de mot. musc. c. 4. & li. 6. de vsu par. c. 8
m G. li. 12. de vsu par. c. 3
n Gal. 1. li. de mo. mu. c. 9.
o Gal. li. de Art. medi. c. 50.
p Gal. li. 1. de mo. mu. c. 1. & c. 2.
q Gal. 1. li. de mo. mu. c. 2
r Gal. 1. de de mo. mu. c. 3. & 3. li. de alim. fa. c. 5.
s Gal. 1. de de mo. mu. c. 2
t Gal. 1. lib. de mo. mu. c. 1.
u Gal. 1. li. de mo. mu. c. 2
x Gal. 1. de mot. musc. c. 3.
y Auic. lib. 1. fen. 1. doctr. 5. c. 30.

viginti musculos in toto corpore nostro reperiri. Inter veteres auctores, qui anatomen profes- E
si sunt, non conuenit de numero musculorum singularum partium, & idcirco etiam totius corporis; neque mirum, nam seu capita, seu fines, seu ventres, seu fibras, seu munus tandem ipsorum intuearis, vnus [a] musculus vt plures, vel plures vt vnus numerandi videbuntur. Ex pluribus tamen simul collectis colligere plures oportet, vnus ne, an plures sint. Restat situs, qui siue initium, siue finem, siue ductum inspicias, ille est, qui maxime & ad munus exequendum, & ad aliarum partium positionem pertinere videatur, atque idcircò varius. Oriuntur aliqui musculi ab osse, aliqui à cartilagine, alij à membrana aliqua dura, alij à membranis, inuoluentibus chordas musculorum, alii à ligamentis, alij ab aliquo musculo; alii à nulla parte sumere initium vidētur. Differunt etiam in modo nascendi, alij enim à pluribus ossibus nascuntur, quanquam plures ab vno solo, siue à processu, siue ab alia parte ipsius. Finiuntur musculi non semper ad extremum ossis cui alligantur, sed interdum ad medium. Inseruntur autem alii in cartilaginem, alii in cutem, alii ad membranam, alii in alias partes, aliqui præterea simplici [b] fine, aliqui multiplici. Omnes autem ad eas partes intendunt, ad quas diriguntur eorum fibræ. At venter non semper in medio est; sed interdum ad extrema; plerisque partibus superiacent musculi ossibus, in aliquibus subiecti sunt; alii siti sunt in superficie, alii penitus abditi. Situm tandem rectum, obliquum, aut transuersum obtinent musculi, prout expeditius fuit, & ad mu- F
nus, & ad tutelam, atq; aliarum partium positionem. Hastenus de musculis in vniuersum; perpendamus nunc sigillatim eos, quibus singulæ partes continentur.

a Gal. 1. de mot. musc. c. 1

b Gal. 1. li. de mo. mu. c. 1

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Sequentib. proximè trium Ta. Figuris inscripti visuntur, declaratio.

	TAB. XXVIII. FIG. I.
aa	Musculi ab ima maxilla ad os hyoides pertinentes.
bb	Musculi qui ab osse pectoris orti in os hyoides inseruntur.
dd	Musculi à superiori scapulæ costa ad os hyoides tendentes.
e	Nonus musculus caput mouens.
f	Portio secundi musculi mouentis scapulam.
g	Sinus viam prębens venis iugularibus externis.
h	Iugulum.
i	Secundus musculus humerum moues.
l	Primus, qui ipsum ad pectus adducit.
m	Os pectoris excarnes.
n	Tertius musculus humerum mouens.
o	Processus secundi musculi thoracem mouentis, qui in serræ speciem committitur cum similibus processibus primi musculi abdominis obliquè descendentis, notatis, *p*.
p	
q	Anterior musculus cubitum flectens.
r	Carnosa pars interni capitis nuper dicti musculi.
s	Posterior musculus cubitum flectens.
t	Musculus, qui ab inferiori scapulæ costa enatus, cubitum extendit.
u	Superior musculus radium pronum efficiens.
x	Musculus, qui ante indicem palmæ illigatus ipsam flectit.
y	Musculus latum manus tendinem producens.
z	Musculus, qui ab interno humeri tuberculo ortus, primam palmæ partem extendit.
α	Superior musculus radium resupinās.

β	Musculus bicorni tendine primam palmæ partem extendens.
γ	Duo musculi à cubito orti, quorum vnus tendinem affert ossi primę palmę partis pollicem sustinenti; alter in duos tendines dissectus, vnum primo pollicis articulo, alterum secundo & tertio impertit. G
δ	Tendo musculi pollicem ad indicem adducentis.
ε	Tendo musculi indicem extendentis.
ζ	Transuersum ligamētum ad primam palmæ partem, proprie autem quæ libet nota anulum ostendit chordis hac transeuntibus aditum præbēs.
η	Musculus indici pollicem proxime adducens.
θ	Musculus pollicem ab indice maxime abducens.
ι	Musculus paruum digitum à reliquis abducens.
κ	Seminis canales.
λ	Glandulæ in inguine.
μ	Octauus femoris musculus. H
ν	Sextus, ac septimus musculus femur uentes.
ξ	Secundus crus mouens musculus.
ο	Tertius.
π	Primus.
ρ	Septimus tendine primi obductus.
σ	Nonus à tendine primi similiter obductus.
τ	Octauus.
υ	Portio quarti musculi crus mouentis.
φ	Anterior pas ossis tibiæ excarnis.
χ	Sextus musculus pedem mouens.
χ	Musculus quatuor pedis digitos extendens.

Nonus



TABVLA. XXIX.

15 Musculus flectens quatuor digitorum tertios articulos.
16 Portio quinti musculi pedẽ mouẽtis.
17 Transuersum ligamentum ab interno malleolo ad os calcis pertinens.
18 Musculus magnum digitum à reliquis abducens.
19 Ligamentum obnatũ musculo flectenti secundos quatuor digitorum articulos, quod lati manus tendinis vicem in planta gerit.
20 Sextus musculus pedem mouens.
21 Septimus.
22 Octauus.
23 Musculus quatuor pedis digitos extendens.
24 Nonus musculus pedem mouens.
25 26 Transuersum ligamentum commune tibiæ, & furæ.
27 Inferior appẽdix furæ externum malleolum constituens.
28 Transuersum ligamentum à fura, ad os calcis pertinens.
29 Musculus minimum digitum à reliquis abducens.

TAB. XXX. FIG. III.

a Posterior musculus auriculam mouẽs.
b Musculus temporum.
c Os iugale.
d Massitir musculus.
e Nonus capitis musculus.
f Secundus musculus mouens scapulã, cuius initiũ ab osse occipitij pronatum, notatur *f.g.* quod vero ab
g apice spinæ omnium vertebrarum ceruicis vsque ad nonam thoracis ena
i scitur, notatur, *g. i.*
l m Finis prædicti musculi illigatus spinæ scapulæ, summo humero, & latiori iuguli sedi.
n Secundus musculus humerum mouẽs.
o Quintus.
p Quartus.
q Tertius.
r Portio primi abdominis musculi.
s Anterior musculus cubitum flectens.
t Posterior.
u Musculus ab humeri ceruice enatus cubitum extendens.
x Musculus ab inferiori latere scapulæ ortus cubitum extendens.
y Superior musculus radium resupinãs.

z Musculus in duas partitus chordas primam palmæ partem extendens. E
α Musculus extẽdens digitum indicem, medium, & proximum.
β Sedes qua prædictus musculus definit esse carnosus.
γ Musculus paruum digitum extendẽs.
δ Alter ex musculis tendentibus primã palmæ partem.
ε Finis nuper dicti musculi.
ζ Initium eiusdem.
ηη Ex his duobus musculis alter tẽdinẽ impertit ossi primę palmæ partis magnum digitum sustinẽti; alter singulis pollicis articulis singulos tendines offert.
θ Musculus pollicem versus indicem extendens. F
ι Musculus pollicem ad indicem proxime adducens.
κ Musculus paruum digitum à reliquis abducens.
λ Musculus in octauum os primę palmę partis desinens, ipsamq; flectens.
μ Posterior cubiti processus excarnis.
ν Portio musculi latum manus tẽdinem constituentis.
ξ ο π ρ σ Primus musculus femur mouens.
τ Secundus.
υ Primus cruris musculus, qui vbi carnosus esse definit notatur, φ.
φ
χ Septimus. G
ψ Quartus.
ω Quintus.
2 3 Sextus.
4 Tertius.
5 Secundus.
6 Octauus.
7 Noni portio.
8 Poples viam præbens maximo totius corporis neruo, vna cum satis insigni vena, ac arteria.
9 Primus musculus ex mouentibus pedem.
10 Secundus.
11 Septimus.
12 Octauus.
* Notat portionem furæ excarnem, & externum malleolum. H
13 Portio noni musculi pedem mouẽtis.
14 Musculus paruum digitum à cæteris abducens.
15 Portio chordarum noni pedis musculi quæ quatuor digitos extendunt.
16 Internus malleolus.

De

TABVLA. XXX.

III

De Muſculis frontis,palpebrarum,oculorum,naſi,buccarum,labiorum,cutis capitis, & aurium. Cap. II.

SVmemus initium à facie,& muſculis,qui in ipſa verſantur,& ad frōtem, palpebras, oculos, naſum,genas,labra pertinēt;In fronte igitur à veteribus [a] deſcribitur muſculus,A,qui non aliud eſt,quam membrana carnoſis fibris aucta,vt nonnulli [b] volunt,quamuis re vera muſculus ſit,carnoſæ membranæ ſubiectus,& ab ea ſeparari poſſit. Deſcendunt fibræ à fine capillorum supernè ad internos angulos oculorum lunata figura: Craſſiores autem in medio ſunt, in extremo tenuiores: huius muſculi officium eſt ſupercilia attollere,& eatenus ad oculorum apertionem conferre. Recentiores [c] non vnum muſculum,ſed duos eſſe affirmant, vtrinque vnum,qui media fronte inter ſe iunguntur: hoc vel ex eo [d] comprobant,quod ſi vnus tranſuerſus præcidatur,decidit ſupercilium ab eo latere,neque poteſt amplius aperiri; quod argumentum non ſatis firmum eſt, nam & ſi vnus tantum ſit,adeò magnus,vt ad vtrumque latus pertineat, præciſis fibris ab ea parte, læditur tantum motus ſupercilij illius lateris. Diſtinguitur tamen dexter à ſiniſtro, ita vt non vnus, ſed duo muſculi ſeparati manifeſtè deprehendantur. Tabul. 31.32.

Habent etiam palpebræ ſuos [e] muſculos,qui bini in vtraque numerantur,Vnus,B,ab inferiori palpebra oritur, & per internum angulum procedens, conuertitur verſus palpebram ſuperiorem,quam vniuerſam ambiens & latiori fine illigatur cartilagini ad oculi tarſum, & ſuperiorem palpebram adducit ad inferiorem,quum ad ſuum initium reuertitur. Alter inde ,C,oritur,vnde oculum recta ſurſum attollens;procedit [f] autem ad tarſum ſuperioris palpebræ,in quam per latam chordam inſeritur,vt illam ſurſum attollens oculum aperiat. F

Oculorum muſculi ab alijs ſeptem, [g] ab alijs ſex,[h] ab alijs quinque [i] numerantur: diſſident autem inter ſe qui Anatomen profitentur,non modo de ipſorum muſculis, ſed etiam de motu. Conuenit tamen inter omnes, oculum quatuor [k] rectis motibus cieri; videlicet ſurſum, deorſum,ad dextrum,& ſiniſtrum latus;hoſque fieri à quatuor muſculis, qui à neruis ſecundi paris à cerebro deſcendentis oriuntur;ita vt vnus, D,à ſuperiori,alter, E, ab inferiori tertius ,F,ab interna,quartus,G,ab externa parte dictorum neruorum proficiſcatur;& proprie à dura membrana, quæ non ſecus quam nerui ex caluaria deſcendit, atque inde feratur ad corneam tunicam,& rectà ad iridem illigetur,& contractus quiſque verſus ſuum initium oculum adducat,atque hoc pacto rectum motum præſtet. Sed attenduntur in oculo duo alij motus; vnus [l] quo contrahitur in interiora, alter quo circumducitur. Hunc concedunt omnes, quamuis diſſentiant de muſculis à quibus efficitur;illum,ſunt [m] qui tam in hominibus, quam in belluis eſſe affirment, & qui [n] in belluis concedant, in hominibus negent. Belluis (inquiunt) dedit natura facultatem contrahendi oculum ad partem interiorem,& muſculum ea præditum, qui oritur ab eodem loco, paulo tamen magis verſus partem anteriorem à quo oriuntur & quatuor quos diximus rectum motum præſtare, & duo alij, quos vt proximè oſtendemus,nonnulli [o] volunt oculum circumducere,& obliquo motui præeſſe;Totus autem carnoſus obuoluitur circa neruum, per quem impertitur videndi facultas; inde paulatim lateſcit,dum poſteriorem oculi partem attingat,cui in orbem innaſcitur. G

Cæterum ſubijcitur ſex prioribus muſculis, & ſuperijcitur neruo,multo adipis interiectu: poteſt autem quamuis vnus [p] numeretur,in duos diuidi,aut tres.Hic igitur muſculus in quadrupedum oculo manifeſtè ſe oſtendit, quibus neceſſarius eſt, ad oculum contrahendum, cum prona terram ſpectent.Humanus oculus cum non inclinet in inferiora,non eget hoc muſculo contrahente,ſed ſatis retinetur in ſua ſede ab alijs ſex muſculis,qui commodè id efficere poſſunt;cum ad os propius accedant, & membranæ ipſum inuoluenti pluribus fibris alligentur.Statuentes igitur ſeptimum hunc oculi muſculum, & contractionem ipſius in partem internam in homine minimè reperiri, ſpectemus à quibus muſculis circumducatur humanus oculus;nam circumduci omnes concedunt. Exiſtimant aliqui [q] ſatis poſſe circumduci oculum à quatuor muſculis rectum motum præbentibus, quod cum viciſſim modo hic, modo ille verſus ſuum initium contrahitur, oculus varie moueatur, & ita circumuertatur. H

At duplici nomine decipiuntur, vno quod muſculi recti non poſſunt circumuoluere, ſed tantum rectà mouere; ita vt cum viciſſim agunt, non vno ſimplici motu conuerſionis, ſed pluribus rectis cieatur oculus; præterea quod ſint duo muſculi obliqui, præter quatuor illos rectum ſitum habentes; qui cum agunt, ſatis oculum circumducunt; Vnus, H, qui inter oculi muſculos quintus nominabitur, cæteris longior, & tenuior ab eadem prorſus ſede incipit; à qua ille qui recta oculum adducit ad internum angulum: cumque ad extremam partem interni anguli peruenit, craſſior efficitur; dein rurſus tenuior, ac teres effectus, per ſinum tranſit, quo quaſi quarta pars trochleæ exculpta eſt cartilago, K, ibi ſita, & quaſi trochlea ab interno oculi angulo per ligamentum ſuſpenſa, inde propè ad rectum

angu-

a Gal.li.de muſc. diſſ. c.4. & Ga. li.1.de mo. muſ.c.3.& 9.de vſu p. c.15.
b Veſalius lib.2.c.8.
c Realdus & Valuer. qua de his muſculis.
d Valuerd. lib.2. c.5.
e Gal. li.10 de vſu par. c.9
f Gal. li.10 de vſu pa. c.9
g Gal.li.de diſſ. muſc. c.5. & Veſalius li.10 de vſu par. c.8. & lib. 2.cap.12.
h Falop. in obſer ana.
i Valuerd. li.2.c.7.
k G.& alij dicti auctores locis citatis.
l Gal.li.10 de vſu pa. c.8. & lib. de mu. diſ. c.5
m Veſalius li.2.c.12.,
n Valuerd. lib.2.c.7.
o Veſalius lib 2.c.12. & Ga.li.10 de vſu par. c.8
p Ga.li.de diſſ. muſc. c.5. & lib. 10. de vſu par. c.8.
q Valuerd. lib.2.c.7.

A angulum flectitur versus superiorem oculi regionem, procedensque super musculum, qui sursum oculum adducit inter finem ipsius, & finem alterius, qui recta oculum trahit ad externum angulum eidem superiori regioni innascitur.

Hic musculus dum intrò ad suum initium recurrit, ob chordæ ductum obliquum, ac flexuosum circumducit oculum, sed versus angulum internum, ad cuius motus facilitatem plurimum confert propositus trochleæ sinus. Alter, I, musculus obliquus sextus numeretur; Oritur autem ab inferiori parte; vbi in cauo oculi rima se ostendit, ac veluti sutura; sub qua latens neruulus tertij paris à cerebro descendentis per insigne foramen extra fertur ad malas; quamquam interdum oritur iuxta commissuram primi ossis malarum, & illius, quod maximum est, & quarto loco à quibusdam numeratur. Ex vtrouis loco oriatur, initium eius non admodum internum est, neque admodum distat ab externa ora ipsius caui, in quo oculus continetur.

Incipit autem carnosus, gracilis, non penitus teres, & obliquè per externum angulum sub per oculum ascendens in superiorem eius sedem, qua quintum inseri diximus, inseritur, sic vt eadem chorda vtriusque videatur, & vna mota, altera moueatur, videaturque trochleæ sinus conferre ad facilitatem motus, non modo quinti, sed etiam sexti; propriè autem sextus
B oculum circumducit versus angulum externum. Nerui ad eum musculum qui sursum, & ad eum qui deorsum, & ad eum qui ad angulum internum rectà, oculum adducit; ad eum præterea qui ipsum circumducit versus angulum externum, deriuantur à neruo secundi paris, sed qui rectà ipsum ducit ad angulum externum, proficiscitur a neruo quarti paris, quem plerique nominant minorem radicem quinti paris, sed qui oculum circumducit versus angulum internum neruum obtinet ab octauo pari, quod per foramen secundi paris exit in oculi cauum.

Aperiuntur extremæ nares à quatuor musculis, nascuntur duo priores, A, à principio nasi, apud angulum internum oculi, vtrinque vnus; descenduntque donec in cartilaginem sui lateris inserantur; adeò autem euidentes sunt, vt mirum sit, quo pacto a quibusdam non fuerint animaduersi [a]. Reliqui, B, duo carnosi magis, quam membranosi nascuntur [b] a gena, & subiecto sinu, vtrinque vnus, qui occupant externum latus nasi, & in externam foraminis partem a suo latere, & partim etiam in labrum superius inseruntur. Omnes autem quatuor aperiunt foramina nasi; sed priores cum versus suum initium contrahuntur, nasi alas etiam attollunt. Illi verò qui posterius traditi sunt, adiunctas quasdam carnosas fibras, C, habent, quæ a spina, seu dorso nasi incipientes obliquè descendunt, & vtrinque desinunt in alas nasi, quas sursum adducendo dilatant, ita vt videantur esse per se musculi, & non partes proximè positorum. Clauduntur foramina nasi vtrinque ab vno musculo, D, carnoso, qui ad radicem alæ nasi or-
C tus, per ipsam transuersus ascendit vsque ad summum dorsum, contractusque alam contrahit; sicque foramina clauduntur; sed clauduntur etiam a labro superiori, quod patet, quia si hoc habeatur immobile, illa manent aperta, neque necessarii sunt alii musculi, a quibus claudantur; nam duo, quos nonnulli [c] ponunt, ad externa foraminum non sunt verè musculi, vt existimant, sed magis portio membranæ carnosæ.

Buccæ etiam quatuor musculis mouentur; priores duo, vtrinque scilicet vnus, A, valde [d] lati sunt, tenues, ac neruosi; incipiunt autem non propè processus illos qui in osse temporum mammillarum capita repræsentant, (vt nonnulli [e] volunt) nam ibi non dum conuersus est musculus in membranam carnosam, sed magis versus partem anteriorem ad maxillæ angulũ, dein ad scapulas descendunt, & per iugulum transeunt ad os pectoris, & ibi inter se per mẽbranam carnosam iunguntur per guttur ascendentes vsque ad labrum superius; inde trãsuersi per mediam faciem redeunt ad maxillæ angulum; vnde oriri diximus: in quibusdam etiam adeo ascendunt, vt aurem moueant. Vterque quatuor habet latera vnum, B, C, transuersum a principio superioris labri ad angulum maxillæ versus aurem, alterũ, C, D, ab hoc angulo ad summũ humerũ. Tertium, F, D, à summo humero, ad os pectoris partim supra, partim infra iugulũ progreditur. Quartum, F, B, ab osse pectoris tendit ad mentũ, quod internũ latus cum interno
D latere musculi coniungitur; intercedente tamen membrana carnosa, quæ, quod fibræ carne obducantur, quodque in eam inserantur rami neruorum prodeuntes ex musculis subiectis, in musculos degenerat: sequuntur hi ductum fibrarum, quæ à principio ossis pectoris vsq; ad medium iugulum rectæ ferè ascendũt; inde vsque ad summum humerum obliquè sursum feruntur, præsertim cum ad ipsum ascendunt, euidenter autem se ostendunt hæ fibræ tam in ceruice, quam sub mento, & propè aures; sed cum pertinent ad labrum inferius, ita inter se miscentur, vt nullo modo distingui possint. Munus propositorum musculorũ est aperire inferius labrũ, adducereq; ad latera vna cum superiori, conferreq; ad motum earum partium faciei, quas non mouent musculi frõtis, nasi, aut palpebrarum, sed præcipuum eorum officium videtur maxillã aperire. Alij duo qui buccas mouent, nascũtur a malis supra gingiuarũ radices, vtrinq; vnus, F quarum ductũ sequuntur suo initio; dein per buccas feruntur ad maxillã similiter propè radicem gingiuarum.

Sunt autẽ neruosi, intexti multis, ac varijs fibris carne obductis; occupantq; eam buccarum partem,

a Vesalius lib. 2. cap. 13.

b Ga. li de. musc. diss. c.3 &4 de anat. ca. 2 & li. 11. de vsu p. c. 7.

c Vesalius lib. 2. cap. 13.

d Gal. li. 4. de anat. ad min. c. 1.

e Vesalius lib. 2. c. 14.

partem,quam inflamus ; quæuè in ore tegitur membrana tenuissima adeò inhærente , vt E
nullo pacto disiungi queat. Hanc partem hi musculi dimouent versus sua initia . Cœterum
tota faciei cutis, genis exceptis,præter musculos prædictos nectitur membranæ carnosæ,quæ
a Gal. li.1. de motu musc.ca.3. in musculum [a] conuertitur, & ad eius motum confert. In genis, quamuis hæc non verta-
tur in musculum, cutis partim sequitur motum partium inferiorum, partim superiorum. Ac
b Gal.4.de anato. administ.c.3 cipiunt hi buccarum musculi vtrinque duos neruos,quorum vnus exiens per [b] foramen ma-
xillæ, diuiditur in labrum superius ; alter exit ex concauo oculorum, & ad genas progre-
ditur.

c Gal.li.11. de vsu p.c. 16. Continentur etiam labia quatuor [c] musculis, qui priusquam ad ea pertineant,euidenter
distincti se ostendunt, sed posteà ita confunduntur, vt discerni nequeant ; admodum enim
d Gal.li.4. de anat.ad min.c.3 confusa [d] est tota substantia labiorum, ex cute,membrana carnosa ,musculis, tunica oris, &
carne quadam laxiori, quam nonnulli esse musculum per se existimant , tam in labro superio
ri, quã in inferiori. Collocantur [e] hi quatuor musculi à lateribus,duo ad superius labrum,
e Gal.li.11. de vsu pa. c.16. totidem ad inferius : nascuntur superiores vtrinque vnus, A, à gena carnoso initio; descen-
duntque aliquantisper oblique versus partem priorem; dum vterque inferatur in principium F
labri à suo latere. Reliqui duo, qui ad inferius labrum pertinent , aliquanto breuiores sunt,
sed latiores; nascuntur vtrinque vnus, B, ab inferiori parte maxillæ; inde oblique ascen-
dunt versus partem priorem ; ac lato fine à suo latere inferuntur vsque ad medium labii.Om
nium quatuor fibræ apparent initio diductæ; deinde ita inter se coeunt , vt cum ad labrum
f Gal. li.4. de anat.ad min. ca. 3. pertinent, aliæ super alias excedant, valdeque inter se, & cum labiorum cute [f] miscean-
tur , Efficiunt hi musculi sex diuersos motus in vtroque labio, duos rectos,quatuor obli-
quos. Rectos quidem cum clamamus,cum os claudimus, aut cum per externas fibras foras,
aut per internas intro labia compellimus. Sed obliqui motus quatuor in vtroque latere fiũt,
vno musculo agente, & altero consentiente, nam si dexter agit,& sinister consentit, attolli-
tur pars dextra labri oblique, sinistra verò pendet; ex contrario si agat sinister ; sed præter
hos, superiori labro,vt validius moueatur, ab vtroque latere inferitur vnum caput illius mu-
sculi, quem diximus à gena ferri ad foramen nasi, & ipsum simul attollere , atque aperire.
Inferitur & aliud par, C, musculorum, qui tenues, carnosi, teretes, multa adipe obducti,
incipiunt à sinu genis subiecto,& ad medium labrum superius desinunt.

Prædictis musculis quinque alij subiiciuntur, qui si non in omnibus, certè in aliquibus ca-
g Gal. li.4. de anat.ad min.c.6. daueribus se ostendunt; duo mouent [g] cutem capitis, tres vero auriculas. Duo igitur mu
sculi, A , tenues, breues, lati,incipiunt ab ea parte occipitij,vbi nectuntur musculi complu- A fig.
res; de quibus infra agemus, quà de musculis capitis;initium vnius parum distat ab initio 15.
alterius; vterque tantum latitudinis occupat , vt ad auriculam sui lateris proximè acce- G
dat.

Longitudine sursum versus porrigitur à principio, quanta est latitudo magni digiti; desi-
nit vterque in chordam latam tenuissimam , carnosæ membranæ non dissimilem . Occupat
hæc a fronte ad aures vniuersum caput, cuius cutem mouere videtur. In quibus autem ca-
daueribus duo hi musculi in occipitio reperiuntur, terni alij ad auriculas conspiciuntur,quas
nonnulli homines mouent. Primus ,D, oritur ab extremo fine superioris musculi frontis sui D fig. 11.
lateris valde tenuis, ferturque deorsum ad aurem, in quam imam terminatur, vt sursum ip-
sam attrahat versus partem priorem. Alter, B,ab occipitio incipit supra processum mastoi- B.figu.
dem, vbi desinunt posteriores musculi caput, & scapulam mouentes. Tendit deinde ab an 13.
gusto initio transuersus ad partem inferiorem, & latescens in tres acutas particulas diduci-
tur, & in posteriorem aurem inferitur,quam retro, & sursum attrahit. Tertius ,A, ille est A fig.
qui primus inter mouentes buccas numeratus est ; pertinet hic aliquando ad inferiorem 8.
auriculæ partem , quam deorsum trahit.

Pergamus ad sectionem vniuscuiusque ex dictis musculis, sumpto initio à fronte , cuius
musculum aperire duplici ratione licet . Vna est , vt cutem vna cum membrana carnosa se-
pares a substantia musculi ;altera, vt cutem vna cum membrana carnosa, ac substantia mu H
sculi, a membrana, quæ caluariam cingit, separes, ac resoluas . Ad vtramque autem abra-
so capite scalpello a vertice recta ad nasum lineam vnam duces, alteram vero ad corona-
riam futuram a tempore ad tempus. Tum cutis ad angulos hamo attollatur , & scalpello ,
vna cum carnosa membrana, vel etiam cum musculo separetur; sic facile musculi substan-
tiam cum membrana confusam deprehendes, a qua tamen non facile separatur . Eadem
fere ratione & palpebrarum musculum externum resolues . Tantum valde paruulis scal-
pellis vteris, quibus cutem a carnosa membrana vsque ad palpebrarum tarsum adimas;
sed internum simul cum oculi musculis secabis, qui facilius deprehenduntur, vbi euellatur.
Euellitur autem integra caluaria longiori scalpello vndique circuncisus, & à neruis resolu-
tus. Licet & eos inspicere etiam si non eruatur, superiori parte eius ossis, in quo contine-
tur, serra ab vtroque latere in trianguli figuram excisa, & adipe ab oculo resoluta . Tunc
prehenso oculo considerare poteris musculos , quos in eo proposuimus , vnumquem-
que

A que scalpello resoluens à subiecto neruo. Separato autem prius musculo, qui palpebram attollit, secabis eum, qui oculum ad externum angulum circumducit; dein alium, qui ad internum, vbi chordam inuenies, quam diximus trochleæ alligari. Secabis deinde eos qui superne, inferne, & à lateribus sunt.

Tum accedes ad buccarum musculos, qui lata membrana continentur; acutoque scalpello rectam lineam duces, quę cutem dumtaxat diuidat à medio inferioris labri per mentum vsque ad pectus; aliam deinde lineam duces in orbem per extrema vtriusque labri, & rursus aliam sub vtraque aure ad medium vsque occipitij; quà vero sectio in pectore finitur, scalpellus sub iugulo per summum humerum, & scapularum spinam ad dorsum ducetur; quibus licebit transuersam ex faucibus, & gutture lineam adijcere, quæ vsque ad spinam progrediatur. His sectionibus ita adhibitis, cutis à subiecto musculo lato summa industria separetur. Apertum sic musculum, atque à cute liberatum extrahes, vt eius naturam, fibras, initium, finem intuearis.

Venies deinde ad sectionem eorum, quibus labra continentur, qui remoto lato musculo, & detracta adipe, facile se ostendunt. Separabis primum à maxilla duos musculos, qui in inferius labrum inseruntur, eorum fibras, & chordas diligenter persequutus, vbi labrorum substantiam facile perspicere poteris, quæ impletur, atque exhauritur, & eatenus attollitur, ac desidet. Separabis deinde duos alios musculos, ad superius labrum attinentes, & illorum capita huc, atque illuc attrahens, munus facile percipies. Secabis deinde duos alios paruulos musculos, qui à cauo genis subiecto oblique ad superius labrum feruntur; ipsos prius à pinguedine, qua obducuntur, resoluens; tum detrahes à genis musculum superioris labri, qui nasi quoquè communis est: ad cuius proprios iam accedes; ac primo ad eos, qui à principio nasi apud angulum internum oculi ad nasi cartilaginem feruntur. Secabis deinde eos, qui ad radicem alæ nasi orti, per ipsam ascendunt, atque ad summum dorsum. Postea secta cute à summo vertice ad imum occipitium, separabis duos musculos, qui posteriorem capitis cutem mouent, ortos ab osse occipitij; postremo duos paruos, quos mouere auriculas diximus. Atque hæc satis dicta sint de sectione musculorum frontis, palpebrarum, oculorum, nasi, buccarum, labiorum, cutis capitis, aurium, qui omnes pictura illuminabuntur.

FIGV-

FIGVRARVM NEC NON CHARACTERVM, QVI Tab.duabus hic appositis inscripti visuntur, declaratio. E

TAB. XXXI. FIG. I.II.III.IV.V.

I	Figura demonstrat frontis, & palpebrarum musculos.
II	Oculum à caluaria exemptum, vna cũ musculis palpebrarum.
III	Oculum à caluaria resolutum, vna cũ suis musculis naturalem situm retinentibus.
IV	Omnes oculi musculos ab initio resolutos.
V	Cartilaginem quæ trochleæ modo excauata sita est propè internum angulum oculi.
A	Frontis musculi.
B	Primus palpebrarum musculus.
C	Secundus.
D	Musculus oculum recta sursum attollens.
E	Musculus oculum recta deorsum trahens.
F	Musculus mouens oculum ad internũ angulum.
G	Musculus eundem ad externum adducens.
H	Musculus oculum in interiorem angulum circunducens.
I	Musculus oculum ad externum angulum conuertens.
K	Cartilago quæ trochleæ modo excauata sita est prope internũ angulũ oculi.
a	Cutis capitis inuersa, vna cũ venis quę per ipsam diuiduntur.
b	Portio membranę carnosę, quę adhuc pericranio inhæret.
c	Neruus, qui videndi facultatẽ ad oculum affert.
d	Anterior oculi sedes, in qua iris sita est.
e	Adeps, quæ neruum obuoluit.
f	Chordæ quinti, & sexti musculi mouentis oculum, quæ transeunt per sinum cartilaginis trochleam referentis.

FIG. VI. VII.

VI VII	Figuræ hæ ostendunt narium musculos.
A	Primus musculus nasi alas aperiens.
B	Secundus nasi alas similiter aperiens, qui partim etiam ad labrum superius pertinet.
C	Carnosæ fibræ, quæ loco tertij musculi recensentur.
D	Quartus musculus, qui nasi foramina claudit.
a	Temporum musculus.
b	Os iugale.
c	Foramen auris. F
d	Secundus buccarum musculus.
e	Musculus inferioris labri.

TAB. XXXI. FIG. VIII. 1. VIII. 2. & TAB. XXXII. FIG. IX.

VIII. 1		t. 31. Monstrat latum buccarum musculum in suo situ.
VIII. 2		t. 31. Eundem inuersum.
IX		t. 32. Secundum musculum buccarum.
	A	Latus buccarum musculus.
B	C	Primum latus dicti musculi.
C	D	Secundum.
D	E	Tertium.
E	B	Quartum.
	F	t. 32. fig. 9. Secundus buccarum musculus. G
	a	Temporum musculus.
	b	Fibræ carnosæ, quæ pro tertio nasi musculo numerantur.
	c	Secundus musculus superioris labri.
	d	Primus eiusdem.
	e	t. 32. f. 9. Massitir musculus.
	f	t. 32. f. 9. Musculus inferioris labri.

TAB. XXXII. FIG. X. XI.

X	Figura repræsentat labrorum musculos. H
XI	Musculus qui aurem sursum trahit.
A	Primus musculus, qui superius labrum sursum attollit.
B	Secundus musculus, qui ad inferius labrum pertinet.
C	Vltimus labiorum musculus.
D	Musculus qui auriculam sursum trahit.
d	Carnosæ fibræ, quæ pro tertio nasi musculo habentur.
e	Secundus buccarum musculus.

Massi-

TABVLA XXXI.

f	Maſſitir muſculus.
g	Cutis capitis inuerſa.

FIG. XII. XIII.

XII	Demonſtrat muſculum, qui aurem ſurſum ducit, inuerſum.
XIII	Alterum ex muſculis occipitij, vnà cũ muſculo auriculam ad poſteriora ducente.
A	Alter ex muſculis occipitij in ſuo ſitu.
B	Muſculus, qui aurem in poſteriora adducit.
C	Muſculus auriculam ſurſum trahẽs, inuerſus.

FIG. XIIII. XV.

XIV	Figura repręſentat alterum ex muſculis occipitij inuerſum, vnà cum poſteriori auris muſculo ſimiliter inuerſo.
XV	Oſtendit vtroſque occipitij muſculos in ſuo ſitu collocatos.
AA	Muſculi occipitii in ſuo naturali ſitu.
B	Alter ex muſculis occipitij inuerſus.
C	Muſculus, qui aurem in poſteriora ducit, inuerſus.
D	Diuiſio poſterioris muſculi auris in tres partes.
d	Cutis capitis inuerſa.

TABVLA XXXII



E

De Musculis capitis. Cap. III.

SEquitur Caput, cuius musculos inquirere volentes, operęprecium est antè eius motum repetere, quem supra enodauimus qua de ossibus, & proprie de vertebris ceruicis. Diximus igitur caput moueri in priorem, & posteriorem partem, in dextrā, & sinistram, & præterea circumferri. Inter hos tres motus, ille qui est ad dextram, & sinistram partem, hoc est ad latera, non efficitur per commissuram eius cum prima vertebra; nam neque idonea est, quæ ipsum præstet, neque etiam expediret; laceraretur enim medulla, si subitò verteretur in latera; quamobrem eiusmodi motum paulatim fieri necesse fuit: huc spectant vertebræ ceruicis omnes, quæ simul in latus inclinantes secum caput adducunt, medullam inuiolatam seruantes. At motus, per quem caput in priorem, & posteriorem partem adducitur, per commissuram ipsius perficitur cum prima vertebra; non primę cum secunda; quæ adeò arctè illigatur, vt nequeat eatenus curuari, quantum caput. Efficit autem commissura primæ vertebræ cum secunda alium motum capitis, quo circumducitur; primæ enim vertebræ innixum super secundam, & propriè circa processum eius dentiformem, quasi circa axem mouetur, ita vt hic motus etiam ad ceruicem pertinere videatur; His ita constitutis, iam tempus est accedere ad musculos, qui eiusmodi motus præstant; & primò ad eos, à quibus mouetur caput per se; nam alios qui eatenus ipsum mouent, quatenus ceruici inniti- tur, exponemus vna cum musculis dorsi. De numero autem eorum qui propriè ipsum mouēt, non conuenit inter professores Anatomes; quidam octo paria esse existimant, quidam nouem, aut decem; in quouis pari est vnus musculus, à dextro latere, alter à sinistro: in primo pari vterque, A, oritur longiori initio à spina quintæ, quartæ, tertiæ, secundæ, & primæ vertebræ thoracis; magis tamen quintæ: ab ijs vertebris ortus binas chordas exigit membranis similes, quæ transuersis processibus primæ, & tertiæ vertebræ ceruicis, vel secundæ, tertiæ, & quartæ interdum illigantur; à qua cum recedit, angustus adhuc paulatim latescit, ita vt cum ad tertiam, & secundam vertebram thoracis peruenit, æquet latitudinem processuum, qui ab earum lateribus siti sunt, quam latitudinem retinens ascendit, aliquid etiam accipiens à ligamento quinque inferiorum vertebrarum ceruicis; at vbi excedit tertiam vertebram, seiungitur à musculo alterius lateris, cum quo ante iungebatur, diductusque neruosam portionē transmittit ad processum mastoidem, & in os occipitij inseritur transuerso fine, atque adeò lato, vt æquet spacium, quod est inter latus musculi externum, & aurem, vel inter internum, & sinum in occipitio exculptum. Illud verò spacium, quod est inter dextrum, & sinistrum musculum, vbi diducuntur, trianguli speciem repræsentat, quam repræsentat etiam vterque musculus; sed latera habent inæqualia; primum, F, G, valde magnum procedit per medium dorsum; secundum, G, H, huic æquale per partem exteriorem. Tertium, H, F, quidem valdè paruum est ipse finis transuersus, per quem occipitio illigatur: ascendunt eius fibræ oblique à spina inferiorum vertebrarum ceruicis versus processus à lateribus superiorum, donec oēs simul ossi occipitij innascantur, parum aut nihil laterum processibus illigatæ. Cum agit vtriusque lateris musculus, caput recta admodum extenditur, sed si alterius dumtaxat, vertitur versus ipsum.

Secundum, C, par musculorum mouens caput, continetur duobus musculis; vno à latere dextro, altero à sinistro. Vterque triplici initio ita distincto præditus est, vt à nonnullis videatur componi ex tribus musculis in vnum coeuntibus; sed cum numeretur ab omnibus pro vno musculo, proponetur à nobis non vt cōpositus ex tribus, sed vt à triplici principio ortus, quorum primum, I, raro, interdum tamen non reperitur. Incipit autem à spina tertiæ vertebrę ceruicis, aliquando etiam à spina primæ, vel secundæ thoracis. Alterum, C, à transuersis processibus primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, & quintæ vertebræ thoracis; nonnunquam etiam à spina primarum tantum trium, vel quartæ, & quintæ dumtaxat: accipit autem tenuissimam portionem à processu transuerso octauæ. Tertium, E, à transuersis processibus oritur quinque inferiorum vertebrarum ceruicis. Concurrunt tria hæc initia ita ad vnum efficiendum musculum, vt nequeant inter se seiungi: hic autem iunctus cum musculo alterius lateris, in occipitio desinit, totum spacium occupans vsque ad radicem mastoidis procesfus. Vbi vterque simul agit, recta in posteriorem partem caput adducit; Vbi alter dumtaxat, non recta, sed ad latus.

Vtrinque his musculis secundi paris portio quædam carnis, D, subiecta est, quæ neruoso initio orta à processibus transuersis sex priorum vertebrarum ceruicis, & interdum à transuersis quinque primarum thoracis oblique ascendit versus spinam, dum ad occipitium pertineat, siquidem fibræ oblique sursum procedunt, ab exteriori parte in interiorem: Inseritur autem neruoso fine in radicem procesfus mastoidis. At non immeritò à quibusdam censetur pars secundi musculi iam dicti, cū fibras ipsius obliquas admixtas habeat; cumq. idem officiū faciat caput in posteriorem partem adducendi rectā, vbi vtrinque agat; ad latus, vbi ab vno latere dumtaxat. Nos tamen non vt partem secundi, sed vt tertium musculum numerabimus, adden-

Marginal notes (right margin): F — A figu. 1. — G — F, G, figu. 1. — C figu. 2. — C figu. 2. — E figu. 2. — H — D fig. 2.

A addentes ab obliquis eius fibris motum in posteriorem partem; vbi ab vno latere tãtum agat,
non esse recta ad latus, sed obliquè. Cum his numerari possunt tanquã ipsorum partes duo-
A fig. 4 parui musculi, A, qui à processu transuerso primæ vertebræ orti tenues admodum ascendunt
ad caput; finiunturque iuxta processum mastoidem, & vim habent rectà caput adducendi in
C fig. 4. posteriorem partem, vbi simul agant, sed oblique vbi alter dumtaxat. Quartus, C, musculus
vtrinque valde tenuis, initio non valde neruoso; dein rectà ascendit, non ita tamen, vt non ma
gis separetur, à musculo alterius lateris ad finem, quam ad initium. Inseritur rotundo fine in
os occipitij; attollitq; caput versus posteriora, vbi simul agat cum musculo alterius lateris, sed
vbi solus, circumuertit.
B figu. 4. Quintus, B, quarto ferè subijcitur, similemque formam, & substantiam obtinet. Nascitur ve
rò initio carnoso, & tenui à latere illius tuberculi, quod prominet à posteriori parte primæ
vertebræ ceruicis. Iungitur initio cum musculo alterius lateris, sed in progressu aliquantis-
per diducuntur, ita vt separati inserantur in os occipitij. Conferunt autem ad attollendum ca
D fig. 4. put. Sextus, D, carnosus est, longus, rotundus, nasciturque ab osse occipitii ad externum latus
quinti musculi, & oblique descendit, dum inseratur in extremos processus laterum primæ ver-
tebræ ceruicis. Quodnam sit officium sexti huius musculi, non satis video, neque enim circũ-
B ducit caput, vt aliqui volunt, tum quia fibras habet rectas, non obliquas, quales ad circumdu
ducendum requiruntur; tum quia quod necessarium esse monstrauimus ad caput circumducẽ
dum, non mouet primam vertebram supra secundam, cum non tendat à secunda ad primam,
vt facit septimus, sed a capite ad primam. At neque adducere potest caput in partem poste-
riorem, cum nascatur à capite & inseratur in primam vertebram; nam sic mouebitur vertebra
supra caput, non caput super vertebram, ita vt mihi verisimile fiat, oriri potius hunc à prima
vertebra, & inseri in caput, quam contra; sic enim adducere poterit caput in partem posterio-
E fig. 4. rem attractum à prima vertebra super quam mouetur. Septimus, E, eiusdem est figuræ, cuius
sextus; oritur autem à spina secundæ vertebræ ceruicis, & oblique paulò ascendens illigatur
processibus laterum primæ.

Munus eius est circunducere primam vertebram supra secundam, & idcirco etiam caput,
si agat alter dumtaxat; sed si vterque, tunc caput sistit, aut retrorsum adducit. Ex quarto au-
F figu. 4. tem, sexto, & septimo, triangulus, F, vtrinque repręsentatur, cuius primus angulus est
in medio occipitio, alter apud processum posteriorem secundæ vertebræ. Tertius iuxta trian
A fig. 6. gulum alterius lateris. Octauus, A, iam caput demittit, & adducit in partem priorem, cũ alij
septem propositi ipsum magis attollant, & adducant in posteriorem: pluribus autem muscu-
C lis opus fuit ad attollendum, nam facile suo pondere declinat in inferiorem. Nascitur ergo
B figu. 6. octauus musculus à media, & sublimiori parte, B, ossis pectoris tum à iugulo, C; ab vtroq; prin
cipio profectus efficitur aliquanto magis crassus, quam latus, fineque carnoso, ac crasso illiga-
C fig. 6. tur, D, ad processum mastoidem, quem totum complectitur. Scire præterea licet inter illud ini
tium quod ab osse pectoris, & illud, quod a iugulo: sumit hic musculus sinum, E, figuræ trian-
gulæ; deprehendi non modo in cadauere, sed in homine etiam bene valente; iungitur deinde
vnum principium cum altero, ita vt vnum musculum constituat, qui trahens deorsum caput,
mouet in partem priorem, attrahit enim ipsum deorsum, siue collum moueatur, siue immobile
maneat; Verum vbi agit musculus vnius lateris tantum, caput versus illud demittitur; circum-
A figu. 8. ducitur; vbi vterque vicissim. Nonus, A, ab anteriori parte ceruicis sub gula residet, oritur au-
tem ab omnibus ferè vertebris ceruicis neruosis initiis a tranuersis ipsarum processibus du-
ctis: proficiscitur enim a sexta, quinta, quarta, tertia vertebra, & carnosus euadit, carnosoque
fine in capitis basim inseritur, inter vtrumque processum, quo cum prima vertebra committi-
A fig. 4. tur: flectit autem caput in partem priorem. His nouem paribus sunt qui decimum, A, addant,
D quod ortum vt superius diximus processu transuerso primæ vertebræ valde gracile ascendit
ad caput in quod inseritur, propè processum mastoidem, sed videtur pars tertii paris. Ex no-
uem paribus musculorum propositis prima sex caput attollunt, & in posteriora adducunt, se-
ptimum circunducit, octauum, & nonum flectit, atque in priorem partem adducit. Alii sunt,
qui caput in latera circumuertunt, quatenus ceruicis vertebras similiter ad latera adducunt:
sed hos referemus inter musculos dorsi, sub quo comprehendimus vertebras ceruicis, thora-
cis, lumborum, & simul etiam os sacrum.

Propositorũ autem musculorum sectionẽ aggredieris in hunc modũ. Prono cadauere tertiũ
musculum ex thoracem mouentib. qui a spina vertebrarũ ceruicis ortus in superiores costas
inseritur, incides; superiicitur. n. primo mouentiũ caput pari, quod postea cõmodè secabis, si
buxeum scalpellũ a latere subijcias, sicq; a subiectis musculis ducta sectione in longitudinẽ se
pares vsq; ad occipitiũ, in quod desinit; deinde ad secundi paris incisionẽ perges, a vertebris
similiter vsq; ad occipitiũ resoluens; cum quo etiã portionem illam carnis secabis, quam pro
tertio pari numerauimus. Tum ad quarti paris sectionem aggredieris, cuius initium a spina se-
cundæ vertebræ ceruicis diuides, vt totum vsque ad occipitium, a quinto, quod subiectum est,
resoluas; nam hoc deinde a prima vertebra separandum est, & vsque ad finem scalpello resol
uendum. Accedes deinde ad sextum, quod ab occipitio vsque ad transuersos primæ

vertebræ processus separabis; Tum ad septimum, quod à spina secundæ vertebræ vsq; ad trãs- E
uersos processus primæ diuides. post hęc, resupinato cadauere, octauũ par, quod ab anteriori parte incipit, vsque ad processus in ossibus temporum mammillam referentes separandum est. Accedes deinde ad nonum par, quod resolues ab omnibus ferè corporibus vertebrarum ceruicis, & earum transuersis processibus vsque ad basim capitis. Decimum vnà cum tertio secabis, cuius partem videri diximus, nam tertius ad latum buccarum musculum pertinet, quem iam secuimus.

FIGVRARVM NEC NON CHARACTERVM, qui tabulis duabus præsentibus inscripti visuntur, declaratio.

F

TAB. XXXIII. FIG. I. II.

Monstrant nouem sequentes figuræ musculos caput mouentes.

In I. & II. figura literæ notant.

A Primum par musculorũ capitis in suo situ.
B Iidem musculi inuersi.
C Secunda pars secundi paris musculorum capitis.
D Carnosa moles, quę pro tertio pari musculorum capitis habetur.
E Tertia pars secũdi paris musculorum capitis.
FG Primum, atque internum latus primi musculi.
GH Secundum, ac externum.
HF Tertium, ac finis.
I Primum principium secundi paris musculorum capitis.
a Thoracis costæ.
b Musculi, qui inter costas siti sunt.
c Portio quinti musculi thoracem mouẽtis.
d Portio tertij musculi.
e Portio tertij musculi dorsi.
f Secundus dorsi musculus.
g Portio sexti musculi mouentis dorsum.

FIG. III IV.

In III. & IIII. figura

A Decimum par musculorum capitis.
B Quintum par musculorum capitis.
C Quartum par musculorum capitis.
D Sextum par eorumdem.
E Septimum par.
F Triangulus à nuperdictis musculis cõstitutus.
G Musculi Secundi paris inuersi.
H Moles carnosa, quę pro musculis tertij paris numeratur.
I Portio quarti paris musculorum capitis, quæ videtur musculus distinctus.
a Portio tertij musculi mouentis scapulam.
b Portio secundi musculi mouentis dorsum.
c Portio quarti paris musculorum dorsi.

TAB. XXXIII. FIG. V. & TAB. XXXIII. fig. VI.

G

In V. & VI. figura

A Octauus musculus caput mouens.
B Eius initium ab osse pectoris.
C Initium quod à iugulo assumit.
D Finis eiusdem musculi.
E Sinus inter duo initia prædicti musculi.
a Decimus capitis musculus inuersus.
b Sextus.
c Quartus.
d Quintus.
e Septimus.
f Vertebræ ceruicis, membranis, carne, atque adipe obductæ.
g Spinæ medulla.

H

FIG. VII. VIII.

In VII. & VIII. figura

A Nonum par musculorum capitis.
a Octauus capitis musculus inuersus.
b Initium dicti musculi, quod à iugulo enascitur.
d Alterum initium, quod oritur ab osse pectoris.

e Sinus

TABVLA XXXIII



e	Sinus inter vtrumque initium.
g	Portio secundi musculi dorsi.
f	Portio tertij.
g	Portio primi musculi mouentis caput.
h	Vertebræ ceruicis.
i	Os iugale.
k	Foramen auris.

FIG. VIIII.

In VIIII. figura.

A	Nonum par musculorum capitis inuersum.
a	Quinque superiores ceruicis vertebræ.
b	Processus transuersi earumdem.
c	Os iugale.
d	Cauum, quod inter os iugale, & caluariam situm est.

E

F

G

H

TABVLA XXXIIII



De musculis ossis hyoidis, linguæ, faucium, gutturis, maxillæ.
Cap. IV.

a Sup. l. 2. cap. 3. | Tab. 35. 36. 37. 38. fig. vigintisex. A fig. 1.

OS hyoides, quod supra guttur collocatum esse diximus, cum de ossibus [a] ageremus, quatuor vtrinque musculis mouetur. Primus, A, qui validus est, oritur lato, & carnoso initio à superiori parte ossis pectoris, versus anteriorem; ascenditque supra asperam arteriam, & primam cartilaginem gutturis; eandem vbique magnitudinem referens, dum inferatur in partem anteriorem ossis hyoidis, quam mediam carnoso fine complectitur. Iungitur autem in itinere cum coniuge musculo alterius lateris, linea in longitudinem ducta: distinguitur vterque inter asperam arteriam, & guttur, quadam nota, ita vt duplex videatur, quàmuis re vera simplex sit; Fuit autem à natura institutus, vt os hyoides deorsum traheret, & nonnihil antrorsum; id quod obscurè facit, & tunc præsertim, cum os hyoides nimis sursum attrahitur à superioribus musculis, præterquam quod & primã cartilaginem gutturis, & asperam arteriam tegit, ac munit. Secundus, B, musculus vtrinque è regione primi superne nascitur à latere maxillæ, sub mento, descendensque proximè sub eo, qui maxillam deorsum trahit, & os aperit obliquis fibris, angustior redditur, dum ossi hyoidi à parte anteriori iuxta primum alligetur; attollit autem sursum os hyoides aliquanto antrorsum, rectà; si vterque agat, oblique, si alter dumtaxat. Tertius, D, musculus, tenuis, & rotundus [b] vtrinq; nascitur à processu stiloide ossis temporum, paulò infra quintum musculum maxillæ; finiturque iuxta primos duos in osse hyoide, vbi ipsius processus, & quasi latera cum medio osse iunguntur. Effinxit hunc natura, vt rectum seruaret os hyoides, ne conuerteretur in latus, & vna aliquantisper attolleret; traheretque in partem posteriorem. Quartus, E, musculus longior est, & tenuior, in medio neruosus, sumit autem vtrinque initium carnosum à sublimiori parte ossis scapulæ, & proprie ad eius ceruicem, atque ad radicem processus anchiroidis; abditurque sub secundo musculo scapulæ; tum oblique ascendit sub primum musculum capitis, à quo adeò comprimitur, vt magis neruosus reddatur, ac tenuis; sed statim vbi ex eo excedit, carnosus iterum euadit; dum ad os hyoides perueniat, & in illam ipsius partem inferatur, in quã inferi tertium musculum diximus. Sed vt ille sursum, ita hic deorsum os hyoides trahit, & simul prohibet ne in latus conuertatur; vbi vterq; suo munere fungitur. Sed quatuor musculorum paribus iam dictis sunt [c] qui duo alia addenda existiment, inquiunt enim quintum, F, in osse hyoide vtrinque rectis fibris oriri à medio mento à parte interna; & ossi hyoidi innasci, neque consortium aliquod habere cum lingua, ita vt nullo modo inter eius musculos numerari debeat; sextum, G, vero constitui à gemina carne musculorum effigiem referente; quæ ab eodem mento orta aliquantisper cum primo musculo linguam mouente miscetur; sed vlterius procedens ad inferiora, illigatur ad latera hyoidis; existimant autem horum munus esse adducere os hyoides sursum ad mentum. Verum ad os hyoides præter musculos, quibus ab vtroque latere mouetur, duo alij pertinent, qui ad guttur, quod mouent, magis referri debent, quã ad ipsum. Nascitur autem vnus, A, vtrinque ab ima parte ossis hyoidis, & per latera primæ cartilaginis gutturis recta procedit ab humiliorem partem eius, in quam sua latitudine inseritur. Sed agemus de horum munere & vna de reliquis musculis gutturis, si prius eos, qui ad linguam pertinent, exposuerimus, quorum nonnulli ab osse hyoide oriuntur. Lingua multiplices, [d] ac varios motus obtinet, partim à fibris, quibus varijs tota distinguitur, partim à quinque musculis, quos ab vtroque latere habet: nam exoritur, contrahitur, in interiora demittitur, attollitur, declinat ad latera, circumducitur, ac varie inflectitur. Horum primus, I, crassus est, ac rectus; oritur autem à medio sublimioris partis ossis hyoidis, initio aliquantulum carnoso, & laxo; deinde vlterius procedens, finitur ad radicem linguæ, vt ipsam contrahens colligat versus partem interiorem. Secundus, K, nascitur à latere ossis hyoidis ad processum stiloidem ossis temporum pertinente; sed interdum non à superiori, sed ab inferiori latitudine, id quod præcipuè accidit, cum superius cartilaginis, aut ligamenti naturam retinet, quemadmodum sæpè in fœminis videmus. Ab vtrouis latere nascatur, progreditur aliquatenus transuersus; deinde vtrinque inferitur in latera linguæ, & ad radicem. Cõtrahit autem linguam versus partem interiorem, & aliquantisper inferiorem; cum vterque agit; aut vbi vnus agit, alter consentit, trahitur lingua ad latus agentis. Tertius, L, similiter carnosus, & quodammodo crassus nascitur ab externo latere processus stiloidis ossis temporum, & ad radicem linguæ inferitur, vbi definit secundus; vlteriusque per mediam linguam procedens, fertur vsque ad extremam: cum vtrinque hic musculus contrahitur, linguam adducit intro versus partem superiorem; at vbi vnius lateris dumtaxat musculus contrahatur, linguam similiter sursum adducit versus partem interiorem, sed ab vno latere dumtaxat. Quartus, M, incipit ab interna parte laterum maxillæ, iuxta radicem dentium molarium, lato initio, & aliquantisper neruoso; inferiturque sub lingua à latere, fine adeò lato, vt pertineat à ligamento linguæ ad eam partem vbi duo primi finiuntur; demittit hic cum agit, eam linguæ partem, quæ aperto ore se ostendit ab vno latere, vel ab vtroque, prout ab vno, vel

Marginal notes (left): b Gal. l. de dissect. musc. cap. 13. — c Falloppius l. de Anatom. obseruationib. — d Gal. l. de musc. dissect. c. 14. & li. 11. de vsu p. c. 10

Marginal notes (right): B fig. 3. — F — D fig. 5 — E fig. 7. & 5. — F fig. 9. — G fig. 10 — G — A fig. 13 — I fig. 11 — K fig. 11 — H — L fig. 11 — M fig. 11. & 12

A vel ab vtroque agit. Quintus, N, oritur ab ima maxilla sub mento, vbi ossa inæqualitatem il-
N figu. 11. lam faciunt, inde aliquantisper ascendens versus fauces fertur; dum lato fine in linguæ radicem inferatur; promit autem hic linguam ab vtroque latere, quamuis non duplex, sed simplex à nonnullis existimetur, qui putant ab eo comprimi linguam, siue recta siue à lateribus pro fibris agentibus. Sunt qui [a] quintum hoc par musculorum, & primum prius relatum, vnum
O fig. 12. & idem esse credant. Præterea loco quarti à nobis propositi aliud, O, recenseant, quod fauci
P figu. 13. bus ascribi posse credunt [b] dicunt autem oriri hoc ab interna parte processus stiloidis ossis temporum, atque ad priorem tendere, & in latam, ac tenuem chordam, P, desinere; quæ primæ cartilagini gutturis, lateribus ossis hyoidis; & tãdem extremæ linguæ illigetur; ita vt has partes retro, ac sursum adducat, & fauces in deglutiendo astringat.

a Falop. in li. anatom. obseruat.

b Falopius ibidem.

Fauces ipsæ quoque mouentur, [c] cum dilatentur ad prohibendum ne quod euomitur, in
T figu. 19. pulmones feratur, & contrahantur ad deglutiendum. Vtrique motui plura musculorum paria præsunt. Primum, T, initio neruoso, ac tenui oritur ab osse sphenoide, & propriè ab imo eius processus, qui tendit ad tempora, atque ab huius parte acuta, quæ proximè superiectum habet sinum illum in osse temporum; in quo recipitur maxillæ caput. Inde autem procedit per antrum illius processus ossis sphenoidis, qui vespertilionis alas imitatur, cuius interno la-
B teri inhærens, descendit, degenerans in neruosam, tenuem, ac latiorem chordam, quæ per imũ dicti lateris interni ad eam excipiendam excauati tendens, ad cauum illud palati finitur, vnde vua oritur, vt eam, & extremum palatum sursum, atque antrorsum ducat; atque ita fauces
V figu. 20. aperiat. Secundum, V, par neruoso initio oritur iuxta eam regionem, vnde oriri primum diximus; descenditque ad latera faucium vbi tonsillæ continentur, eosque complectitur vna cum faucium sede posteriori ferè vniuersa. Eius officium est tonsillas sursum trahere, atque ad la-
X figu. 20. tera; & eatenus fauces dilatare. Tertium, X, par ab ea parte, qua capitis basis cum ceruice cõmittitur, valde tenue incipit; velansque fauces à posteriori parte, & à lateribus in latera hyoi
O fig. 12. dis, in primam cartilaginem gutturis, & nonnihil in linguæ radicem inseritur. Valet ad fauces arctandas, quo nomine ad deglutiendum confert; Quartum, O, par illud est, quod linguæ, & faucibus commune ante [d] ostendimus, qua de musculis linguæ. Valet autem ad fauces astringendas, quas in posteriorem partem attrahit.

c Gal. li. de musc. disse. c. 15.

d Paul. ante in hoc capit.

Guttur, quod præcipuum vocis instrumentum est, dilatatur, astringitur, aperitur, clauditur, quos motus præstãt musculi decem & sex; decem proprij, & sex communes; communes appellantur illi, qui ab alia parte orti, vt ab osse thoracis, ab osse hyoide, à gula gutturi illigãtur: [e] proprij verò, qui non ab alia parte oriũtur, sed ab aliqua ex tribus cartilaginibus, quibus gut
A figu. 13. tur continetur, & in illis finiuntur. Communes sunt sex, quorum duo primi, A, qui incipiunt ab inferiori [f] latere ossis hyoidis lati, carnosi, iuncti inter se descendunt; dein aliquantulum diducuntur, donec vterque à suo latere lato, & carnoso fine, perinde ac principio ad inferiorẽ partem primæ cartilaginis illigetur; per fibras, per quas etiam inter se illigantur. Constituti autem sunt à natura vt primam gutturis cartilaginem à posterioribus separent, & sursum attra-
B figu. 13. hant; sicque gutturis foramen dilatent: ad horum finem duo alij, B, eiusdem ferè latitudinis in
C primam cartilaginem inferuntur, qui nascuntur ab interiori parte [g] ossis thoracis propè iugulum carnoso, & angusto initio; inde per guttur paulatim latescentes ascendunt, dum in primam cartilaginem finiantur, cuius inferiores partes compriment, & deorsum trahunt, & eatenus astringunt asperam arteriam, nec patiuntur quicquam reduplicari, aut plurimum [h] dilatari. His quatuor communibus musculis gutturis, duo alii accedunt [i] transuersi, vtrinque
C figu. 16. vnus, C; nascuntur autem à posteriori parte gulæ, secundum lõgitudinem, qua spectat ad dorsum; inde transuersi procedunt toto itinere gulæ inhærentes, continueque carnosi fiunt, & latescunt, dum in latera primæ cartilaginis pertineant, quam in posteriorem partem attrahunt, & ità ad secundam cartilaginem adducunt, vt guttur astringant: duo autem illi qui nascuntur à media parte interna ossis hyoidis, & in radicem epiglottidis terminantur, deprehenduntur in bobus, non tamen in hominibus. Eorum munus est, non aperire, aut claudere, dilatare, aut astringere guttur, sed epiglottida cibo, potuq; depressam rursus attollere. Erigitur enim hæc,
D dum illi ad sua initia versus os hyoides contrahuntur; in homine verò per se attollitur. At non opus fuit oppositis musculis epiglottida deprimentibus, cum satis cibi, & potionis grauitate
D figu. 17. deprimatur. Ex proprijs duo, D, primam cartilaginem adducunt ad secundam, & eatenus guttur [k] astringunt; incipiunt enim à secunda, & tendunt ad primam, quam attrahunt versus secundam; sunt autem breues, lati, carnosi, vtrinque vnus, quamuis bini videantur ob varium fibrarum ductum, quarum aliæ super alias insident in figuram græcæ literæ. X. Aliorũ quatuor,
E figu. 18. qui tertiam cartilaginẽ ad secundam adducunt, duo, E, vtrinq. vnus ad posteriorẽ partem secundæ cartilaginis pertinent, qua gulam attingit; carnoso aũt initio incipiunt, & recta ascendentes latiores fiunt, dum neruoso fine cum radice tertiæ cartilaginis nectantur, qua cum secunda coniungitur; sinuatur autem secunda cartilago vtrinque, vt sedem vtrique musculo
F figu. 19. prædicto inde incipienti præbeat. Reliqui duo, F, vtrinque vnus, iam propositis adhærent; nascuntur autem carnoso principio ab ea parte secundæ cartilaginis, quæ ad primam spectat, & eius humiliorem recipit processum; inde obliquè ascendunt, dum inferantur in vniuersam

e Gal. li. 7. de vsu pa. c. 11.

f Gal. li. 7. de vsu pa. c. 11.

g Gal. li. 7. de vsu par. c. 11.

h Gal. lib. 7 de vsu par. c. 12.

i Gal. lib. 7. de vsu par. c. 11. & 12.

k Gal. li. 7. de vsu par. c. 11. & 12.

ſam partem tertię cartilaginis,quam priores muſculi nudam reliquerunt. Tertia cartilago ab utroque latere extrorſum ad poſteriora ducitur, rectâ quidem a primis duobus, oblique ab alijs,atque ita aperitur.Duo item alij tertiam cartilaginem cum prima coarctant, utrunq; unus,G,latus,carnoſus,qui ex medio primæ cartilaginis in longitudinem ab interiori parte naſcitur triplici principio ita diſtincto , vt quamuis ſimplex ſit, triplex uideatur;aſcendit deinde oblique, dum inferatur in anteriorem partem tertiæ cartilaginis,cuius latera diducit, & idcirco lingulam mediam adeò coarctat, ut non permittat aerem exire.Tantam [a] autem uim habet,ut cum cohibere ſpiritum uolumus,reſiſtat omnibus muſculis,qui thoracem contrahēdo ipſum expellere contendunt. Euidenter apparent hi in gutture humano;quamuis negent aliqui,[b] ſe unquam eos perſpicere potuiſſe.Poſtremi duo, H, ad baſim tertiæ cartilaginis ſiti ſunt,utrinque unus, qua guttur cum gula,& tertia cartilago cum ſecunda committitur;oriuntur autem propè primam cartilaginem à radice tertiæ , per quam ſurſum feruntur uſque ad medium,vbi duæ ipſius partes inter ſe nectuntur;ibi ergo deſinunt,ſe mutuo contingentes, latioreſque ſunt, & craſſiores,quam initio:ſunt item breues ab externa parte piri modo rotundi,ab interna tertiæ cartilagini illigati, quam in unum cogunt, marſupij modo eius latera aſtringentes,quo nomine lingulam claudunt , quæ gemina eſt,id quod minimè facere poſſēt, ſi ſimplex eſſet,quamuis nonnullis [c] uideantur non eſſe duo,ſed unus duntaxat dilatans linguam;ſimiles autem ſunt illis,qui anum,& ueſicæ ceruicem claudunt.Hactenus de muſculis gutturis; proximum eſt,ut unde neruos accipiant,explicemus.Accipiunt aūt a cerebro,idq; meritò inquit [d] Gal. quoniam actio uocis quam præbent , exprimit mentem , quę eſt in cerebro, excipe tamen illos qui ab oſſe pectoris ad primam cartilaginē procedunt; nam hi non a cerebro,ſed à prima coniugatione medullę thoracis,uel à ſecunda neruos obtinent :interdum tamen & aliquot ramulos a ſexto pari neruorum cerebri;reliqui omnes gutturis muſculi, prædi ti ſunt ramis,qui deriuantur a ſexto pari neruorum cerebri;uerum illi quorum capita ſupernè oriuntur,& deorſum tendunt,ramos accipiunt a ſexto pari neruorum cerebri, priuſquam recurrentes neruos proferant : at qui infernè incipiunt , & ſurſum tendunt, ueluti qui primam cartilaginem cum ſecunda , & qui tertiam ad ſecundam adducunt , & duo , qui a prima orti aſcendunt ad tertiam , quam cum magno renixu claudunt , ramulos obtinent ab illis ramis, qui a ſexto pari neruorum cerebri deriuati,& circa arteriam magnam , quā ex corde educitur,ac circa eam quæ ad alam dextri brachij fertur,progredientes,ſurſum reuertuntur, ita ut artificiosè per duplicem motum deorſum impellant, quàmuis origo ſupernè ſit a cerebro.

Maxilla mouetur cum malæ immobiles maneant; motus in ea ſimplices apparent , ſurſum, deorſum, ad dextrum, & ſiniſtrum latus, ante, & retro,quibus accedit ſeptimus compoſitus ex pluribus illorum viciſſim factis,cum ſcilicet maxilla circumducitur; neque enim conuertitur hęc vt oculus,ſed tantum in diuerſas partes impellitur,ita vt poſſit componi eiuſmodi motus ex pluribus ; quamobrem non poſtulat proprios muſculos , ſed ſatis ipſum pręſtant, qui præſunt ſex alijs,ſunt autem in uniuerſum decem; quinque à dextra parte,totidem à ſiniſtra: duo mouent ſurſum, duo deorſum, duo ante,duo retro,duo ad ſaltus;neque obſtat,quod non ſit hoc dextrum ſcilicet , & ſiniſtrum : nam non propterea duo paria requiruntur , cum unus utrinque ſatisfaciat ad attrahendum ad ſuum latus;idcirco natura fabricata eſt quinque tantum paria muſculorum ad maxillam mouendam,qui cum ad mandendum omnes conducant, μασσητῆρες à Gręcis nominantur;[e] quamquam propriè μασσητῆρες dicuntur duo primi,utrinque unus,qui in latere ipſam mouent,ac circumagunt,ad quos primum accedimus. Oritur ergo utrinque neruoſo,ualido,atque amplo initio μασσητὴρ muſculus,I, à gena iuxta ſuturam,qua maximum malarum os dentes continens committitur cum eo,quod externum oculi angulum, & partem oſſis iugalis priorem conſtituit:pertinet hoc initium uſque ad aurem,aliquid etiam aſſumens in itinere ab inferiori parte oſſis iugalis,L. Facile autem deprehenditur, ſi pollicem inter auris radicem, & maxillam admoueas, medium uerò digitum ad buccam,in interiorem partem oris ipſam impellens; comperies enim ſic externam ſuperficiem maſſiteris; quam tactu etiam dignoſces, ſi clauſo ore ipſum pollice , atque indice ualide comprimas; tunc enim durus ſentietur. Primum initium huius muſculi neruoſum eſt; & id etiam quod aſſumit ab interiori parte oſſis iugalis ; nam quod ſitum eſt exteriori parte eiuſdem, magis carnoſum eſt, ut reliquus muſculus, qui deorſum uergit, dum maxillæ poſteriorem partem infernè amplectatur; in quam fine partim neruoſo, partim carnoſo ualide inſeritur, ubi quædam tubercula ſunt inęqualia ; redditur in fine anguſtior , ita ut quaſi triangulus uideatur , cuius baſis,M, ad longitudinē oſſis iugalis ſita ſit;ex lateribus vero unum,N,à gena ad imæ maxillæ inęqualitatem; alterum,O,ab aure ad eandem maxillę inæqualitatem pertineat; hic autem angulus quē duo latera conſtituunt, adeò obtuſus eſt, vt quaſi quartum latus paruum eiuſdem muſculi videatur,quo fibræ terminantur , atque in vnum iunguntur , quæ à baſi incipiunt inter ſe diductæ,& recta ad hunc angulum progrediuntur. Hi quatenus ad latus maxillam mouent,aliquo modo ipſam circumagunt, quamuis, vt ante dictum eſt., hic motus componatur ex pluribus ſimplicibus : ſed ad motum in latera conducunt etiam muſculi in ore deliteſcentes , vt in ſequentibus patebit , ſicut conducunt maſſiteres ad motum antrorſum, & retrorſum, prout anteriores,

Margin notes (left): [a] G.l.7. de vſu p.c.14. — [b] Valuerda l.2. c.14. — [c] Falopius in l. obſeruat anatomicarum. — [d] G.l.7. de vſu p.c.14. & 16. de vſu p. c.4. — [e] G.l. de muſc. diſſect. c.6.

Margin notes (right): E — G fig. 19. — H fig. 18. — F — G — I fig. 21 — L fig. 21 — H — M. fig. 21. — N fig. 21. — O fig. 21.

A teriores,uel poſteriores eius fibræ agunt. Secundus muſculus, P,quod per os temporis proce-
P fig.21 dat, κροταφύτης nominatur.Oritur ab oſſe uerticis, [a] frontis,& temporũ ſui lateris,initio lato, a G. l. de
ſemicirculi ſpeciem referente paulo ſupra commiſſuram temporum: deſcendens autem craſ- muſc. diſ-
ſior efficitur,carnoſus,& anguſtus; præcipuè cum peruenit ad os iugale: implet enim cauum, ſect. c.6
quod ſub ipſo continetur;& à ſuperiori eius parte initium aliquod aſſumit; inde cum maſſi-
tere adeò iungitur,vt ambo vnum efficere videantur. Inuoluitur hic præter propriam mem-
branam pericranio,quod ita craſſum eſt,ut muſculus liuidus appareat;deſcendens deinde in-
ter commiſſuras oſſium capitis, & malarum, finitur tandem in breuem chordam, ualidam,
neruoſam,& adeò latam,ut proceſſum acutum maxillæ,in quem validiſsimè inſeritur, totum
amplectatur.Finiuntur in hanc chordam fibræ ipſius omnes in vnum coniunctæ.Huius muſcu-
li officiũ eſt,maxillam ſurſum attrahere, [b] & eatenus claudere; quod quã valide efficiat, illi o- b G. l. de
Q fig. 24. ſtendunt,qui grauia pondera dentibus geſtant. Tertius,Q, vtrinque initio partim neruoſo, muſc. diſ-
partim carnoſo incipit ab externa parte proceſſus oſſis ſphenoidis veſpertilionum alas imi- ſect.c.6.
tantis,ubi aſperitas quædam eſt; incipit & ab acuto fine eiuſdem proceſſus, qui rimam attin-
git in temporum caua amplam, interiectamque inter os ſphenoides, & quartum mala-
B rum; factus autem carnoſus ducitur oblique ad poſteriorem partem,dum internę ceruici ſub-
R fig. 23. iectę capiti maxillæ, quam mouet in partem priorem. Quartus,R,muſculus maxillam moués,
vtrinque in ore abditur, ſumit autem initium, quod apparet in proceſſu oſſis ſphenoidis alam
ueſpertilionis referẽte,ex quo cum exit,magnus fit,carnoſus,craſſus,eius propè figuræ, quam
in maſſitere deſcripſimus.Inſeritur verò lato fine in poſteriorem partem maxillæ propè angu
S fig. 23. lum,S,ubi magis lata eſt,& ſinum habet amplum,ſed parum deſidentem,in quo recipitur.Mu
nus huius muſculi eſt maxillam non ſolum claudere,ſed etiam retro adducere; adde,quod im-
pellit etiam maxillam ad latus ſibi contrarium; nam maſſiteres, vt ante dictum eſt,ad ſuum
T fig.13 latus ipſam adducunt.Supereſt quintus,T, maxillæ muſculus, qui utrinque naſcitur à ſtiloide
proceſſu oſſis temporum,neruoſo,ac latiore initio. Sed ſtatim carnoſus,ac tenuis efficitur ad
V fig.13 mentum progrediens,ſub quod inſeritur,V,iunctus cum muſculo alterius lateris,qua parte i-
ma maxilla aſpera eſt,& paruis tuberculis inæqualis. Munus eius eſt aperire os. Habet autem
non ſecuſquã illæ,qui inſeritur in os hyoides,hoc proprium,quod inter principium, & finem
X fig.13 neruoſus,X,efficitur,ac tenuis,ita vt duplex eſſe uideatur,id quod natura molita eſt,ut minus
ſpacij occuparet in ceruice.

Sed vt muſculos oſſis hyoidis incidas,capite in poſteriora pendente ceruici lapidem, aut li-
C gnum perpolitum ſubijcies, veniſque, & arterijs vna cum ſubiectis glandulis hac parte exci-
ſis paruo ſcalpello ſectionem molieris,obliquos,& latos muſculos,quos ſecundo loco numera
uimus,vna cum quinto, ac ſexto pari à maxilla vſque ad os hyoides reſoluens. Tum eorum, quos primo loco poſuimus,initia ſeparabis à pectoris oſſe,& ab illis,qui ſubiecti ſunt à pectoris oſſe ad gutturis cartilaginem ſcutiformem tendentes,quos inuiolatos relinquere oportet. Poſt hæc tertium par muſculorum oſſis hyoidis ſummis digitis, aut paruo ſcalpello à vicinis partibus vſque ad ſtilum referentes proceſſus perſecutus,eius initia reſolues. At quartum à vicinis partibus exiguo ſcalpello buxeo,aut ſolis digitis diuidere licebit,& eius initia à ſcapula reducere. Duodecim ergo muſculorum oſſis hyoidis,quorum initia reſoluiſti,munus poteris nullo negocio intueri.

Ad ſectionem vero muſculorum linguæ deducere maxillam oportet à malis, quantum fieri poteſt,& oris tunicam vndequaque detrahere;quo facto,incidere primum obliquos,quos tertio loco poſuimus expedit, quorum initium ſeparans à proceſſu ſtiloide temporum, ipſos deinde ſcalpello perſequeris vſque ad linguæ radicem, vbi carnoſam ſubſtantiam quinto loco poſitam inter linguæ muſculos,à maxilla ſeparabis, diligenter eius naturam intuitus; id quod expeditius ſuccedet,ſi ſub mento ad incidentium dentium radicem ſectionem adhibeas. His
D ſectis muſculis ad quartum par accedes,quod ab interna maxilla incipit,& linguam ad latera mouet. Tum ad ſecundum,quod à lateribus oſſis hyoidis oblique ad linguam progreditur: poſtremò ab oſſe hyoide primum auferes,quod maximam partem linguæ radicis conſtituit: vteris autem in reſoluendis initijs ſcalpello ferreo,ſed buxeo ad reliquam partem reſoluendam. Reliquum linguæ corpus craſſiori membrana nudabis, deinde ab illa quæ omnibus muſculis communis eſt, abſtinens (nam fruſtra id tentares,) lineam duces altiorem, in mediam linguæ longitudinem, quo facto, hamulo, & ſcalpello, & ligamentum medium, & linguæ fibras perſpicies.

His ſectionibus ita adhibitis, ad muſculos faucium accedes, quos non prius ſecabis, quam gutturis communes à ſuis initiis reſolueris. Ex quibus in primis tibi occurrent primus, & ſecundus,qui ab oſſe hyoide ad cartilaginem gutturis ſcutiformem pertinent:hos ab initio ſcalpello perſequeris vſque ad cartilaginem, cui illigantur. Eadem ratione tertium, & quartum qui à pectoris oſſe ad ſcutiformem gutturis cartilaginem tendunt,& ab oſſe pectoris,& ab aſpera arteria ſeiunges, uſque ad ſcutiformem cartilaginem; ſecabis deinde quintum, & ſextum ipſum à gula vſque ad eandem ſcutiformem cartilaginem reſoluens. Septimum uero, ac

octauum ſi bouis laringem ſecas, (nam in homine non reperiuntur) non prius ſeparabis, E
quam guttur extraxeris, quod antequam extrahas, reſoluendi ſunt a ſuis initiis faucium muſculi; quorum primum, & ſecundum ab extrema parte acuta oſſis ſphenoidis, quæ ſubiecta eſt ſinui caput maxillæ recipienti, tenuiori, atque acutiori ſcalpello perſequeris per cauum palati vſque ad originem vuæ.

Eadē ratione tertiū, & quartum, qui propè nuper dictos ſiti ſunt, à ſubiectis partibus vſque ad tonſillas ſeparabis; accedes deinde ad quintū, ac ſextum, ipſos a baſi capitis vnde initiū ſumūt reſoluēs vſque ad latera oſſis hyoidis, cartilaginem gutturis ſcutiformem, & radicem linguæ, in quæ inſeruntur. Septimum, ac octauum nullo negocio ab interna parte proceſſus ſtiloidis oſſis temporum, vnde initium ſumit, ſeparabis vſque ad faucium latera, in quæ inſeritur: perſpectis diligenter propoſitis muſculis, ducenda ſcalpello linea eſt, per palati tunicam, & fauces vt guttur, vnà cum gula extrahas: deinde guttur alteri continendum præbens ad ſeptimum, & octauum ex communibus laringis muſculis accedes, qui ab oſſe hyoide ad operculum gutturis pertinent in bobus; quamuis in hominibus, (vt diximus) non reperiantur. Vbi horum muſculorum naturam, ac vim conſideraueris, ad propriorum ſectionem accedes, ſumens initium à duobus iungentibus ſecundam cartilaginem gutturis cum prima; quibus à gutture detractis, proceſſum primæ cartilaginis à ſecunda reſolues, primamque in prio F
rem partem inclinabis, vt duos inſpicias muſculos, qui primam cartilaginem cum ſecunda vinciunt: dein primam cartilaginem adimes à reliquis duabus, inde ad quatuor, qui tertiam cum ſecunda nectunt, perges, eorumque initia à ſecunda cartilagine reſolues, & ad tertiam, cui inſeruntur, deduces, & tandem nonum, ac decimum auferes, qui ſiti ſunt in baſi tertiæ cartilaginis; ſic facile poteris ſectis principiis, & finibus relictis, vniuſcuiuſque vim deprehendere.

Sequuntur muſculi maxillam mouentes, ad quorum ſectionem cum accedis, ab illis incipere debes, qui in temporibus ſiti ſunt. Capite itaque in latus conuerſo grandiori ſcalpello iugale os ab oſſibus malarum, ac temporum excides, ſic facile perſpicies muſculum crotaphitam, & initium maſſiteris. Reſolues enim ab oſſe caluariæ crotaphitam muſculum, & ab oſſibus malarum; ac deorſum attrahes, vt chordam ipſius inſpicias, quæ in acutum maxillæ proceſſum inſeritur; inſpicies & quo pacto in ore cum maſſitere committatur; Poſt hæc maſſiterem à maxilla detrahes, cuius officium facile intelliges, ſi detractis omnibus membranis, ſolam eius chordam maxillæ illigatam relinquas: deprehendes enim maxillam ab ipſo tam in latera, quam priorem, ac poſteriorem partem, ac nonnihil quoque ſurſum adduci; quibus perſpectis, tertium maxillæ muſculum acutiori ſcalpello ſecabis, qui oritur vt diximus ab externa parte proceſſus oſſis ſphenoidis veſpertilionum alas referentis, & ab acuto fine proceſſus, qui G
in eodem oſſe rimam attingit, in temporum caua amplam, ſitamque inter os ſphenoides, & quartum malarum: ab his itaque partibus muſculum reſolues vſquè ad internam partem ceruicis, quæ ſubiecta eſt capiti maxillæ. Detrahes deinde oris tunicam à maxilla, vt muſculus, qui in ore abditus eſt, ſe oſtendat. Reperies poſt hæc quintum maxillæ muſculum, qui ipſam deorſum trahens os aperit interno mento alligatum. Hunc a proceſſu ſtiloide oſſis temporum, vnde originem ſumit, ſeparabis, vt eius vim, ac materiam deprehendas.

TABVLA XXXV.



NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI XXVI. FIGVRIS Tab. quatuor proxime ſubiectarum inſcripti ſunt, declaratio. E

FIGVRA I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

Decem priores figuræ monſtrant muſculos oſſis hyoidis.

Litterarum autem in I. II III. & IV. Figura hæc eſt ratio.

A Primum par muſculorũ oſſis hyoidis.
B Secundum eiuſdem oſſis par.
a Alter ex muſculis primi paris oſſis hyoidis inuerſus.
b Secundum par muſculorum oſſis hyoidis inuerſum.
c Muſculi, qui ab oſſe pectoris in primã cartilaginem gutturis inſeruntur.
e Octauus muſculus ex mouentibus caput.
f Muſculi poſteriorem ceruicis partem occupantes.
g Prima gutturis cartilago.
h Aſpera arteria.

FIGVRA V. VI. VII. & VIII.

D Tertius muſculus oſſis hyoidis.
E Quartus eorundem.
a Muſculus qui ab oſſe pectoris in primã gutturis cartilaginem inſeritur.
b Tertius muſculus hyoidis inuerſus.
c Quartus hyoidis muſculus inuerſus.
d Aſpera arteria.
e Auricula.
f Portio maxillæ abſciſſæ.
g Portio menti.
h Muſculi caput, & ceruicem mouentes.
i Iugulum.

FIGVRA IX. X. XI. XII.

F Quintum par muſculorum oſſis hyoidis.
G Sextum par eorumdem.
I Primum par muſculorum mouentium linguam.
K Secundum.
L Tertium.
M Quartum.
N Quintum.
O Muſculus, qui à proceſſu ſtyloide oſſis temporum inſeritur in os hyoides, linguam, & primã cartilaginem gutturis.
P Latus tendo nuper dicti muſculi.

a Muſculi, qui ab oſſe hyoide inſeruntur in primam cartilaginem gutturis.
b Aſpera arteria.
c Poſterior, atque inferior capitis ſedes.
d Quintum par muſculorum oſſis hyoidis inuerſum.
e Cartilago ſcutiformis gutturis.
f Portio tunicæ palatum, & totum os obducentis.
g Anterior pars linguæ.
h Ima maxilla ad mentum diuiſa.
i Malarum dentes. F
k Prior, ac inferior pars linguæ.
l Angulus in poſteriori, & inferiori maxillæ parte.
m Portio cartilaginis auriculę.
n Os hyoides.
o Cartilago ſcutiformis gutturis.
p Occipitii cutis præciſa.
q Acutus maxillæ proceſſus.
r Rotundum maxillæ capitulum.
t Foramen auris.
u Proceſſus maſtoides.
x Tertium, ac maximum os malarum.
y Os iugale.
z Os temporum.
α Os frontis.
β Os occipitij.
γ Muſculi ceruicem, & caput mouentes. G

FIGVRA XIII. XIV. XV.

A Primum par ex communibus muſculis gutturis.
B Secundum par eorundem.
T Initium quinti muſculi mouentis maxillam.
V Finis eiuſdem.
X Media ipſius pars neruoſa, ac tenuis.
a Anterior pars oſſis hyoidis.
b Proceſſus à latere oſſis hyoidis.
c Muſculus, qui à ſcapula in os hyoides inſeritur.
d Tertius muſculus ex mouentibus ſcapulam. H
e Secunda gutturis cartilago.
f Aſpera arteria.
g Iugulum.
h Secundus muſculus ex communibus gutturis inuerſus.
i Secundus ex mouentibus dorſum.
l Portio primi muſculi dorſum mouentis.
m Alter ex muſculis primi paris mouentis caput.
n Primum par ex communibus muſculis laringis inuerſum.
o Cartilago ſcuti formis gutturis.


TABVLA XXXVI.
VII
VIII
VIIII
X
XI
XI
XII

FIGVRA XVI. XVII. XVIII. XIX.

C Tertium par ex communibus muſculis gutturis.
I Alter ex muſculis proprijs primi paris gutturis.
E I Secundum par ex proprijs muſculis gutturis.
F Alter ex proprijs muſculis tertii paris
G Alter ex proprijs muſculis quarti paris.
H Quintum par, ſeu quintus muſculus ex propriis gutturis.
a Os hyoides nonnullis adhuc membranulis obductum.
b Proceſſus oſſis hyoidis, qui committitur cum ſuperiori proceſſu ſcuti formis cartilaginis.
c Superior proceſſus cartilaginis ſcutiformis.
d Superius latus oſſis hyoidis præciſum.
e Poſterior pars ſcutiformis cartilaginis
f Gula.
g Glandulę adnexę laringis radici ad latera aſperæ arteræ.
h Epiglottis.
i Duo muſculi, qui in bobus pertinēt ab oſſe hyoide ad radicē epiglottidis.
l Poſterior pars aſperę arterię.
m Interna ſuperficies epiglottidis.
n Superiores proceſſus cartilaginis ſcutiformis.
o Superior pars eiuſdem cartilaginis.
p Inferior ſedes tertię cartilaginis.
q Poſterior pars ſecundę cartilaginis.
r Aſpera arteria.
s Poſterius latus muſculorum, qui ab oſſe pectoris inſeruntur in primam cartilaginem.
t Interior ſuperficies primę cartilaginis
u Interna facies ſuperiorum proceſſuum primę cartilaginis.
x Interna facies inferiorum proceſſuum primę cartilaginis qui ſecundę lateribus illigantur.
y Interna ſuperficies epiglottidis in latus conuerſa.
ζ ζ Superior pars tertię cartilaginis bipartita.
α Alter ex proprijs muſculis primi paris inuerſus.
β Anterior pars ſecundæ cartilaginis.
γ Poſterior, atque à latere.
δ Inferior pars tertiæ cartilaginis à latere.
Tertius ex communibus muſculis gutturis inuerſus.
ε Tertia cartilago bipartita.
η Prima cartilago in latus conuerſa.
θ Prior ſedes primæ cartilaginis.
κ Os hyoides in latus conuerſum.
λ Proceſſus oſſis hyoidis, qui cum prima cartilagine committitur. E
μ Epiglottis duplicata.

FIGVRA XX. XXI. XXII.

Figuræ hæ faucium, ac maxillæ muſculos oſtendunt.

T Primum par muſculorum mouentium fauces.
V Secundum.
X Tertium.
I Maſſitir muſculus.
L Os iugale.
M Baſis maſſiteris muſculi, ſeu primum latus.
N Secundum latus.
O Tertium.
P Temporum muſculus. F
a Gulæ pars poſterior.
b Aſpera arteria ſuper palatum iacens.
c Maxilla ad mentum diuiſa.
d Malarum dentes.
e Proceſſus primę cartilaginis gutturis.
f Faucium tunica.
g Aures.
h Aliquę ex uertebris ceruicis carne obductæ.
i Occipitium.
l Tempora.
m Secundus buccarum muſculus.
n Muſculus ab ima maxilla ad os hyoides pertinens.
o Portio muſculi à ſcapula ad os hyoides pertinentis. G
p Vnus ex muſculis ortis ab oſſe pectoris, & in os hyoides deſinentibus.
q Alter ex iiſdem muſculis.
r Octauus muſculis mouens caput.
t Maſſitir muſculus inuerſus.
u Temporum muſculis inuerſus.
x Foramen auris.

FIGVRA XXIII. XXIV. XXV. XXVI.

Monſtrant hæ figuræ maxillæ muſculos in ore abditos.

Q Externa ſuperficies tertij muſculi orti ab exteriori parte proceſſus oſſis ſphenoidis, qui veſpertilionis alas imitatur. H
R Quartus muſculus maxillam mouens ab interno latere.
S Inferior maxillæ angulus.
a Interior ſuperficies tertij muſculi maxillam mouentis.
b Os iugale.
c Palatum.
d Malarum dentes.
e Dimidium maxillæ in inferiorem, atq; exteriorem partem conuerſum.
f Altera pars maxillæ paulò minus in exteriorem partem conuerſa.
g Portio ſuperioris labri, & gingiuarum.

TABVLA XXXVII
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XVIIII

E

h	Gena.
i	Interior maxillæ ſuperficies.
*	Maxillæ dentes.
l	Ceruicis vertebræ vna cum muſculis ipſis adnatis.
m	Dimidium maxillæ in inferiorem partem conuerſum.
n	Alterum dimidium ſurſum aliquantiſper ſublatum.
o	Tertium, ac maximum ex oſſibus malarum.
p	Proceſſus maſtoides.
q	Dimidium maxillæ à caluaria reſolutæ.
r	Tertius maxillæ muſculus inferiori, ac poſteriori maxillæ ſedi adhuc innatus.
s	Interior ſuperficies maxillæ.
t	Acutus maxillę proceſſus.
u	Rotundum maxillæ capitulum, quod inſeritur in ſinum inſculptum in oſſe temporum.
x	Quartus maxillę muſculus, à maxilla reſolutus, & ſuo principio illigatus.

F

G

H


TABVLA XXXVIII
XX
XXI
XXII
XXIII
XXV
XXIIII
XXVI

De Musculis humeri. *Cap. V.* E

PRoximi nunc sunt musculi octo, qui humerum mouent, quorum primus, A, initium sumit multiplex, à medio thorace, & à cartilaginibus quæ cum ipso committũtur; præcipuè vero à cartilagine septimæ, & octauæ costæ, tum à medio iugulo versus os pectoris; qua autem incipit à iugulo, magis carnosus est, qua ab osse pectoris, magis neruosus, & tenuis, qua a cartilaginibus, quæ cum osse pectoris committuntur, omnino carnosus, qua a cartilagine septimæ, & octauæ costæ, propè mucronatam cartilaginem tenuis, & neruosus procedit: post hæc initia magis carnosus, & crassus, subindeque angustior redditur, donec valida, neruosa, breui, sed tamen lata chorda propemodum inseratur in longitudinem in os humeri sub ceruice ipsius ad interiorem partem, versus priorem fibræ, quamuis initium valde latum sit, non admodum se ostendunt, aut oculis subiiciũtur ob finem maxime angustũ. Ta. 39. 40. fig. decē. A fig. 1

Quæ ducuntur a iugulo, descendunt; quæ a cartilagine septimæ, & octauæ costæ, ascēdunt, ita vt cum sibi mutuo occurrunt, valde decussentur. Illæ verò quæ ab osse pectoris transuersæ feruntur, neque ascendunt, neque descendunt; a eò tamen omnes spectant, vt humerum ad pectus adducant; quod munus per se præstat musculus hic vnus, ac simplex, quamuis ob tria initia triplex videatur. Cum solæ agunt eius fibræ, quæ a iugulo ducuntur, humerum ad pectus adducunt, paulo sublimius; cũ illæ quæ a cartilagine septimæ, & octauæ costæ paulò inferius; cum quæ ab osse pectoris recta versus ipsum, omnes cutem simul agentes humerum stabilem seruant ad pectus adductum. Apparet totus hic musculus a priori parte carnosus ab initio ad finem, a posteriori priusquam finiatur, neruosus, ac liuidus, præsefert etiam quinque latera inæqualia; primum, B, C, pertinet a medio iugulo ad summum os pectoris; Secundum, C, D, amplectitur totum latus internum. Tertium, D, E, a mucronata cartilagine sursum ascendit obliquè versus alam, cuius priorem oram efficit: Quartum, E, F, in longitudinem humeri qua chorda inseritur. Quintum, F, B, ab hac parte qua inseritur ad medium iugulum, vnde incipere ipsum diximus. Secundus, G, similiter valde carnosus est, & plura initia habet inter se iuncta, adeò vt videatur ex pluribus compositus. Oritur autem a media longitudine iuguli versus humerum iuxta initium primi musculi, tum ex commissura summi humeri cum iugulo, & tota scapulę spina initio neruoso prædictorum ossium eminentiis inhærente; statimque carnosus efficitur, & crassus assurgit, sed paulatim in trianguli formam coarctatur, seu literæ, Δ, vnde δελτοειδὴς b appellatur. Definit tandem in chordam, H, latam, neruosam, validam, quæ in humeri latitudinem multo post ceruicem eius capitis modicè oblique inseritur à priori parte deorsum in posteriorem paululum vergens. Ex tribus autem eius lateribus primum, I, L, a medio iugulo deorsum per summum humerum ad scapulæ spinã, ac basim progreditur. Secundum, L, I, a iugulo deorsum ab interiori parte, qua cum latere externo primi musculi committitur, pertinet vsque ad humeri regionem quà inseritur. Tertium, M, L, externum est, quod à basi scapulæ vnde incipit spina, ducitur vsque ad eam partem humeri, in quam inseritur. Ex tribus lateribus primum maximum est, reliqua duo minora; habet autem varias fibras, sicut & varia initia; illæ, quæ a spina scapulæ incipiunt; tendunt oblique versus partem priorem; quæ à summo humero rectà descendunt; quæ à iugulo oblique feruntur ad partem posteriorem: Omnes cum perueniunt ad finem musculi, inter se confundun tur Solus autem humerum attollit, sed ad varias partes pro vario fibrarum ductu. Illæ quæ à iugulo feruntur, attollunt versus priorem partem ceruicis, & faciem, quæ à summo humero, rectà; quæ à spina scapulæ, versus posteriora. Tertius, N, nascitur à spina illarum vertebrarum dorsi, quæ à sexta thoracis vertebra ad medium sacri ossis pertinet; ibi autem carnosus, & crassus efficitur; cumque ad inferiorem scapulæ angulum peruenit, interdum carnosis fibris quam pluribus augetur, ita vt videatur rursus ab alio initio oriri; sed vlterius procedens, paulatim angustior redditus, exteriorem oram sinus alæ constituit, finiturq; valida, lata, & breui chorda in humeri os inter chordam primi, & quarti musculi, quem mox subijciemus. Latera terna habet inæqualia; primum, O, P, quod longissimum est, oblique ascendit à sacro osse versus priorē partem, per ilia & thoracem vsque ad eam humeri partem, in quam inseritur: alterum, P, Q, ab osse sacro ad sextam thoracis vertebram iuxta fibrarum rectitudinem pertinet; Tertiũ, Q, O, quod breuissimum est, incipit a posteriori processu octauæ vertebræ thoracis, procedensque per angulum scapulæ inferiorem, oblique ascendit ad humerum, sub cuius ceruice lata, valida ac breui chorda inseritur inter finem primi, & quarti musculi. Eius fibræ, quæ a sacro osse ducuntur, magis rectæ procedunt, & longiores sunt, reliquæ subinde breuiores redduntur, & eatenus magis transuersæ, quatenus a sublimiori parte initium sumunt; proficiscitur varietas fibrarum vt in aliis musculis, ita in hoc a latitudine principij: mouet autem brachium ad inferiorem partem versus posteriorem, magis, aut minus, prout superiores, vel inferiores fibræ agunt. Quartus, R, carnosus, & crassus est, atque aliquando rotundus, si cum cœteris humeri commissuræ conferatur: oritur autem carnoso initio ex inferiori angulo basis scapulæ, & nonnihil etiam ex ipsa basi, sed magis ab inferioris costæ externa parte, *b*, ac gibba, *a*, propè angulum basis; recedit deinde a scapula iuxta medium longitudinis

Marginal notes: a Gal. li. de musc. diss. c. 18. — F — B C. fi. 1. — G fig. 1 — H fig. 1 — b Ga. 3. de anat. adm. cap. 3. — G — N fig. 3 — H — O P fi. 3. — R fig. 5

A inferioris costæ ipsius, & modicè sursum ascendit in priorem partem, dum perueniat ad os humeri, in quod valida, lata, ac breui chorda inferitur, eadem regione, qua primus, qui scilicet humerum ad pectus adducit, cui contrarium motum hic præstat, cum
S fig 5. eundem attrahat ad scapulas versus partem inferiorem. Quintus, S, oritur carnosus ex basi scapulæ, cuius exteriorem partem, quæ sub spina est, occupat, dein angustior fit ad scapulæ formam, dum finiatur lata, ac breui chorda ad imaginem semicirculi in exteriorem partem ligamenti commissuræ humeri. Huius musculi officium est, humerum circumducere, & aliquantisper in posteriora conuertere.
T fig. 8. Sextus, T, oritur, qua inferior costa scapulæ ceruicem attingit, breuisque, & valde carnosus à cunctis alijs euidenter separatur; definitque neruosus propè
V fig. 5 finem quinti, cui opem affert ad suum munus præstandum. Septimus, V, valde carnosus est, incipitque à basi scapulæ, & sinum, qui inter eius spinam, & superiorem costam interiectus est, implet, cui validè illigatur; vt autem peruenit ad sublimiorem partem ceruicis scapulæ, pergit in partem anteriorem, transitque sub valido ligamento, summum humerum cum anchiroide processu scapulæ alligante, & in interiora procedens, lata, validaque chorda ad commissuram humeri cum scapula procedit, in cuius ligamentum inseritur. Est autem oblongus,
B à superiori parte gibbus, ab inferiori repræsentat figuram illius sinus, in quo continetur. Officium eius est humerum versus posteriorem partem attrahere, & simul aliquantisper attol-
X fig 7 lere. Octauus, X, valde carnosus ex basi scapulæ carnosum initium sumit, & totum internum scapulæ sinum occupat, redditurque angustior, ad scapulæ formam, donec ad commissuram perueniat, in quam lata chorda ad semicirculi speciem inseritur. Inferius latus adeo septimo musculo inhæret, vt ex vtroque videatur confici vnus; sed propriè hic humerum attrahit versus posteriora, aliquantulum intorquens ad priora.

Ad horum musculorum sectionem aggredieris in hunc modum. Cute à thorace, scapulis, abdomine, ac dorso detracta, cadauer aut super scamnum collocabis, aut ex trabe suspendes, prout commodius iudicabis; deinde scalpello lineam duces à medio pectore vsque ad pubis os per membranam carnosam, & alteram rursus à pubis osse transuersam iuxta coxæ articulum ad spinam ossis sacri; tertiam vero à summo humero vsque ad dimidium longitudinis brachij; quibus lineis ductis hamulo membranam carnosam, aut vnguibus à thorace, abdomine, dorso, scapulis auelles, cauens ne adipem pro carne accipias rubore deceptus, quem cadauer resupinatum contrahit. Vbi membranam totam à corporis trunco, & à dimidio brachij de-
C traxeris, ad primum musculum accedes, qui brachium ad pectus adducit, cuius initium à iugulo, & osse pectoris resoluens, hamulis, vel digitis prehensum buxeo scalpello à subiectis partibus, vsque ad humerum separabis, & suo fini illigatum relinquens ad reliquos dein musculos humeri accedes, quos antequam seces, necesse est, illum auferas, qui ab occipitij osse procedens per totam ceruicem progreditur, & scapulæ spinæ, summo humero, ac proximæ parti iuguli illigatus mucrone suo pertinet ad spinam octauæ vertebræ thoracis, quem amouebis scalpello linea ducta in dorsi lōgitudinem, quæ dumtaxat ipsum musculum diuidat, & altera dein de iuxta occipitium, per quam musculi initium inde resoluatur, vbi incipit. Quod si buxeum scalpellum externis musculi lateribus subijcias, & sursum, deorsumq. agas, facile ipsum à subiectis separabis vsque ad finem, vt ad alterum musculum pergere possis, quo humerus attollitur, nempè ad secundum: huius itaque initium à spina scapulæ, à summo humero, & à medio iugulo scalpello diuidi debet, dum totus resoluatur vsque ad finem, vbi transuersus in humerum inseritur; inde pendentem hunc musculum diligenter examinabis; tum ad tertiū venies, quem in spinæ longitudinem, vnde incipit, diuides, & hamulo apprehēsum, aut digitis buxeo scalpello à subiectis musculis resolues, cauens ne ipsos laceres. Sequitur deinde quartus, qui humerum in posteriorem partem adducit, cuius initium ab inferiori costa scapulæ resoluendum est. Post hunc secabis illum, qui à scapulæ gibbo ad ligamentum commissuræ humeri per
D tinet, quintum videlicet, & eum, qui humerum aliquantisper in posteriora conuertens, oritur qua inferior costa scapulæ ceruicem attingit, hoc est sextum: accedes deinde ad septimum, qui in cauo scapulæ inter superiorem costam, & spinam collocatus, similiter ad ligamentum fertur. Musculum verò qui internum scapulæ cauum occupans humerum circumagit, octauum videlicet, non licebit intueri priusquam scapulam à iugulo separaueris; tunc enim promptè se ostendet. Hæc de musculis humerum mouentibus.

NOTA-

 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM,
Qui Tabulæ XXXIX. & XL. figuris inſcripti viſuntur, declaratio.

Ostendunt decem ſequentes figuræ humeri muſculos.

In I. & II. Figura.

A Primus ex muſculis mouentibus humerum.
B Primum latus primi muſculi prædicti.
C D Secundum latus.
D E Tertium latus.
E F Quartum latus.
F B Quintum latus.
G Secundus muſculus humerum mouens.
H Chorda ſecũdi muſculi humerum mouentis.
I Primum latus ſecundi muſculi.
L Secundum latus.
M L Tertium latus.
a Iugulum.
b Abdominis muſculi.
c Proceſſus ſecundi muſculi thoracem mouentis, qui in ſerræ ſpeciem committuntur cum ſimilibus proceſſibus abdominis muſculi oblique deſcendentis.
d Anterior muſculus cubitum flectens.
e Poſterior.
f Alter ex muſculis tendentibus cubitum, qui ab inferiori ſcapulæ latere principium ducit.
g Secundus muſculus humerum mouẽs inuerſus.
h Primus eorundem.
i Primus muſculus ex mouentibus ſcapulam.
l Os pectoris excarne.
m Abdomen.
n Coſtæ.
o Superius initium anterioris muſculi cubitum flectentis.
p Inferius.
q Alter ex muſculis cubitum tendentibus, qui ab inferiori ſcapulæ latere initium ducit.
r Humeri os excarne.

In III. & IV. Figura.

N Tertius muſculus humerum mouens.
O P Primum latus prædicti muſculi.
P Q Secundum latus.
Q O Tertium latus.
a Secundus muſculus humerum mouens.
b Portio muſculorum mouentium cubitum.
c Quintus muſculus humerum mouens. F
d Quartus.
e Septimus.
f Quartus ſcapulam mouens.
g Octauus dorſum mouens.
h Primus caput mouens.
i Tertius ex ſcapulam mouentibus.
l Iugulum.
m Aliquot ex femur mouentibus muſculis.
o Primus abdominis muſculus.
p Quartus thoracem mouens.
r Tertius muſculus humerum mouens inuerſus.

In V. VI. & VII. Figura. G

R Quartus muſculus humerum mouens.
S Quintus.
V Septimus.
X Octauus.
a Spina ſcapulæ.
b Portio muſculorum flectentium cubitum.
c Os humeri excarne.
d Iugulum.
e Tertius muſculus ex mouentibus ſcapulam.
f Muſculus, qui à ſcapula pertinet ad os hyoides.
g Portio tertij muſculi thoracem mouentis. H
h Coſtæ.
i Portio ſecundi muſculi thoracem mouentis.
l Quartus muſculus humerum mouens inuerſus.
m Quintus muſculus ex mouentibus humerum inuerſus.
n Septimus muſculus humerum mouẽs inuerſus.
o Superior coſta ſcapulæ.
p Sinus inter ſpinam, & ſuperiorem coſtam ſcapulæ ad ſeptimum muſcu-

TABVLA XXXIX.



lum mouentem humerum excipiendum.

- *q* Basis scapulæ.
- *r* Inferior costa scapulæ.
- *s* Ceruix scapulæ.
- *t* Processus acromion.
- *u* Processus anchiroides.

In VIII. IX. & X. Figura.

- T Sextus musculus humerum mouens.
- *a* Dorsum scapulæ.
- *b* Spina scapulæ.
- *c* Basis scapulæ.
- *d* Superior scapulæ costa.
- *e* Acromion.
- *f* Ceruix scapulæ.
- *g* Humeri os excarne.
- *h* Portio alterius ex musculis cubitum flectentibus.
- *i* Portio secundi musculi cubitum flectentis.
- *l* Processus anchiroides.
- *m* Cauum scapulæ.
- *n* Inferior costa scapulæ.
- *o* Octauus musculus humerum mouens inuersus.
- *p* Sextus musculus humerum mouens inuersus.

TABVLA XL



Tab.41 42. fig. sex. A fig.1

MOuetur scapula sursum,deorsum,antrorsum,retrorsum,prout & brachium, quamquam non circumagitur vt ipsum. Præstant hos motus quatuor musculi, quorum primus,A,oritur à secunda,tertia,quarta,quinta costa,interdum & à sexta; priusquam in cartilaginem vertatur,initio lato,diuiso in multos quasi digitos, B,singulis costis adnexos;inde proficiscitur versus partem posteriorem, subindeq; angustior redditur,& crassus,dum finiatur in latam chordam,mediam inter carnosam, & neruosam; quæ internæ parti processus anchiroidis scapulæ illigatur, vbi magis neruosa efficitur;eius vero fibræ procedunt à principio ad finem inter se diductæ , & cum omnes simul agunt , rectà scapulam ad pectus adducunt ; sed si superiores dumtaxat, sursum magis , si inferiores, deorsum.Secundus,C,nascitur ab [a] inferiori parte ossis occipitij versus aurem;vbi sinus apparet, & propriè à medio spacio inter foramen occipitij,per quod exit spinæ medulla;& aurem: inde per posteriores processus descendit,iunctus cum musculo alterius lateris,vsq; ad octauam vertebram thoracis;quatuor autem latera præfert, quorum primum, D, E, in osse occipitij transuersum est,tenue,carnosum tamen,æquatque latitudinem initij.Secundum,E,F,descendit per spinam vertebrarum ceruicis vsque ad octauam thoracis, vbi cum musculo alterius lateris coniungitur.Tertium,G,D,incipit à sinu in osse occipitij,vbi definit primum, & oblique descendens peruenit ad summum humerum.Quartum,F,G,à ceruice scapulæ, quæ apud iugulum est,ad octauam vertebram thoracis descendit aliquo pacto circumflexus;totus autem musculus carnosus est,excepta ea parte,qua iũgitur cum musculo alterius lateris,ad dorsum, & qua summum humerum attingit in latiori parte iuguli.Fibræ,quod latum sit initium,vario modo ducuntur;nam quæ ab occipitio, & ceruice nascuntur, oblique descendunt versus humerum,donec ad spinam scapulæ perueniãt;præterea ad summum humerum,atque ad caput iuguli,& eo magis transuersæ sunt, quo inferius initium obtinent, dum perueniant ad finem ceruicis, qua parte omninò transuersæ sunt; quæ autem oriuntur à vertebris thoracis, pariter ascendunt versus humeros,& eo magis transuersæ sunt,quanto magis ad ceruicem ascendunt,ita vt æquè transuersæ sint,atque illæ,quas diximus per ceruicem descendere.Ostendit propositus fibrarum ductus huius musculi munus esse scapulam contrario motu mouere,sursum scilicet,& deorsum,prout descendunt,vel ascendunt:vnicus tamen apparet musculus sine diuisione aliqua manifesta. Tertius,I,oritur à processibus laterum primæ,tertiæ,quartæ,& quintæ vertebræ ceruicis,adeò vt habere videatur duo initia separata,cũ non alligetur processibus secundæ vertebræ,à quibus tamen interdum quoque proficiscitur.Initia hęc cum inter alios musculos exeunt,vertebras ceruicis complectuntur, iunctaque tenuem, & validum musculum constituunt,sed paulò magis latum,quam crassum, qui carnoso fine inseritur in internam,ac sublimiorem partem basis scapulæ, quam sursum attrahit in priora ad latera ceruicis.Quartus,H, tenuis, latus, vndique carnosus incipit à quinta, sexta, & septima vertebra ceruicis,& à posterioribus processibus trium primarum vertebrarum thoracis; ferturque ad basim scapulæ,cui ferè vniuersæ illigatur,fine lato,& carnoso,non secusquam initio ; subjicitur autem secundo,ita vt detracta cute,supra,& infra scapulam eius extrema se ostendant. Fibræ in eo à vertebris dorsi oblique descendunt vsque ad basim scapulæ,quam retrorsum , & aliquantisper sursum attrahunt.Constat igitur,ex quatuor musculis scapulam mouẽtibus, primum ipsam attollere in partem priorem,sursum, vel deorsum pro fibris agentibus;secundum sursum,& deorsum similiter pro varietate fibrarum ; tertium sursum, & antrorsum ad latera ceruicis;quartum retrorsum,& aliquatenus etiam sursum.

a Gal. li de musc. diss. c.7.

C fig.3

F

I fig.5.

G

H fig.4

Ex quatuor musculis scapulam mouentibus,primus,qui scapulam ad pectus adducit,à costis,vnde initium sumit,scalpello separari debet, vsque ad processum scapulæ anchiroidem , vt facilius ad suum principium adductus,motum,quem præstat,demonstret . Secundus, qui scapulam partim attollit,partim deorsum trahit,resoluẽdus est ab occipitii osse,vnde oritur; Tum à ceruice, à spina scapulæ,à summo humero,ac proximè à iugulo,& scapulæ gibbo,cum basi,& tandem à spina octauæ thoracis vertebræ,in quã finitur. Inde ad tertii musculi sectionem aggredieris,cuius initium,quod à ceruicis vertebris emanare videtur, transuersim incides,vt inde musculum totum resoluere possis,vsque ad superiorem angulum basis scapulæ,cui validè illigatur.Quartus etiam musculus ab externis spinæ ipsius processibus , à quibus incipit,deinde separari debet,sectione diligenter ducta,vsque ad ipsam scapulam, in quam similiter validè inseritur.Hæc de musculis scapulæ satis dicta sint.

H

TABVLA XLI



E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui sex Figuris Tabularum XLI. & XLII. inscripti visuntur, declaratio.

Monstrant sex sequentes figuræ musculos mouentes scapulam.

In I. & II. Figura.

A Primus musculus scapulam mouens.
B Processus prædicti musculi, qui quali digiti costis illigantur.
a Costæ.
b Musculi cubitum mouentes.
c Os humeri excarne.
d Processus secundi musculi mouentis thoracem.
e Processus anchiroides scapulæ.
f Secundus dorsi musculus.
g Humeri caput.
h Iugulum.
i Primus scapulæ musculus inuersus.

In III. & IV. Figura.

C Secundus musculus scapulam moués.
D E Primum latus nuper dicti musculi.
E F Secundum latus.
E G Quartum latus.
G D Tertium latus.
H Quartus scapulam mouens musculus.
a Octauus musculus ex mouentibus caput.
b Secundus musculus humerum moués.
c Quintus eorundem.
d Quartus eorumdem.
e Musculi cubitum tendentes.
f Os iugale.
g Tertius musculus ex mouentibus humerum.
h Secundus scapulæ musculus inuersus.

In V. & VI. Figura.

H Quartus scapulæ musculus.
I Tertius.
a Quartus musculus scapulam mouens inuersus. F
b Secundus musculus ex mouentibus humerum.
c Musculi cubitum extendentes.
d Quintus musculus humerum mouens.
e Quartus.
f Tertius.
g Quintus ex mouentibus dorsum.
h Secundus musculus caput mouens.
i Primus.
l Musculus, qui à scapula ad os hyoides procedit.
m Tertius musculus ex mouentibus thoracem.
n Quintus. G
o Costæ.
p Musculi qui inter costas siti sunt.
q Acromion scapulæ processus.
r Os humeri excarne.
s Musculi cubitum tendentes.
t Tertius scapulæ musculus inuersus.
u Basis scapulæ.
x Quintus musculus humerum mouens.
y Sinus ad excipiendum tertium musculum mouentem scapulam.
z Initium primi musculi caput mouentis.
& Iugulum.

H

TABVLA XLII



De muſculis mouentibus cubitum, & manum. Cap. VII.

a Ga. li. de oſſib. c. 17. & lib. 1: de anat. adm. c. 10.

CVbitus pars brachij eſt inter humerum, & manum, flectitur autem, a & extenditur, Ta. 43. 44. 45.
redditur pronus, & ſupinus, id quod octo muſculi efficiunt: flectitur autem à duo- 46. fig.
bus, quorum prior, A, valida, & diſtincta initia ſumit, vnũ, B, prorſus neruoſum, & vigin-
rotundum, à ſublimiori parte ceruicis ſcapulę iuxta labrum ſinus illius, in quem ti ſex:
inſeritur humeri caput; inde verſus priorem partem progreditur ad ligamentum tranſuerſum A fig. 1
commiſſuræ humeri cum ſcapula, per ſinum inſculptum à priori parte ceruicis capitis humeri;
alterum, C, partim neruoſum, partim carnoſum, lõgè latius, cuius pars neruoſa, quæ craſſa eſt,
& ferè rotunda, oritur ab interiori ſede extremi proceſſus anchiroidis ſcapulæ, ſed carnoſa,
quæ lata, & tenuis, à reliquo proceſſu anchiroidem vſque ad radicem incipit; licet autem hæ
duæ partes ſubſtantia differant, non tamen ſeparatæ ſunt, ſed ſimul coniunctæ deſcendũt per
os humeri, cui non prius adnaſcuntur, quam ſub ceruice eius capitis, vbi duo iam dicta initia
inter ſe coeunt, D, ad vnum muſculum efficiendum; ibi enim carnoſa pars illigatur ad oſſis a-
ſperitatem, adeo longo, & valido capite, vt ferè per ſe muſculus videatur, qui ab anchiroide
proceſſu ſcapulæ natus, humerum attollat; dein totus muſculus ab oſſe humeri ſeiungitur, car- F
noſus, ac teres apparens in lacertoſis, ac gracilibus, etiam ſecundum naturam habẽtibus: aſcẽ
ditque ſuper ſubiectum muſculum, dum propè cubitum accedat, vbi deſinit in craſſam, rotun-
dam, & validam chordam, E, quæ ſupra cubiti iuncturam procedens, ſubiecto muſculo inhæ-
ret, & paulum lateſcens inſeritur in internam radij partem modicè prominentem, & inęqua- F fig. 2
lem: vbi nonnihil etiam nectitur cum ligamento eius iuncturæ. Alter, F, qui cubitum flectit, 3.
priori ſubijcitur, ac penitus carnoſus eſt, & verſus finem multo latior; naſcitur autem a priori
parte oſſis humeri ad medium longitudinis, vbi inſeritur primus muſculus, qui humerum at-
tollit, & ille, qui eundem ad pectus adducit: initium autem ſumit carnoſum, latum, duplex, par
tim verſus externum, partim verſus internum latus; quod verſus externum, G, ſublimius ori-
tur; quod verſus internum, H, paulo humilius; duo hæc initia nudum relinquunt medium os, I,
humeri, à priori parte, ſed paulo poſt coeunt, L, in vnum muſculum carnoſum, amplum, præ-
ſertim quanto magis deſcendit; tanto enim validior fit; vbique autem oſſi humeri illigatur, dũ
lato, & carnoſo fine, M, inſeratur à priori parte in ligamentum huius iuncturæ, & in appendi-
cem tam cubiti, quam radij, nonnihil vltra ipſam, ita vt torum quendam repræſentet. Vtriuſ-
que propoſiti muſculi fibræ rectæ ab initio ad finem progrediuntur, atque idcirco eundem
ſemper motum præſtant, recta nimirum flectunt cubitum, in neutram partem inclinantes. Ex- G
tenditur verò cubitus à duobus muſculis; quorum primus, N, duplex initium habet, vnum va- N fig. 5
lidum, amplum, neruoſum, quod ex interiori coſta ſcapulæ, propè eius ceruicem vbi ſinus eſt,
naſcitur; & inde paulò poſt carnoſum efficitur, rectaque deſcendens ad poſteriorem humeri
partem, procul ab ipſius ceruice illi adnaſcitur, iuxta finem muſculi illius, qui humerum ad po
ſteriora verſus interiora trahit, vbi cum hoc alterum initium cõmiſcetur carnoſum, ita vt vnus
muſculus efficiatur, qui per medium poſterioris partis humeri inter externum, & internum la
tus procedit, partim carnoſus, partim neruoſus, dum ad internum latus poſterioris proceſſus
oſſis cubiti perueniat, cui adnaſcitur. Sunt qui hunc non tãquam ſimplicem, à duplici ortum
principio ſed tamquam duplicem numerent. Pertinet etiam ad extendendum cubitum al-
ter, R, muſculus, qui à ceruice humeri, & propriè ab eius capitis radice naſcitur, recta paula- R fi. 5
tim deorſum deſcendens per poſteriorem pattem verſus latus oſſis humeri, cui validiſſimè in-
hæret, carnoſuſque hac parte redditus, deſcendit vſque ad dimidium lõgitudinis humeri, vbi
cum proximè dicto adeo miſcetur, S, vt vix diſtingui poſſit, quamnis fibræ vtriuſque recta per
ſe a principio ad finem progrediantur. Inſeritur hic in poſteriorem proceſſum cubiti ab exter
no latere, ſed ex chorda tam huius, T, quam illius, V, qui proximè poſitus eſt, tertia, X, quædam
efficitur, quæ tegit totum poſteriorem cubiti proceſſum, cui innitimur; magiſque neruoſa eſt H
in medio, quam a lateribus. Munus vtriuſque muſculi ſimul eſt recta cubitum extẽdere in neu
tram partem inclinatum. Inter motus cubiti, non ſolum flexum, & porrectionem numeraui-
mus, ſed & pronum, & ſupinum. Cum cubito autem manus quoque prona, & ſupina redditur,
id quod fit moto tantũ radio: nam alterum os quod in cubito continetur, & propriè cubiti os
nominatur, tantum flectitur, & extenditur; pronum vero, & ſupinum eatenus efficitur, quate-
nus; cum radio ducitur; propriè igitur radius mouetur a quatuor muſculis, duobus externis, a
quibus reſupinatur; duobus internis, a quibus pronus redditur. Ex iis quatuor, vnus internus,
alter externus imo, reliqui duo ſummo radio illigantur, unus ſimiliter internus, & alter exter-
nus: proponemus ante qui imo, deinde qui ſummo radio illigantur. Primus, B, ſit internus, B fig. 7
carnoſus, qui propè primam palmæ partem ſitus eſt; oritur hic ab externo latere cubiti, & re-
cta tranſuerſus procedit ad internum latus imi radii, in quem inſeritur; reprę́ſentat autẽ qua-
tuor latera æqualia, eſtq; in medio craſſior, quam a lateribus, ita vt puluilli vſum præſtet, chor
dis flectentibus digitos. Fibras vero habet, quæ rectæ a principio ad finem tendunt, & idcirco
trahunt imum radium in partem inferiorem, & eo nomine pronum efficiunt. Secundus, C, ſit C fig. 9.

A externus imo radio similiter illigatus, à priori situ, figura, & magnitudine differens; sumit enim initium latius, & carnosum ab externo latere ossis humeri, post medium longitudinis versus cubiti iunćturam, vnde latus, & validus descendit, inhærens externo lateri quasi musculi primam palmæ partem extendentis; de quo suo loco tractabimus, sed cum peruenit ad

d fig. 9 imum radij in chordam, d, latam membranæ modo degenerat, quæ illigatur superiori parti appendicis imi radij, vergens aliquantisper in partem internam; trahit hic musculus inferiorem partem imi radij, in partem externam; & eatenus resupinat. Sequuntur nunc alij duo

A fig. 7 musculi, vnus internus, alter externus, summo radio illigati. Internus, A, à radice incipit interni tuberculi ossis humeri, & ab interno latere ossis cubiti; ibique cum radio coniungitur valido, & carnoso capite; dein oblique per internum latus radij tendit, cui paulò ante medium longitudinis illigatur fine similiter carnoso, à quo aliud caput nascitur neruosum, quod pergit versus medium longitudinis radij, cui ab externo latere illigatur, vbi asperitas est, ea de

D fig. 9 causa effićta; hic musculus radium in interiora trahens pronum efficit. Alter musculus, D, superior figuram, & situm retinet nunc proposito non dissimilem; incipit autem ab externa parte ligamenti circumdantis iunćturam cubiti, tum ab externo tuberculo humeri, & partim etiam à posteriori cubiti processu; inde ascendit versus priorem partem, dum in radium inse-

B ratur propè locum, vbi definit chorda tertij musculi, quamquam chorda huius minus neruosa fit, & lata; contrahens autem superiorem radij partem, obliquè in exteriora ipsum resupinat. Sed satis de musculis cubiti, pergamus ad manum.

Manus tribus partibus continetur;[a] prima palmæ parte, palma, & digitis; quarum musculos enarraturi, à quatuor illis incipiemus, qui ad primam palmæ partem potissimum pertinent; licet in palma quoque inserantur; Mouetur prima palmæ pars, & cum ipsa tota manus duplici motu; siquidem curuatur, & porrigitur; nam motus pronus, & supinus, vt ante dićtum est, ab illis musculis efficitur, qui radium conuertunt, cum quo non modò cubitus, sed tota etiam manus resupinatur, & prona redditur. Ergo ex quatuor musculis primam palmæ partem mouentibus, duo interni sunt, à quibus curuatur; duo externi, à quibus porrigitur. Ex internis, v-

E fig. 11 nus, E, ab interiori tuberculo ossis humeri propè cubitum initium sumit partim carnosum, partim neruosum; descenditque per internum latus ossis cubiti, usque ad dimidium ferè illius partis quâ innitimur, cum scribimus, eique superne illigatur, versus cubiti iunćturam; infernè verò paulò ante primam palmæ partem degenerat in chordam validam, aliquantisper rotundam; progreditur hæc iunćta cum nonnullis fibris carnosis, vsque ad primam palmæ partem,

C vbi neruosa penitus effećta, quarto eius ossi arćtè illigatur, neque transit sub transuerso liga-

F fig. 11 mento, sed tantum communi membrana omnium musculorum inuoluitur. Alter, F, internus nascitur similiter ab interno tuberculo ossis humeri propè cubitum, non longè à proximè posito, inde procedit aliquantulum transuersus iuxta latus superius primi musculi, à quo digitos flećti ostendemus, cui maxima ex parte subijcitur radio inhærens; & priusquam ad primam palmæ partem perueniat, vertitur in chordam rotundam, quæ ibi non definit; sed transuerso tantum ligamento astrićta vltra ipsam progrediens per internam partem inseritur ad radicem illius ossis palmæ, quod è regione indicis situm est; id quod euidenter deprehendes, si detrahas musculum abducentem pollicem digitum ab indice, & duos, qui flećtunt primum arti-

G fig. 14. culum pollicis. Reliqui duo musculi siti sunt in parte externa; quorum vnus, G, oritur à radice externi tuberculi imi humeri apud initium illius musculi, quem dicemus extendere paruum digitum; à cuius etiam posteriori processu aliquid assumit; tum descendit ad inferiorem partem exterioris regionis cubiti inter musculum flećtentem primam palmæ partem, & illum, qui extendit paruum digitum, dum propè primam palmæ partem accedat, vbi degenerat in chordam rotundam, quæ sub transuerso ligamento transit per sinum appendicis cubiti, iuxta latus

D processus stiloidis; H, inde super primam palmæ partem progreditur, paulatim latescens,

I fig. 14 dum illigetur illi ossi palmæ, quod ad paruum digitum spećtat. Alter, I, initio latiore oritur ab osse humeri circa externum tuberculum, vbi acuta linea assurgit, non longè à cubito; inde carnosus efficitur, proceditque per radium vsque ad dimidium longitudinis, quo cum peruenit,

L fig. 15 in ualidam chordam, L, degenerat, quæ statim partitur in duas ferè rotundas, magis tamen latas, quam crassas: descendunt ambæ per radium paulutum inter se recedentes vsque ad appendicem, & per sinum in ea insculptum sub ligamentum transeunt, magis inter se didućtæ, dum in ossa palmæ finiantur; una, M, in id quod ad indicem, altera, N, in id quod ad medium digitum spećtat. Externi igitur primam palmæ partem, cum reliqua manu pariter extendũt, interni flećtunt, si simul ambo agant, sed si alter dumtaxat, eandem in suum latus inclinat.

Sed vt ad palmam veniamus, mouetur hæc quoque cum in parte interna contrahitur,

P fig. 11 à membrana tenui, neruosa, in quam degenerat chorda illius musculi, P, qui rotundo, & neruoso initio oritur ab interno tuberculo ossis humeri propè cubitum; & statim carnosus, & crassus euadens progreditur vsque ad dimidium longitudinis cubiti, vbi iterum extenuatur, definitque in chordam tenuem, quæ paulatim latescit vsque ad palmã, per quam totam fertur, excepta prominentiori parte, quæ maximo & quæ minimo digito respondet, dum perueniat ad radices digitorũ, vbi finitur in internum latus cuiusque eorum, & il-

lud

[a] G. l. de usu part. c. 18. & 19.

Iud tamen interdum euenit,vt pro ſimplici oriatur duplex hic muſculus,atque ab eodem ini- E
tio;vnus tamen in chordam latam deſinit,quam diximus,alter vero in ligamentum illud,quod
tranſuerſum in prima palmæ parte reperitur.At in quibus hominibus non inuenitur hic mu-
ſculus,qui latam membranam efficiat,naſcitur ea vel à chordis duorum muſculorum flecten-
tium primam palmæ partem,quæ iunctæ lateſcunt,priuſquam ad ipſam perueniant;vel à trāſ
uerſo ligamento interno primæ palmæ partis;effinxit autem ipſam natura,non vt palma ſine
pilis ſeruaretur,aut acriorem ſenſum retineret, ſicut nonnullis [a] placuit:nam e regione pol-
licis,& minimi digiti,& ad latera digitorum vbi ea non eſt,non propterea naſcuntur pili, aut
deſideratur ſenſus acris,ſed ad aſtringendam internam palmam,vt melius quæ volumus,com
prehendamus. Ad externum latus huius membranæ inſeritur caro quædam quadrata, quā ali
qui [b] pro vno muſculo accipiunt,quamuis & pro duobus,& interdum etiam pro tribus accipi
poſſit,breuibus tamen,atque exilibus:oritur autem à membrana carnoſa tegente eam ſedem
vbi collocatum eſt octauum ex illis oſſibus,quibus cōtinetur prima palmæ pars,iuxta eum mu-
ſculum,qui paruum digitum ab alijs ſeparat.Credunt aliqui [c] eius munus eſſe membranam
extendere cum palmam aperimus;quamuis alij [d] magis ad trahendum pertinere ipſam exiſti
ment. Alia verò ſubſtantia,quæ ſub cute,& ſuper propoſitam membranam iacet, vbi ea ſita
eſt,in palma interna tota ad radices digitorum,non omnino carnis materiam retinet,quemad F
modum muſculus;ſed alba eſt,modo cerebri,aut adipis neruoſæ.Continet in ſe multa capita
neruorum,& quaſdam venas,ita vt media reddatur inter carnem,& adipem duriorem : præ-
bet autem vſum puluilli neruis,per quos interna manus acri ſenſu prædita eſt; prohibet etiam
ne chordæ,quæ digitos flectunt comprimantur,ictu palmæ valido:æquat & ſuperficiem , im-
plens oſſium inanitatem,quod efficit,vt quæ volumus,facilius manu attingamus.

a Gal. li. 2. de vſu pa. c.6. & Veſalius li. 2. c.41.
b Falopi' in li. anat. obſeruat. & Valuerda li. 2.c. 27.
c Valuerda li. 2 c.27.
d Falopi' li. obſeru. anat.

Tertia pars manus pertinet ad digitos,qui tenduntur,curuantur,& in latera vertūtur;quos
motus præſtant in vniuerſum muſculi viginti & nouem:horum primus,Q,rotundus eſt,& ma- Q fi.17
gno initio aliquantulum neruoſo oritur ab interiori parte interni tuberculi oſſis humeri ; ſub
origine illius muſculi,quem diximus membranam palmæ producere;tum duorum muſculorū
flectentium totam manum,& ſuperioris ex illis duobus,qui radium pronum efficiunt ; poſtea
deſcendit,lateſcens verſus medium radij,& cubiti,nonnihil vtriq; inhærens;inde vlterius pro
cedens,fit ex toto carnoſus,ac rotundus propè primam palmæ partem , ad quam priuſquam
perueniat,diuiditur in quatuor partes carnoſas,quarum quælibet extenuatur,& neruoſa red-
ditur,dum vertatur in chordam rotundam.Inuoluuntur omnes quatuor ſimul membrana lu-
brica,tranſeuntque per interiorem regionem primæ palmæ partis,ſub ligamentum tranſuer- G
ſum;quod vbi exceſſerunt,progrediuntur,dum perueniant ad ſecunda oſſa digitorum,in quæ
latiores,& tenuiores effectæ inſeruntur,minores quidem in minora,maiores in maiora;chor-
darum enim magnitudo oſſium magnitudini reſpondet;ſed dum tranſeunt per primum os di
gitorum,ſubiiciuntur ligamento tranſuerſo,quaſi fornici,quod pertinet ab vno latere oſſis ad
alterum,vt tutiores ſint;ſub ipſis etiam tranſeunt chordæ illius muſculi, quem mox ſubiicie-
mus;ibi autem nulla parte inhærent,ſed ſolutę tantum prohibentur in latera conuerti.Verum
antequam ad ſecundum os digitorum perueniant, ſingulæ finduntur, vt ſua rima aditum fa-
ciant chordæ muſculi ad quem accedimus, illud ante adiicientes, quod munus iam dictarum
chordarum eſt flectere ſecundum os quatuor digitorum recta verſus primam palmæ partem ,
vbi illæ inter ſe iunguntur.Secundus, S, primo ſubiicitur;eius initii exigua pars proficiſcitur S fig.18
ab interno oſſe humeri,ſub origine primi,reliqua vniuerſa oritur a radice prioris proceſſus cu
biti,per quem coniungitur cum oſſe humeri;ab eiuſmodi autem initio profectus ex toto car-
noſus,& rotundus efficitur, perinde ac primus, pergitque vſque ad dimidiam longitudinem
inter iuncturam cubiti cum humero,& manum:atque in itinere arctè ibi cum cubito nectitur:
unde oritur neruoſa illa membrana,quæ medium ſpacium inter radium,& cubitum complet;
poſt hęc vlterius verſus manum tendens,aliquanto anguſtior,perinde ac primus diuiditur,T, H
in quatuor partes carnoſas;quæ priuſquam ad primam palmæ partem pertineant,degenerāt
in quatuor chordas neruoſas,eo craſſiores chordis primi muſculi,quo hic eſt craſſior illo ; in-
uoluuntur autem mēbrana valde lubrica,humida,rubra,magis quam aliæ membranæ;ſubiectę
que chordis primæ palmæ partis ſub tranſuerſum ligamentum tranſeunt ; tum veluti chordæ
primi æqualiter inter ſe diducuntur , rotundæque , & chordis primi ęqualiter ſubiectæ
ſingulæ feruntur ad digitum,ad quem ſpectant;alligantur autem per totum primum os cum
chordis primi,ſed cum perueniunt ad ſecundum,exeunt per rimas,quas in illis eſſe declaraui
mus,& ſub ligamento tegente partem internam nullo pacto illigatæ , pergunt ad tertium os
in quod inſeruntur. Munus huius muſculi eſt flectere tertium articulum quatuor digitorum.
Tertius,V,muſculus valde diſtinctus eſt à ſecundo,chordamque habet inuolutam alia mem- V fi.18
brana;quamuis a quibuſdam exiſtimetur tertius,pars ſecundi,cui quinque chordas tribuunt;
oritur hic initio carnoſo,& rotūdo ab oſſe cubiti propè ſinum,in quo caput radii recipit; dein
per radium in longitudinem progreditur, à quo vbique aliquod initium aſſumit; ſed præfer-
tim à neruoſo ligamento, quod implet ſpacium inter cubitum , & radium, atque hoc pacto
progreditur ſuper ſublimius latus ſecundi muſculi,cui nullibi illigatur,præterquam ad cubiti
iunctu-

A iunćturam:at vbi ad primam palmæ partem peruenit,in chordam rotundam degenerat, propria membrana lubrica inuolutam; tranſit hæc per internam regionem primæ palmæ partis ſub tranſuerſo ligamento, & per ſinum oſſis, quod in prima palmæ parte ſpectat ad radicem pollicis,ad quem conuertitur,abditaque fertur inter chordam flectétem primum os pollicis, & illam quæ flectit ſecundum;ſub cuius ligamentum permeat ad tertium, cum quo aliquantulum lateſcens valde nectitur.Flectit propoſitus muſculus tertium pollicis articulum. Ex trib.

X fi. 19 igitur muſculis proximè dictis,primus flectit ſecundum articulum quatuor digitorum;ſecundus tertium articulum eorundem;ſed tertius tertium pollicis.Quartus,X,quintus, ſextus, ſeptimus tenues, & carnoſi inhærent quatuor chordis ſinguli ſingulis ſecundi muſculi, quem flectere diximus tertium quatuor digitorum articulum; naſcuntur autem non ab oſſe, vt alij muſculi ferè omnes,ſed à membrana prædictas chordas inuoluente; dum ſub tranſuerſum ligamẽtũ per ſinum internum primę palmæ partis tranſeant.Procedunt deinde ſinguli inhærentes interno lateri harum chordarum,donec ad medium primi oſſis illius digiti ad quem pertinẽt,illigentur poſterioribus chordis extendentibus digitos. Munus eorum eſt quatuor digi-

B tos leuiter ad pollicem adducere;quandoquidem nectuntur cum ligamento ſito a latere primi articuli;ſed præſtantius eorum officium conſiſtit in extendendo ſecundo, & tertio articulo,nam cum ſupra primum inſerantur,non poſſunt ipſum extendere,ſed potius flecteretur.

A fi. 20 Octauus,A,lato initio,& aliquantiſper intorto incipit ab eo oſſe palmæ,quod eſt è regione medii digiti paulo infra eius capitulum,quod recipitur in ſinu primi oſſis eiuſdem medij digiti; deinde infra aſcendit carnoſus,atque anguſtus;donec per chordam membranæ ſimilem inſeratur in internum latus ſecundi oſſis pollicis. Nonus,B, poſt hunc oritur verſus primam pal-

B fi. 20 mæ partem initio tenui,lato,neruoſo,ab eodem oſſe palmæ ſpectante ad medium digitum, à quo primus.Sed aliquid etiam aſſumit ab eo oſſe palmæ,quod ſpectat ad digitum medio proximum verſus minimum,tum craſſior redditus fertur ad mediam partem internam ſecundi oſſis pollicis.Decimus,C,poſt nonum magis adhuc verſus primam palmę partem ſimiliter initio lato incipit à radice illius oſſis,cui in palma nectitur digitus,qui inter medium,& minimũ eſt, inde proficiſcitur verſus pollicem; donec in internum latus ſecundi oſſis eiuſdem inferatur, nonnihil vergẽs ad partem priorem.Flectunt tres nuper dicti muſculi, videlicet octauus, nonus, & decimus,cum ſimul agunt, validiſſimè ſecũdum articulum pollicis; ſed cũ agit octauus dumtaxat,ſurſum verſus indicem;cum nonus,verſus medium;cum decimus, verſus eum,qui inter medium,& minimum eſt,flectendo adducit. Vndecimus, D,ſubiectus eſt tribus proxime

C dictis,oritur autem carnoſo initio à medio illius oſſis quod in palma ſuſtinet digitum indicem

D fi. 23 per quod fertur in longitudinem,dum inſeratur in internum latus ſecundi oſſis pollicis; quẽ flectens ad internum latus indicis adducit.Duodecimus, E,naſcitur ad primam palmæ par-

E fi. 20 tem ſupernè a tranſuerſo ligamento, ibi autem per totum internum latus carnoſus procedit, dum inferatur in primum os pollicis propè ſecũdum.Flectit autem hic primum articulum pollicis:huic ſubiicitur decimuſtertius,F,qui minor eſt,oriturque ex eodẽ ligamento tranſuerſo

F fi. 21 ad primã palmæ partẽ,& per os,quod ibi ſitũ ſuſtinet digitũ pollicẽ,progrediens inſeritur in

G fi. 21 primũ eius articulũ citra dimidiũ lõgitudinis.Flectit hic partim primũ os pollicis,partim hũc digitũ ab aliis reducit.Sequũtur muſculi,G,qui prima oſſa quatuor digitorum flectũt:octo autem numerantur,ita vt bini ad ſingulos digitos perueniant. Omnes hi muſculi fere penitus carnoſi ſunt,rectaque procedunt in longitudinem oſſium palmæ,quibus inhærent, dum è regione ad digitos perueniant,vbi ad prima oſſa externis chordis illigantur,& idcircò magis videntur habere munus extendendi ſecundos,& tertios articulos, quam quod potiſſimum illis

H fi. 21 tribuitur,flectendi primos.Ex duobus autem qui feruntur ad paruum digitum,vnus, H, naſcitur initio carnoſo,ab externo latere oſſis palmæ,quod è regione eius eſt propè primam palmæ partem,cum qua etiam nectitur;inde recta procedit vſque ad primum os parui digiti,vbi vertitur in chordam latiorem,qua inferitur in latus eius externum nonnihil vergens in interiora.Alter,I,naſcitur ab interno latere eiuſdem oſſis à quo priorem incipere diximus, ſimiliter

I fi. 21 propè primam palmæ partem,inde inter ipſum,& quod ei proximum eſt,progreditur ſemper

D carnoſus,dum primum os parui digiti attingat. Ibi autem definit in tenuem membranam, quæ externæ chordæ illigatur. Vtriuſque muſculi,cum pariter agunt,officium eſt paruum digitum flectere,ſed vbi alter dumtaxat,aliquantiſper oblique verſus latus ſuum,id quod aliorum quoque muſculorum commune eſt,qui inter oſſa palmæ collocantur; duo enim muſculi inter quælibet duo oſſa reperiuntur;aſſurgunt autem in interna palmæ parte,non in externa.

L fi. 24 Vigeſimus ſecundus,L,initio carnoſo,& neruoſo latiore incipit à ſublimiori parte externi tuberculi humeri,deſcenditque ſubinde grandior effectus,carnoſus,ac rotundus,inter cubitum, & radium,dum ad finem radij prope primam palmæ partem perueniat; vbi anguſtior redditus plerunque diuiditur,M,in tres partes breues,& carnoſas;aliquando etiam in quatuor,quę non valde inter ſe diducuntur,ſed inuoluũtur vna,& eadem membrana,cum qua carnoſis, ac tenuibus fibris nectuntur.Singulę autem cum à muſculo ſeparantur,in chordam degenerant, & ſimul tranſeunt per ſinum radij,quà cum cubito committitur;vbi tranſuerſo ligamento ad eum vſum parato omnes inuoluuntur:at vbi ex eo exceſſerunt,ad primam palmæ partem per-

ueniunt,

ueniunt, & subinde magis diductæ pergunt singulæ ad digitum, qui è regione est, latioresque, E
& tenuiores effectæ illigantur ad radicem primi ossis digiti indicis, medij, ac proximi; raro. n. his accedit quarta chorda; quæ feratur ad paruum; extendunt autem rectâ in longitudinem primum articulum illius digiti ad quem perueniunt. Vigesimus tertius, N, valde tenuis, & longus inhæret inferiori lateri proxime dicti in longitudinem radij, & cubiti: nascitur autem ab N fi.24
exteriori tuberculo ossis humeri inter initium proxime positi, & illius, quem diximus inseri in os palmæ ad paruum digitum spectans. Sed cum ad primam palmæ partem peruenit, in duas chordas partitur, o, quæ per sinum communem radio, & cubito transeunt eorum ligamentis inuolutæ: vlterius verò progressæ diducuntur, ita vt vna ad paruum digitum, altera ad ei proximum tendat; in cuius primum os ab interno latere versus posteriorem partem inferitur in
a Gal. 1. li. de vsu p. tenuem membranam degenerans; interdum tamen vtraque ad paruum digitum fertur. Huic musculo tribuit Galenus [a] vim separandi hos duos digitos, ab alijs: sed cum rectâ eius chordæ incedant, videtur magis eos extendere, quam abducere. Duobus musculis extendentibus digitos iam dictis, tertius accedit, vigesimus quartus, P, in numero eorum qui digitos mouent, P fi.25
qui initio carnoso, & lato oritur à cubito post dimidium longitudinis; inde angustior redditus procedit ad radij appendicem, prope primam palmę partem, vbi diuiditur in duas partes carnosas adeo distinctas, vt ex vno duo musculi efficiantur; nam superior pars constituit musculũ F
vigesimum sextum, Q, de quo paulo post agemus; inferior hunc ipsum musculum, de quo nunc Q fi.25
agimus; quæ transuersa ascendit ad radium; sed paulo ante diuiditur, R, in duas chordas, quæ simul iunctæ, & inuolutæ ligamento, per sinum transeunt, ea de causa insculptum in radio; inde statim inter se diducuntur; sublimior pergit versus indicem, inferior versus medium digitum. Vtraque inferitur in latus externum primi ossis sui digiti aliquantisper versus partem posteriorem, interdum vtraque chorda inferitur in indicem, quamquam chordæ nunc propositorum musculorum interdum in plures ramulos diuiduntur, qui ad duos digitos pertinent, aut sine vllo ordine inter se confunduntur. Coniungit hic musculus pollicem cum alijs digitis, & separat indicem, & medium à pollice, vt transuersus chordarum situs demonstrat. Vigesimus quintus, S, valde breuis, & validus oritur à principio quarti ossis palmæ carnosus, descenditq; S fi.20
per latus externum eiusdem ossis versus palmam internam, ad muris figuram, & neruosa, ac tenui chorda finitur in externum latus parui digiti: separat autem paruum digitum ab alijs. Vigesimus sextus, Q, est illa pars, quam diximus deriuari à vigesimoquarto: oritur ergo ad dimidium longitudinis ossis cubiti à parte externa propè ligamẽtum, quò cubitus, & radius inter Q fi.25
se nectuntur: tum oblique fertur versus radium, sed priusquam ad appẽdicem perueniat, prope primam palmæ partem degenerat in chordam quasi rotundam, quæ tegitur eodem inuolucro, quo quartum musculum extendentem primam palmæ partem tegi diximus; & per eundẽ G
sinum transiens inferitur in longitudinem lateris pollicis quod indici respondet. Vigesimus septimus, T, initio lato oritur à cubito paulo supra proxime positum, ascenditque transuersus T fi.25
supra radium, deinde diuiditur, V, in duas partes inæquales, quæ se contingunt; quasi essent V fi.25
duo musculi; quæ sublimior, X, est, carnosa aliquantisper procedit, dein conuersa in chordam fere rotundam, inferitur in externum latus illius ossis, quod in prima palmæ parte sustinet digitum pollicem; quæ inferior, Y, paulo post diuiditur in duas partes carnosas, quæ conuertuntur in duas chordas, quæ simul cum chorda sublimioris partis iam dictæ transeunt eodem ligamento inuolutæ per sinum appendicis radij; sed postquam excesserunt, primam palmæ partem, ex duabus chordis inferioris partis, vna inferitur in radicem primi ossis pollicis ab externo latere, altera per totum pollicem progreditur in longitudinem illi inhærens tenui, & lata membrana: propriè autem illigatur in latus internum ipsius, à radice secũdi ossis ad finem tertij. Aptantur etiam vigesimus sextus, & vigesimus septimus, cum simul agunt, ad extendendũ pollicem; sed per se vigesimus septimus aliquantulum ipsum abducit, ab alijs digitis: contra vigesimus sextus adducit ad eosdem, ita vt possint numerari hi duo musculi inter eos, qui digitos extendunt, & eos qui ad latera mouent; superfunt duo musculi, qui pollicem ad latera mo H
uent. Primus ordine, Vigesimus octauus, Γ, nascitur ab interno latere illius ossis, quod in prima palmæ parte sustinet pollicem, initio neruoso; sed statim carnosus redditur, proceditque Γ fi.21
ad secundum os pollicis, cui tenui, & lata membrana illigatur; liuidus autem conspicitur, quod crassiori membrana tegatur; idem cum duobus subiectis, qui flectunt primum pollicis articulum, efficit eminentiam, quam in palma ad pollicis radicem tangimus; ea vero de causa effictus est, vt reducat pollicem ab indice, etiam vigesimo sexto efficiendi socio. Alter similiter inseruiens pollici, ordine vigesimus nonus, Δ, nascitur initio carnoso ab interna parte illius os- Δ fi.25
sis, quod in palma sustinet digitum indicem; progrediturque in longitudinem ipsius; dum fine carnoso inseratur toti lateri externo primi ossis pollicis, & chordam latam transferat ad radicem secundi. Fibræ eius aliquo pacto transuersæ à prima palmæ parte ad pollicem feruntur per quas ipsum iungit cum indice. Ex viginti igitur & nouem musculis, qui digitos mouent, decẽ & septẽ ipsos flectunt, videlicet primus, secũdus, tertius, octauus, nonus, decimus, vndecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus, decimus quintus, decimus sextus, decimus septimus, decimus octauus, decimus nonus, vigesimus, & vigesimus primus, quatuor extẽ

dunt,

TABVLA XLIII.

dunt, videlicet vigesimus secundus, vigesimus tertius, vigesimus sextus, vigesimus septimus, E
octo ad latera mouent, scilicet quartus, quintus, sextus, septimus, vigesimus quartus, vigesimus quintus, vigesimus octauus, vigesimus nonus. Quod si velis musculos, qui ad pollicem spectant, in vnum colligere, atque ab alijs separare, non erit ab re. Sunt enim longè plures à natura instituti ad pollicem mouendum, quam ad quemuis alium digitum, idque non immeritò, cum solus reliquæ manui opponatur, & idcircò ἀντόχειρ [a] græcè nominatur; extenditur quidem à vigesimo sexto, & vigesimo septimo; flectitur tertius eius articulus à tertio musculo; secundus ab octauo, nono, decimo; primus à duodecimo, & decimotertio. Adducitur ad latera à decimoquarto, & decimoquinto; præterea à vigesimooctauo, & vigesimonono; quãuis, & vndecimus, qui additur octauo, nono, decimo ad secundum pollicis articulum flectendum, ipsum quoque ad indicem adducat; ex quibus intelligi potest separatim, qui musculi præstent vnumquemquè pollicis motum.

a G.l.1.de vsu p.c.17

Vt musculos, qui in brachio, & manu sunt separes, cutem primò cum carnosa membrana detrahes; idque commodè præstabis, si per externam radij, ac pollicis partem scalpello ita altè lineam duxeris, vt cutem cum carnosa membrana diuidas, dein aliam ad cuiusque digiti latus, quæ manus cutem internam tegit; sed cum ad primam palmæ partem veneris, transuersa sectione brachij cutem separabis, ab ea quam in interna manu relinques, vt latescentem chordam in interna manu perspicias, & musculum in longitudinem ipsius. Quamobrem a prima palmæ parte ad internum humeri tuberculum scalpello vtrinque à lateribus chordæ, ac F
musculi lineam duces, ita vt initium cum toto musculo separes; digitis subiectis cum scalpello acuto cutem à palma, & digitis separare niteris, transuersa linea ducta ad primam palmę partem; sicque cutem adimes, & cum carnosa membrana latam chordam relinquens, inspicies adipem chordæ innatam. Inde ad internam cubiti partem reuersus, duos separabis musculos, qui primam palmæ partem flectunt, iuxta quam extrema horum musculorum subiecto buxeo scalpello separari debent; deinde usque ad internum humeri taberculum resolui, ita ut initio utriusque secto, quod reliquum est, aut pendere sinas, aut excidas. Statim autem primus se se offert, ex ijs qui digitos mouent: hunc solis digitis à subiectis separabis, quatuor eius partes carnosas, quæ ante primam palmæ partem sunt, intuitus; dein valido scalpello transuersum ligamentum præcides, summa cura, ne chordæ violentur; quod fiet, vbi acies uersus ligamentum spectet; sic etiam chordas quatuor digitorum à transuerso ligamento præciso resolues, inspiciens quo pacto in digitos finiantur, & secundum articulum flectant. Primo musculo diligenter perspecto, ad secundum aggredieris, qui tertium articulum quatuor digitorum flectit: cuius initium, quod ad cubiti ligamentum est, resolues; & quatuor eius chordas in prima palmæ parte attollens, reliquum ab ijs qui proximi sunt, separabis; cauẽs tamen, ne paruulum musculum singulis chordis illigatum violes; persequeris dein has chordas, quæ per primam chordarum primi musculi transeunt ad tertium articulum quatuor digitorum. Sic itaque resolutum secundum musculum pendere à digitis sinens, ad tertium accedes, quem initio à radio separato scalpello persequeris vsque ad tertium pollicis articulum, transuerso ligamento, ut in alijs digitis prius exciso. Hoc musculo adempto alterum incides, qui primam palmæ partem flectit, finiturque in illud os palmæ, quod ad indicem digitum spectat. Supersunt in interna parte duo musculi, qui brachium pronum efficiunt: hi cum citra sectionem cõspicui sint, ad externos te conferes, ubi ligamenta sex, totidem chordas continentia, quamuis unum, ac simplex uideatur, secabis, & chordas singulas usque ad finem: postea illum ex suo sinu attolles, qui minimum digitum à cæteris abducit; initioque ab externo humeri tuberculo resecto, musculum usque ad chordæ finem scalpello persequeris, idque in altero facies, qui paruum digitum præcipue distendit. G

His sectis, terna in conspectum venient initia, quæ à cubito in ordinem unum sub aliis proficiscuntur. Illud autem, quod inferius est, & ad primam palmæ partem magis accedit, inspicies, à quo musculus oritur, qui indicem, & medium digitum à pollice remouet; hunc itaque secabis vsque ad digitos, tum reliqua duo principia resolues, similiter vsque ad digitos. H
Restant in externa parte duo, qui brachium resupinant, qui citra sectionem euidenter se ostendunt; hos ab initio ad finem separabis, dein ad manus musculos perges, ex quibus quatuor exiles se ostendunt, inhærentes chordis flectentibus tertium articulum digitorum: post hos illum resolues, qui pollicem digitum ab indice remouet; tum duos, qui primum, & quatuor, qui secundum pollicis articulum flectunt, diligenter spectabis, dein eum, qui pollicem ad indicem adducit: supersunt octo, qui primos quatuor digitorum articulos flectunt, quos digitis inter se diuisis, facile comperies: reuerteris deinde ad musculos cubitum mouentes, & primò duos qui flectunt; Prioris initium resolues à sublimiori parte ceruicis scapulæ; & à ligamento commissuræ humeri; ita ut ipsum persequaris usque ad cubiti commissuram, in cuius ligamentum inseritur; deinde alterius similiter, qui flectit, carnosum initium à priori parte humeri diuides, & reliquum musculum scalpello persequeris, usque ad iuncturam cubiti, & ligamentum quà nectitur, atque appendicem tam radii, quam cubiti, in quam inseritur; dein perges

TABVLA XLIIII
VII
VIII
VIIII
X
XI
XII

ges ad priorem extendentem, quem ab inferiori costa scapulæ separans, peruenies ad poste E
riorem cubiti processum in quem inseritur. Eadem ratione & alterum extendẽtem scalpel
lo persequeris, qui à ceruice capitis humeri ortus, in posteriorem cubiti processum ab exter-
no latere inseritur. Hactenus musculis cubi, & manus.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui sequentib. Quatuor Tabularum figuris inscripti visuntur, declaratio.

F

Ostendunt 26. figuræ sequentes musculos cubitum, & manum mouentes; quarum

I. II. III. & IIII. Figura monstrant sinistrum brachium a priori parte.

A Primus musculus cubitum flectens.
B Principium neruosum eiusdem musculi, quod a sublimiori scapulæ ceruicis parte assumit.
C Alterum principium partim neruosum, partim carnosum, quod à processu anchiroide scapulæ enascitur.
D Coniunctio duorum dictorum principiorum ad vnum musculum efficiendum.
E Chorda nuper dicti musculi.
F Secundus musculus cubitum flectens.
G Externum initium prædicti musculi.
H Internum.
I Os humeri excarne.
L Coniunctio interni initii cum externo ad vnum musculum efficiendum.
M Latus, ac carnosus finis secundi musculi flectentis cubitum.
a Portio tertii musculi mouentis scapulam.
b Acromion scapulę processus.
c Septimus musculus ex mouentibus humerum.
d Secundus thoracem mouens musculus.
e Alter ex musculis tendentibus cubitum, qui ab inferiori scapulæ latere enascitur.
f Secundus musculus ex flectentibus cubitum.
g Longior musculus radium resupinans.
h Superior musculus ex iis qui radium pronum efficiunt.
i Musculus flectens tertios quatuor digitorum articulos.
m Processus anchiroides scapulæ.
n Octauus musculus humerum mouens qui internum scapulæ cauum occupat.
o Posterior, ac superior angulus scapulæ.
p Alter ex musculis cubitum tendentibus à scapula ortus.
q Prior musculus cubitum flectens inuersus.
r Portio musculi, qui internum scapulæ cauum occupabat.
s Secundus musculus cubitum flectens inuersus.
t Radius.
u Cubitus.
x Portio imi humeri trochleam reprę sẽtans.
y Caput summi humeri.
z Costæ.
α Musculi qui inter costas siti sunt.
β Quartus musculus humerum mouens.
γ Acromion scapulæ processus.
δ Sinus inter superiorem costam scapulæ, & spinam ad septimum musculum mouentem humerum excipiendum.
ε Spina scapalæ.
ζ Superior costa scapulæ.
η Quinta costa.
θ Musculus hic à transuersis processibus vertebrarum ceruicis enatus, & sextæ costæ illigatus, in cane tantum non in homine reperitur.
λ Portio primi musculi flectentis cubitum, quæ ossi humeri illigatur.

G

H

In V. VI. VII. & VIII. figura.

N Primus musculus cubitum extendens.
R Secundus musculus cubitum extendens.

Con-

TABVLA XLV
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII

S Coniunctio nuperdictorum musculorum.
T Chorda secundi musculi cubitum tendentis.
V Chorda primi musculi ex tẽdentibus cubitum.
X Communis chorda ex primo & secundo musculo.
a Humeri os excarne.
b Acromion scapulæ processus.
c Scapulę spina.
d Inferior scapulæ costa.
e Basis scapulæ.
f Dorsum scapulæ.
g Quartus ex musculis humerum mouẽtibus.
h Portio posterioris musculi flectentis cubitum.
i Superior musculus radium resupinãs.
l Musculus bicorni tendine primam palmæ partem extendens.
m Ceruix scapulæ.
n Primus musculus cubitum extendens inuersus.
o Secundus.
p Commune corpus ex primo & secundo musculo cubitum extendente.
q Portio secundi musculi cubitum flectentis.
r Radii os excarne.
s Cubiti os excarne.
t Superior musculus radium pronum efficiens inuersus.
u Inferior similiter inuersus.
x Pollex.
A Superior musculus radium pronum efficiens in suo situ.
B Inferior similiter in suo situ.

In VIIII. & X. figura.

C Superior musculus radium resupinãs.
D Inferior.
a Humeri os excarne.
b Cubiti os excarne.
c Radii os excarne.
d Chorda superioris musculi radium resupinantis.
e Inferior musculus radium resupinans inuersus.
f Superior similiter inuersus.

In XI. XII. XIII. XIIII. XV. figura.

E Primus musculus ex mouentibus primam palmæ partem, qui ipsam flectit.
F Secundus, qui similiter flectit.
G Tertius musculus primæ palmæ partis, qui ipsam extendit.
H Processus styloides cubiti.
I Quartus musculus primæ palmæ partis, qui ipsam bicorni tendine extendit.
L Tendo prædicti musculi.
M Tendo prædicti musculi ad indicem digitum pertinens.
N Alter tendo eiusdem, qui ad medium digitum spectat.
O Musculus latum manus tendinem efficiens.
P Latus tendens manus.
a Prior musculus cubitum flectens.
b Musculus, qui ab humiliori scapulæ costa ortus cubitum extendit.
c Superior musculus radium resupinãs.
d Superior musculus radium pronum efficiens.
e Secundus musculus primæ palmæ partis ab initio resolutus.
f Musculus latum manus tendinem efficiens ab initio similiter resolutus.
g Primus ex musculis mouentibus primam palmæ partem ab initio resolutus.
h Musculus flectens secundos articulos quatuor digitorum.
i Communis chorda ex duobus musculis cubitum extendentibus.
l Inferior musculus radium resupinans.
m Cubiti os excarne.
n Membranosum ligamẽtum quo radius cum cubito in longitudinem nectitur.
o Radius.
p Superior musculus radium resupinãs.
q Tertius musculus ex mouentibus primam palmæ partem inuersus.
r Primus musculus primam palmæ partem flectens.
s Vigesimus secũdus musculus digitos mouens.
t Vigesimus tertius.
u Vigesimus quartus.

In XVI. XVII. XVIII. XVIIII. figura.

Q Primus musculus digitorum qui flectit secũdos quatuor digitorũ articulos.
R Diuisio prædicti musculi in quatuor partes carnosas.
S Secundus musculus digitorum, qui flectit tertios articulos quatuor digitorum.
T Diuisio prædicti musculi in quatuor partes carnosas.
V Tertius digitorum musculus.
X Quartus, quintus, ac septimus digitorum musculi, qui inhærent quatuor chordis singuli singulis secundi musculi eorumdem.
a Communis chorda ex duobus musculis tendentibus cubitum.

E
F
G
H

Cubi-


TABVLA XLVI
XX
XVIIII
XXI
XXII
XXIII
XXIIII
XXV
XXVI

b Cubiti os.
c Inferior musculus radium resupinãs.
d Mẽbranosum ligamẽtũ quo cubitus, & radius in longitudinem illigãtur.
e Radius.
f Superior musculus radium resupinãs.
g Styloides cubiti processus.
h Musculus bicorni tendine primam palmæ partem extendens inuersus.
l Prior musculus cubitum flectens.
m Musculus cubitum extẽdens ortus ab inferiori scapulæ costa.
nn Posterior musculus cubitum flectens.
o Primus musculus digitos flectens inuersus.
p Posterior musculus cubitum flectens.
q Inferior musculus radium pronum efficiens.
r Radius.
s Cubitus.
t Tertius musculus digitos flectens inuersus.
u Secundus similiter inuersus.
x Musculus, qui paruum digitum ab aliis abducit.
y Musculus, qui magnum digitum ab indice maxime abducit.

In XX. XXI. XXII. XXIII. XXIIII. XXV. XXVI.

A Octauus musculus ex mouentibus digitos.
B Nonus.
C Decimus.
D Vndecimus, qui pollicem ad internũ latus indicis adducit.
E Duodecimus, qui flectit primum articulum pollicis.
F Decimus tertius, qui partim primum pollicis os flectit, partim ipsum ab aliis digitis abducit.
G Octo musculi, qui inter ossa palmæ collocati flectunt prima ossa quatuor digitorum.
H Externus musculus ex duobus, qui feruntur ad paruum digitum.
I Internus.
L Vigesimus secundus musculus digitos mouens, qui indicem, mediũ, & proximum digitum extendit. E
M Diuisio prędicti musculi in tres partes carnosas.
N Vigesimus tertius, qui paruum, & proximum digitum extendit.
O Diuisio prædicti musculi in duas chordas.
P Vigesimus quartus musculus digitos mouens.
Q Vigesimus sextus.
R Diuisio vigesimi quarti in duas chordas.
S Vigesimus quintus, qui paruum digitum a reliquis abducit.
T Vigesimus septimus.
V Diuisio dicti musculi in duas partes inęquales.
X Sublimior pars nuper dictæ diuisionis quæ inseritur in externum latus illius ossis, quod in prima palmæ parte sustinet digitum pollicem. F
Y Inferior pars eiusdem diuisionis quæ in duas chordas diuisa vnã per medium pollicem trãsfert, alteram ad radicem primi ossis pollicis ab externo latere impertit.
Γ Vigesimus octauus musculus digitos mouens, qui pollicem ab indice abducit.
Δ Vigesimus nonus, qui ipsum ad indicẽ adducit.
a Radius.
b Cubitus. G
c Ligatum radium, & cubitum in longitudinem arctans.
d Os humeri.
e Stiloides cubiti processus.
f Communis chorda ex primo & secundo musculo cubitum tendente.
g Octauus musculus digitos mouens inuersus.
h Nonus.
i Decimus.
l Duodecimus.
m Decimus tertius.
o Vigesimus quintus.
p Vigesimus octauus.
q Vigesimus secundus.
r Vigesimus tertius. H
s Vigesimus quartus.
t Vigesimus sextus.
u Vigesimus septimus.

De

A

De muſculis pectoris & ſepto tranſuerſo. *Cap. VIII.*

Ta. 47. 48. 49. fig. tredecim. ID totum quod inter iugulum,& ſeptum tranſuerſum duodecim coſtis continetur,
& pectus ſiue thorax [a] dicitur,mouetur duplici motu;nam & b dilatatur,& cō- a Gal. 8. de
trahitur;dilatatur quidem cum coſtę ſurſum ducuntur;contrahitur cum deorſum, anat. adm.
Vbi autem ſurſum ducuntur,ad ſe mutuo accedunt,& magis propinquæ fiunt : at c.1.& li. 6.
Vbi autem ſurſum ducuntur,ad ſe mutuo accedunt,& magis propinquæ fiunt : at de vſu p.c.
vbi deorſum,inter ſe recedunt,ita autem committuntur cum vertebris thoracis, vt in ſuperio 2.
rem,& inferiorem partem attrahi poſſint,& eatenus propinquæ fieri,aut recedere . Scire au- b Gal.li. 6.
tem licet,cum aſcendunt,ac propinquæ fiunt,ſimul etiam in exteriorem , ac poſteriorem par- devſu p.c.
tem ferri.At cum deſcendunt,& à ſe recedunt,in priorē,atque interiorē impelli;ſed duplex dū 2.& li.7.c.
taxat ex earum motu ſequitur effectio,in thorace;dilatatio nimirum,& contractio , [c] quibus 9.
opus eſt ad reſpirationem, & caloris conſeruationem: per dilatationem d attrahimus aerem c Gal.li.7.
frigidum,per contractionem expellimus calidum.Quot autem,& quibus muſculis,& quo pa- de vſu pa.
cto eiuſmodi motus præſtetur,nunc exponendum ſupereſt , Numerantur fere e ab omnibus c.9.
muſculi octoginta nouem,quadragintaquatuor à parte dextra, & totidem à ſiniſtra , & vnus d Ga.li. de
B communis vtriuſque,videlicet ſeptum tranſuerſum,de quo agemus,vbi quadraginta quatuor vſu reſpir.
vtriuſque lateris enumerauimus.Ex quibus quatuor f vtrinque ad abdomen referuntur , qui & li. de v-
ſpectant etiam ad motum thoracis,vt infra trademus . Sex præterea vtrinque ad thoracem ; ſu pulſ.
triginta quatuor ad ſpacia,quæ inter coſtas ſunt.Sed qui g diligentius rem intuiti ſunt, diſſen e Veſalius
tiunt in numero eorum,qui tamquam communes ad thoracem re feruntur , quos non ponunt lib 2.c.35.
ſex,ſed nouem;diſſentiunt [h] & de muſculis,qui in ſpacijs inter coſtas ſunt,quos non triginta & Valuerda li. 2.ca. 22.
quatuor,ſed vigintiquatuor inueniunt in ſecandis hominum cadaueribus . Aggrediamur pri- f Gal.li.de
mò ad eos,qui non ſunt proprij alicuius ſpacij,ſed communiter ad thoracem pertinent.Ho- cauſ. reſp.
rum Primus,A,carnoſo initio oritur i ab inferiori,atque interiori parte iuguli,quæ ad primam g Falopius
A fi. 1: coſtam ſpectat,in quam carnoſo fine inſeritur,quà cum oſſe pectoris committitur ; eſt autem li. de anat. obſeru.
valde breuis , ſed latus,tenuis,& totus carnoſus. hFalopius ibid.
Ducuntur eius fibræ à iugulo , à cuius longitudine incipit obliquè , & quaſi tranſuer- i Gal. li. 5.
ſe antrorſum , dum inſerantur & in ſuperiorem partem primæ coſtæ , & in os pectoris; quà de anat.ad
hoc cum eius cartilagine committitur:attrahitur k ab hoc muſculo prima coſta ſurſum ver- min.c.2.&
ſus partem poſteriorem,atque idcirco dilatatur pectus.Secundus,B,qui nonnullis l inter ſca 3.
B fig.1 pulæ muſculos numerandus videtur,magnus eſt, & oritur [m] carnoſo initio ab interna parte kGal.ibid.
C baſis ſcapulæ,vnde ſuper coſtas pergens, lateſcit , & aliquando tenuior fit, dum inſeratur in l Falopius
tertiam,quartam,quintam,ſextam,ſeptimam,& octauam coſtam,& interdum in nonā ad me- l. de an[illegible] obſ[illegible]
dium longitudinis,priuſquam in cartilaginem degenerēt.Exigit,cum inſeritur,quoſdam pro, m Ga. 5.de
ceſſus,C,quaſi digitos,qui ſub ſexta coſta,cum ſimilibus proceſſibus primi muſculi abdominis anat.aggr.
in ſerræ ſpeciem committũtur.Reliqua pars muſculi,præter hos proceſſus coſtis ſuperijcitur; c.3.
D fi. 4 trahit hic coſtas in partem poſteriorem,& eatenus thoracem dilatat.Tertius,D,incipit à ſpi
na [n] trium inferiorum vertebrarum ceruicis,& primæ thoracis,initio neruoſo,tenui, lato,de- n Gal. li. 5.
ſcenditque in priorem partem,ſuper primum par muſculorum mouentium caput, & ſuper ali de anat.ag
quot alios mouentes dorſum & pectus;vbique autem efficitur carnoſus,& latus,poſtquā trā- gr.c.3
ſijt primum par muſculorum mouentium caput;ſed cum primam coſtam attingit,nōnihil ver-
ſus latus conuertitur,in tres quaſi digitos,E,partitus,qui feruntur ad ſpacia inter coſtas,quib,
inhærent.
Quartus , F , oritur principio lato , ac tenui à ſpina [o] vndecimæ, & duodecimæ verte- o Gal.li.5 de anat. c. 3.
F fig.4 bræ thoracis,ac etiam ab alijs lumborum;trāſuerſusque procedit ſuper aliquot muſculos mo
uentes dorſum,& ſuper quintum mouētem pectus:fereque progreditur antrorſum rectà: ſed
vt ex propoſitis muſculis exceſſit,cum coſtis nectitur,ac redditur craſſior carnoſas quaſdam fi
D bras accipiens;finitur tandem partibus veluti in tres digitos,G,qui nonæ,decimæ, & vndeci-
mæ coſtæ illigantur,multo priuſquam cartilaginoſæ fiant, qui uè committuntur in ſerræ ſpe-
ciem cum ſimilibus proceſſibus primi muſculi abdominis ; trahit hic coſtas, in quas inſeritur
verſus partem poſteriorem,& eatenus thoracem dilatat.Quintus,H,naſcitur vnà cum muſcu
H fi. 5 lo maxime lato,ex ijs qui dorſum mouent,à poſteriori parte oſſis ſacri,& ab ea parte oſſis co
xæ,quæ magis in exteriora prominet,quam os ſacrum; inde aſcendit inhærens proceſſibus à
latere vertebrarum lumborum,vnà cum duodecimo muſculo mouente dorſum , cum quo ita
validè nectitur,vt a quibuſdam eius pars exiſtimetur;cum primum accedit ad duodecimam
vertebram thoracis,adeò ab eo ſeiungitur vt videatur inde initium ſumere;poſteà oblique a-
ſcendit aliquatenus verſus partem exteriorem,& quaſdam profert chordas rotundas,quæ il-
ligantur tuberculis,quæ exigunt ſex inferiores coſtæ,paulo antequam inſerantur in proceſſus
tranſuerſos vertebrarum;ſed vſque ad harum chordarum initium procedit totus carnoſus,ita
vt primas etiam duas chordas carnoſas exigat.

At

At non perueniunt huius musculi chordæ ad sex superiores costas, vt aliqui existimant, E
sed quædam ueluti appendices tenuis musculi speciem referentes ; quà enim duodeci-
mam costam attingit hic musculus , chorda, I, oritur , quæ statim carnem assumit , cu- I.fig.6.
ius paulo post expers ascendit ad sextam costam : eadem ratione alia chorda, L, ab vndeci-
ma costa incipiens, fertur ad quintam ; tum alia, M, à decima ad quartam; alia, N, à nona
ad tertiam ; alia , O , ab octaua ad secundam ; alia, P , à septima ad primam . Eiusmodi
chordarum appendices magis uidentur musculi distincti, quam partes quinti nunc proposi-
ti; si quis tamen eas intuitus , cum quinto musculo confusas velit eiusdem partes esse, non
errabit. Mouet hic per suas chordas sex costas inferiores ; per appendices sex superiores ;
quo fit, vt pectus contrahatur. Sextus , Q, situs est in cauo thoracis, pertinetque per to
tum internum latus ossis pectoris ad longitudinem costarum integrarum, excepta prima , & Q fig.7
interdum etiam secunda; inhæret autem reliquis quinque integris, adeò latescens, vt exter-
no latere ferè pertineat ad os costarum .

Habet hic tria latera trianguli modo, sed inæqualia; duo admodum longa, vnum breue ;
Faaloppi⁹ in l.de ana to.obseru. quamuis autem tenuis sit, plerumque carnosus deprehenditur. Fibræ eius transuersæ pro-
cedunt super os pectoris, quo nomine thoracem astringit . Sed [a] qui diligentius rem in- F
tuiti sunt, ut ante ostendimus, [b] sex propositis musculis ternos alios adijciunt, ad thoracem
b Supra in hoc capite attollendum, quòd primus , & tertius, quibus attollendi thoracem munus tribuitur , non
satis id præstare possint;primus quidem,quod oriatur à iugulo;hoc autem ossi pectoris inhæ-
reat;tertius,quod paruus sit,atque obliquus,neque valide qua desinit,illigetur. Trium vero
c Faloppi⁹ ibidem. musculorum,quos ad attollendum pectus adiiciunt,hæc ratio est.

Primus, R, neruoso initio [c] incipit ab interiori superficie transuersorum processuum
primæ, quartæ, quintæ, & sextæ vertebræ ceruicis, carnosusque euadens innascitur primæ R fig.9
d Fallopi⁹ ibidem. costæ : hunc septimo loco numerant , [d] & ab alijs omissum esse affirmant. Alterum octa-
uum, S, esse statuunt, quem alij ad ceruicem referunt, vt ad ipsam circunducendam insti-
tutum ; & secundo loco inter musculos dorsi,& proprie ceruicis referunt, tamquam ortum à S fig.9.
prima costa, & in transuerso processu omnium vertebrarum ceruicis, excepta interdum pri-
ma, & secunda, desinentem neruoso fine ; sed qui addunt, vt diximus, hunc octauo loco
e Faloppi⁹ ibidem. musculis thoracis, non finiri ad uertebras ceruicis, sed inde incipere ipsum existimant , &
ad primam,ac aliquando ēt ad secundam costam desinere.Nonum,T,inter musculos [e] thora
cis eum recensent,qui ortus à transuersis processibus quartæ,& quintæ uertebræ ceruicis,se- T fig 9
cundæ costæ,& interdum etiam tertiæ illigatur.

f Vesalius l. [.]35.& Vanerd.l. 2.c.22. Inter costas utrinque diximus à plerisque animaduerti musculos triginta quatuor, G
quos iam aggredimur.Cum duodecim costæ vndecim media interualla constituant,sex inter [f] ad
integras, quinque inter spurias, collocatos esse dicunt, in quolibet interuallo quinque infe-
riorum duos musculos,unum internum, X, alterum externum, V , & idcircò in omnibus de-
cem in uniuersum;at sex superiora interualla integrarum costarum,singula quatuor musculos V fi.10.
continere existimant, & idcirco in uniuersum viginti quatuor , ita ut ex quatuor musculis in X.fi.11.
unoquoque interuallo bini à vertebris incipientes antrorsum tendant usque ad eam partem,
ubi costæ in cartilaginem degenerant,unus externus,alter internus. At quem ductum singu-
lorum fibræ obtineant,declarant,ut motum,quem præbent,intelligamus. Exteriorum, qui
ad spacia spuriarum costarum pertinent,fibræ (aiunt) ab ima parte superioris costæ ad sum-
mam inferioris oblique descendunt à posteriori parte versus priorem;adeò,vt incipiant à su
perioribus,& desinant in inferiores,quas sursum adducunt.At internorum musculorum, qui
in ijsdem spacijs costarum spuriarum siti sunt,fibræ à summa parte inferioris costæ ad imam
gG.5.de anato.adm. c.4.& l.de musc.diff. c.23. superioris oblique ascendunt similiter uersus partem priorem, ita vt externorum fibris subij
ciantur,ad figuram [g] literæ,X,quamobrem incipiunt interni musculi ab inferioribus costis,
& desinunt in superiores,quas deorsum trahunt,& eatenus thoracem arctant. Eadem [h] ra-
h G.ibid. tio est internorum , & externorum musculorum in spaciis costarum integrarum à uertebris, H
usque ad eam sedem, ubi in cartilaginem degenerant;sed dein vsque ad thoracem externi
musculi incipiunt ab inferioribus costis,& feruntur ad superiores ; interni à superioribus, &
feruntur ad inferiores.Qua ratione mutetur à natura fibrarum ductus in priori parte,vbi co-
stæ in cartilaginem uertuntur,non satis explicant. Ex iis musculis,qui fibras habent descen-
dentes, sursum attrahunt costas, & eatenus dilatant pectus, siue externi, siue interni sint: ex
contrario qui ascendentes ; nam costas deorsum trahunt, & eatenus reddunt pectus angu-
i Gal. l. de musc. diff. c. 23. stum;hoc,quod & rationi consonum uidetur , [i] & à Galeno traditum est,à recentioribus [k]
Anatomes professoribus non accipitur, existimant enim siue sursum , siue deorsum costæ tra-
k Faloppi⁹ in l.de ana to. obser. hantur, siue ab internis, siue ab externis musculis, ad se mutuo accedere, & eatenus reddere
thoracem angustum: quorum sententiæ non subscribo , siquidem cum adducunt inferiores
ad superiores, dilatatur thorax, & non contrahitur , ut quilibet sensu deprehendere potest ;
sed cum superiores ab inferioribus attrahuntur deorsum,pectus tunc redditur angustius; nā
licet proxime etiam tunc fiant costæ,deorsum tamen descendunt.

Sed

A Sed redeo ad eos,[a] qui de trigintaquatuor musculis positis in spacijs inter costas duodecim auferunt. Videntur.n.tm̃ duo musculi, vnus internus, alter externus in sex spacijs inter costas superiores. Externus oritur à parte posteriori, & proprie à processu transuerso illius vertebrę, cũ quo costa cõmittitur, atq. oblique ascendit in anterioré, ita vt eius fibræ propriè pertineãt ad initiũ cartilaginis, p r q̃ costa cũ osse pectoris cõiungitur, atq. ibi desinant. Externo subijcitur internus, qui à parte ēt posteriori oritur, non tamen à transuerso processu vertebræ, sed ab ea sede, qua curuari costa incipit. eius fibræ in anteriorem partem oblique ascẽdunt, dum perueniant ad os pectoris, & sp ium quoque, quod in cartilagine est, impleant. Cæterum vt exterior incipiens à transuerso processu, quanto magis versus posteriorem partem oritur, tanto minus fertur versus partem priorem; interior, quanto minus versus posteriorem initium sumit, tanto magis ad os pectoris fertur, ita vt in ipsum finiatur. Causam verò cur plerique [b] posuerint in quolibet ex sex spacijs inter costas superiores quatuor musculos, cum duo tantum sint iam dicti, ea esse videtur, quod exterior musculus in illis spacijs non implet priorem partem vniuersam, sed desinat ad cartilaginem costæ, à qua vsque ad os thoracis, in spacio inter integras costas, tantum fertur internus musculus, quem peruenire diximus vsque ad os pectoris: hic cum fibras habeat oppositas illis, quas in externo cernebant, alter videtur B musculus externus, cum tamen sit pars prior, & finis interni, vt diximus; sub qua vbi detrahatur, adhuc carnosæ fibræ inueniuntur, contrarium ductum præseferentes illis quas internus musculus in toto spacio à posteriori parte vsque ad cartilaginem ostendit. Videntur hæ fibræ alter musculus internus, sed decipiuntur incidentes, qui si accuratè eas tractent, discernent partes esse sexti musculi thoracem mouentis, & non vnum internum; quamobrem in his spacijs duo tantum sunt musculi, vnus internus, alter externus, non bini externi, totidem interni, sic habemus vigintiduos [c] musculos, & non trigintaquatuor in vndecim spaciis inter costas: ex iis, vndecim externi cum habeant fibras descendentes, attrahunt costas sursum, & eatenus thoracem dilatant. Contra vndecim interni fibras habent ascendentes, ita vt deorsum trahant costas, & thoracem astringant.

Y, Fig. 12. Septum transuersum, Y, communem esse musculũ diximus [d] tam dextræ, quam sinistræ partis thoracis, differt autem à reliquis totius corporis, quod latus sit, rotundus, & principium habeat in medio, vbi valdè tenuis est, & neruos [e] accipit à quarto, quinto, & sexto pari neruorum & spinæ medulla ad ceruicem prodeuntium. Ab hoc initio, tamquam à centro fibræ in orbem vndique ducuntur ad finem musculi, qui partim in mucronatam cartilaginem thoracis, C partim in exteriorem partem extremarum cartilaginum quatuor inferiorum costarum, & in totam cartilaginem duodecimæ carnosus inferitur; ad finem verò vltimarum costarum iungitur cum secundo, & quarto musculo abdominis; chordæ illius, quæ rectà ad vndecimam vertebram tendunt, non inferuntur in ipsam, cũ tegatur à magna arteria & à sexto musculo mouente femur; sed quasi ligamentum vtrinque efficiunt ad latera arteriæ paulatim angustiores redditæ, subter quam penetrant, dum longo fine innascantur aliquibus vertebris lumborum detectis; pars septi quæ neruosa est, processum exigit ascendentem in priora: contra quæ carnosa est, descendit; Tegitur [f] septum vniuersum duplici membrana, à superiori parte, ea quæ costas succingit; ab inferiori peritoneo. Habet & duo foramina, [g] vnum, α, in medio aliquãtisper versus dextram partem, per quod transit truncus venæ cauæ, cum qua valde nictitur, per duas membranas, à quibus tegitur. Alterum, Z, foramen aliquanto magis descendit vltra dimidium sinistrorsum. Exit [h] per hoc gula, cum duobus ramis ex sexto pari neruorum a cerebro prodeuntium: præter duo foramina apud vndecimam thoracis vertebram, sinum, ϑ, quen dam efficit, ex fibris; quas ibi conuerti diximus in duo [i] ligamenta, per quem sinum descendit magna arteria. Attrahit septum transuersum mucronatam cartilaginem, & extrema spuriarum costarum sursum, & introrsum versus suum initium, quod in medio esse diximus, & eo nomine claudit inferiorem partem thoracis, quam occupant costæ spuriæ; sed dilatat reliD quam partem ipsarum retrorsum; quas cõstat à posteriori parte inter se diduci, nõ secusquã sextam, & septimam thoracis, quarum cartilaginibus illigatur; quod si dum aerẽ attrahimus, ad latera manus admoueamus; percipiemus contractionem à priori parte, dilatationem à posteriori.

α Fig. 12. & 13. — Z Fig. 12. 13. — ϑ Fig. 12. & 13.

Musculos igitur thoracis, quos proposuimus abunde persecuti sumus; nunc tantum superest, vt ex iis quæ dicta sunt, summatim colligamus, quo pacto inseruiant respirationi, ad quam constituti fuerunt à natura; Constat respiratio ex [k] attractione aeris, quam inspirationem, & expulsione, quam expirationem vocamus. Inspiratio fit, cum thorax dilatatur, expiratio cum contrahitur. Quamobrem quicumque musculi thoracem dilatant, ad inspirationem pertinent, quicumque contrahunt, ad expirationem; sed cum vtraque [l] & naturaliter fiat, & cum quadam vi, plures musculi concurrunt ad eam, quæ fit cum vi, quam ad eam, quæ naturaliter. In naturali respiratione dilatando thoraci sufficit [m] septum transuersum dumtaxat, sed in ea quę fit cum vi, thorax necesse est dilatetur, non tantum à septo trãsuerso, sed etiam à primo, ex musculis thoracis cõibus quos retulimus, præterea ab illis, qui inter costas siti fibras habent supernè deorsum tendẽtes: hi autem sunt externi in om-

nibus

a Falopius in libro de ana. obser.

b Vesalius & Valuer. locis cita.

c Gal. li. de u[?]sc. diss. c. 23. & lib. de caus. respirat.

d Supra in hoc Cap.

e Gal. li. de caus. respi. & 4. de lo. aff. c. 3.

f Gal. 7. de vsu par. c. 21.

g Gal. lib. 5 de ana. admin. c. 8.

h Ga. ibid.

i Gal. ibid.

k Gal. li. 8. de vsu par. c. 2. & 3. de natu. facu. c. 13.

l Gale. lib. de cau. respir.

m Gal. ibi. & 4. de lo. aff. c. 3.

nibus spacijs inter costas. Exspirationem naturalem satis præstat per se grauitas thoracis, E
qui relaxato septo transuerso descendit, & ita contrahitur; sed vbi cum vi expiramus, concurrunt [a] ad eum contrahendum musculi, qui siti inter costas, fibras habent ab inferiori parte sursum ascendentes; huiusmodi sunt interni, vt inter spurias, ita inter integras. Eodem spectat quartus, ac sextus ex communibus thoracis, & musculi [b] abdominis: nam primum par premit inferiorem partem pectoris; secundum & tertium deorsum trahens costas, valdè pectus claudit; quartum contrahit costas in partem interiorem, & aliquot premit: nonnihil etiam, obscure tamen ad expirationem conferre videntur musculi [c] scapulæ & humeri; quibus omnibus agentibus, maxima cum vi contrahitur thorax, & expellitur aer. Quando autem contracto non redditur, sed retinetur, prohibent exitum duo parui musculi, [d] qui tertiam cartilaginem gutturis cum prima iungentes, ipsum claudunt, & adeò validi sunt [e] vt renitantur omnibus musculis thoracem contrahentibus.

a Gal. li. de caus. respirat.
b Gal. ibid.
c Gal. ibid.
d Supra capite 4.
e Gal. lib. 7 de vsu par. c. 14.
f Supra in hoc Cap.

Cum inter musculos thoracis aliqui communes sint, aliqui proprij inter costas, vt superius exposuimus; ante [f] à communibus ordiemur, ac primum secabimus, cuius initium ab inferiori parte iuguli resoluemus, ducto scalpello vsque ad primam costam, in quam finitur, qua hæc cum osse pectoris committitur; hinc transibimus ad secundum, cuius initium ab interna parte basis scapulæ resoluemus; scalpelloque ipsum persequemur vsque ad costas; finitur enim à F
tertia ad octauam, & interdum etiam ad nonam, in quas per quosdam processus, quasi per digitos inseritur; separabimus deinde tertium à spina trium inferiorum vertebrarum ceruicis, & primæ thoracis, à quibus incipit; tum à primo mouente caput, cui superijcitur, & tandem à spacijs inter costas, quibus per tres quasi digitos illigatur; atque inde pendere finemus; resoluemus & quartum à spina vndecimæ, & duodecimæ thoracis, & ab illis lumborũ, vnde initium sumit, vsque ad eam sedem nonæ, decimæ, & vndecimæ costæ, in quam inferitur. Hoc musculo relicto accedemus ad quintum, quem resoluemus ab osse sacro, & coxa, vnde incipit. Tum à processibus, qui sunt à latere vertebrarum lumborum, à duodecima vertebra thoracis, & tandem à tuberculis decem primarum costarum; & à prima vertebra thoracis, vbi finitur. Quo relicto ad septimum, octauum, ac nonum aggrediemur, ac primò ad septimum, quem ab anteriori superficie transuersorum processuum, tertiæ, quartæ, quintæ, ac sextæ vertebræ ceruicis vsque ad primam costam separabimus. Eadem ratione octauum à trãsuersis processibus omnium vertebrarum ceruicis vsque ad primam costam resoluemus. Nonum verò à transuersis processibus quartæ, & quintæ vertebræ ceruicis separabimus, vsque ad secundam, & interdum tertiam costam, quibus illigatur. Sextum verò musculum thoracis, qui in concauo, à latere ossis pectoris, in longitudinem costarum integrarum situs est; inspiciemus vbi septi transuersi sectionem, & idcircò ossis pectoris absoluerimus. Est enim septum transuersum, vt supra G
ostensum [g] est, ex musculis thoracis, cuius inferior pars ventre aperto conspicitur, tecta peritoneo, quod manibus facile detrahemus, vt septi fibras deprehendamus. Sed vt superiorem eius partem intueamur, præcidere ab osse thoracis cartilagines, per quas costæ committuntur, vtrinq; oportet; dein mucronatam cartilaginem sinistra manu attollere, & septum ab ea resoluere; tum sectis venis, os pectoris à cadauere resoluendum est, & à septo nerui, vena caua, gula separari debent, vt ipsum septum vna cum suis ligamentis exemptum, ac super mensam collocatum inspiciatur; quo facto ad os pectoris, quod auulsum erat, redibimus, vt sextum musculum inueniamus, quem in longitudinem à latere eius pertinere diximus. His sectis, restabunt qui in vndecim spacijs inter costas siti sunt; binos autem in vnoquoque interuallo reperiemus, vnum externum, qui à transuerso processu vertebræ ortus fibras habet, quæ à superiori costa oblique descendunt, versus partem priorem, vsque ad eam sedem vbi costæ in cartilaginem degenerant; ibi enim finitur hic musculus; alterum internum, ortum ab ea sede, qua costa curuari incipit, cuius fibræ contra ab inferiori ad superiorem ascendunt vsque ad os pectoris; Vbi subiectos habet processus sexti musculi, qui in interno cauo ossis pectoris situs est. H

g Sup. paulo ante.

NOTA-

TABVLA XLVII

I



II



III

IIII



E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI appoſitis trium Tabularum Figuris inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. XLVII. & ſeqq.
FIG. I. II. III.

In Prima, Secunda, & Tertia figura Literarum declaratio ſic habet.

- A Primus muſculus thoracem mouens.
- B Secundus.
- C Proceſſus prædicti muſculi, qui in ſerræ ſpeciem committuntur cum ſimilibus proceſſibus primi abdominis muſculi, ſcilicet oblique deſcendentis.
- *a* Iugulum.
- *b* Secundus muſculus humerum mouens.
- *c* Coſtæ.
- *d* Muſculi, qui inter coſtas ſiti ſunt.
- *e* Portio oſſis pectoris.
- *f* Mucronata cartilago.
- *g* Secundus muſculus thoracem mouens inuerſus.
- *h* Scapulæ inferior coſta.
- *i* Ceruix ſcapulæ.

In IIII. & V. Figura.

- D Tertius muſculus ex mouentibus thoracem.
- E Proceſſus prædicti muſculi, qui quaſi digiti feruntur ad ſpacia inter coſtas.
- F Quartus muſculus thoracem mouens.
- G Proceſſus quarti muſculi, qui veluti digiti, nonæ, decimæ, & vndecimæ coſtæ illigantur.
- H Quintus muſculus thoracem mouens.
- *a* Primum par muſculorum mouentium caput.
- *b* Secundum.
- d Tertius muſculus ſcapulam mouens.
- *e* Iugulum.
- *f* Quintus muſculus ex mouentibus humerum.
- *g* Os humeri excarne.
- *h* Primus, ac ſecūdus muſculus cubitum extendens.
- *i* Quartus muſculus humerum mouens.
- *l* Coſtæ.
- *n* Sextus dorſum mouens muſculus.
- *o* Octauus.
- *p* Secundus muſculus thoracem mouens.
- *q* Tertius inuerſus.
- *r* Muſculi qui inter coſtas ſiti ſunt.
- *s* Quartus thoracis muſculus inuerſus.
- *t* Os ſacrum muſculis obductum.

F

In VI. VII. & VIII. Figura.

- I Chorda quæ velut appendix quinti muſculi mouentis thoracem pertinet à duodecima coſta ad ſextam.
- L Chorda quæ ab vndecima coſta fertur ad quintam.
- M Chorda, quæ à decima coſta ad quartam progreditur.
- N Chorda, quæ à nona coſta ad tertiam procedit.
- O Chorda, quæ ab octaua tendit ad ſecundam.
- P Chorda quæ à ſeptima ad primam coſtam proficiſcitur.
- Q Sextus muſculus mouens thoracem.
- *a* Sextus muſculus dorſum mouens.
- *b* Octauus.
- *c* Portio tertij muſculi mouentis dorſū.
- *d* Portio ſecundi paris muſculorum mouentium caput.
- *e* Carnoſa moles, quæ pro tertio muſculo caput mouente recenſetur.
- *f* Os ilium.
- *g* Carnoſa ſubſtantia quæ vaginæ modo decimum femoris muſculum inuoluit.
- *h* Maior ſummi femoris proceſſus.
- *i* Os coccygis membranis obductum.
- *l* Coſtæ.
- *m* Muſculi qui inter coſtas ſiti ſunt.
- *n* Os thoracis excarne.
- *o* Mucronata cartilago.
- *p* Coſtarum cartilagines.
- *q* Proceſſus ſexti muſculi thoracem mouentis.
- *r* Sextus muſculus ex mouentibus thoracem inuerſus.
- *s* Portio internorum muſculorum qui inter coſtas ſiti ſunt.

G

H

TABVLA XLVIII

V



VI



VII

VIII

In IX. & X. figura.

R	Septimus musculus thoracem mouens.
S	Octauus, qui a quibusdam secundo loco inter dorsum mouentes recensetur.
T	Nonus.
V	Musculi externi, qui inter costas siti sunt.
X	Interni.
a	Primus musculus caput mouens, qui hoc loco breuitatis gratia non distinctus est a musculis mouentibus dorsum.
b	Costæ.
c	Musculi inter costas collocati.
d	Os pectoris.
e	Costarum cartilagines.
f	Mucronata cartilago.

In XI. XII. XIII. figura.

X	Musculi interni, qui inter costas siti sunt.
Y	Septum transuersum.
Z	Foramen septi transuersi, quod gulæ viam præbet.
α	Aliud foramen per quod vena caua descendit.
δ	Sinus septi transuersi, qui viam prębet magnæ arteriæ descendenti.
a	Costæ.
b	Os pectoris.
c	Cartilago mucronata.
d	Quinta costa.
e	Lumborum vertebræ.
f	Septum transuersum a cæteris partib. liberatum, ac inuersum.
g	Venæ, ac arterię per septum transuersum diuisæ.
h	Innumeræ septi transuersi fibræ, quæ ab eius centro ad circumferentiam tendunt.

TABVLA XLVIIII



De Musculis dorsi. Cap. VIII. E

Movetur dorsum totum cum extenditur, cum curuatur, cum ad latera ducitur; iidem motus etiam proprie pertinent & ad lumbos, quorum vertebræ seorsum mouentur, & non tantum simul iunctæ, sicuti quæ ad thoracem pertinent. Horum motuū varietatem monstrat, & commissuræ varietas, & situs diuersus musculorum; qui adeo confusi sunt, atque inter se impliciti, vt ab alijs pauciores numerentur. Plerique [a] octo ipsos esse existimant, quos sigillatim persequemur; dein eorum sententiam exponemus, qui b aliqua etiam ratione adducti, sex illos faciunt. Primus, A, nascitur a latere quintæ vertebræ thoracis, vbi costa insinuatur, principio carnoso, tenui, acuto, ita vt videatur angulus trianguli; inde oblique ascendit, vltra dimidium quartæ vertebræ thoracis; hunc ductum sequuntur quædam fibræ a posteriori parte, versus priorem oblique ascendentes, vsque ad tertiam vertebram, vbi adhæret musculus dexter, cum sinistro; nam initio inter vtrumque tota vertebræ crassitudo interiecta est, sed paulatim deinde inter se adducuntur, dum perueniant ad priorem partem primæ vertebræ ceruicis; in qua acuto, & neruoso fine vterque desinit, qui tuberculo huius vertebræ innascitur, & aliquantulum etiam ossi occipitij apud foramen, per quod medulla spinæ descendit. Hic musculus vt multiplex a nonnullis recensetur; flectit rectā ceruicem in partem priorem, & idcirco etiam caput, vbi vtrinque agat, sed vbi ab vno latere, in illud; quod fibrarum ductus aperte demonstrat. Secundus, B, initio carnoso oritur a superiori & exteriori parte, primæ costæ, quam totam a vertebra ad cartilaginem occupat, ita vt latum sit. Ab hoc principio ita orsus, latior ascendit, sed paulatim angustior redditur; paulum tamen nectitur cum processu; transuerso primæ vertebræ thoracis quod cum ipsam attingit, terminetur in angulum acutum; habet enim trianguli speciem. Primum, C, D, latus a vertebra ad cartilaginem per longitudinem costæ progreditur; secundum, D, E, rectā per longitudinem ceruicis; tertium, E, C, obliquè a cartilagine primæ costæ ad primam ceruicis, vertebram; sicque a priori parte in posteriorē ascendit; inseritur autem in transuersos processus omnium vertebrarum ceruicis: est etiam perforatus, vt exitum præbeat venæ, quam iecinoris appellant, & arteriæ ad brachium tendenti. Habet autem officium commune cum tertio. Sunt tamen qui hunc existiment non ceruici circumducendæ inseruire, sed thoraci attollendo: afferunt enim eius initium non esse ad primam costam, sed ad ceruicem, vbi quamuis magis neruosus sit; incipere tamē ipsum iudicant, atque hoc pacto de proposito numero octo musculorum secundum auferunt. Tertius, F, incipit a radice processus, qui est a latere sextæ vertebræ thoracis; propè spinam; ascendensque, aliquod etiam initium accipit ab aliis quinque vertebris thoracis, ita vt paulatim validus, & carnosus efficiatur; dum arctè illigetur exteriori parti processus, qui est a latere septimæ vertebræ ceruicis, & nonnihil etiam nectatur cum exteriori parte processuum, a lateribus aliarum vertebrarum ceruicis, sed minus primæ, quam aliarum. Habet tam secundus, quam tertius musculus, vim circumagendi ceruicem; si agunt, qui ad dextram, circumducunt versus ipsam, si qui ad sinistram, versus sinistram; quod si secundus, & tertius ab vno latere simul agant, recta trahitur ceruix ad ipsum; si secundus, consentit, & tertius agit, flectitur ceruix transuersa in partem priorem, si secundus agit, & tertius consentit, in posteriorem. Quartus, G, nascitur a radice spinæ septimæ vertebræ, & reliquarum thoracis sursum succedentium; non quidem a lateribus, sed vbi inter se iunguntur, ac statim vbi peruenit ad septimam vertebram ceruicis, latius, & validius ab ea initium accipit, quàm a reliquis thoracis. Quid? quod & fibræ, quas a vertebris thoracis sumit, simul iunctæ inferuntur in spinam septimæ vertebræ ceruicis. Tum ascendit subinde aliquod initium sumens a radice processuum, qui sunt a lateribus reliquarum omnium vertebrarum ceruicis, dum inferatur in totam humiliorem partem spinæ secundæ vertebræ, vnà cum musculo alterius lateris. Fibræ ipsius, quæ nascuntur a processibus, qui a latere sunt, oblique ascendunt versus partem interiorem, dum inferantur in spinam superioris vertebræ. Attollit hic musculus, cum vtrinque agit, caput rectā, sed cum ab vno latere, versus ipsum. Musculi hactenus dicti mouent collum, & simul etiam caput. Quintus, I, initio crasso, & carnoso incipit a superiori, atque interiori parte ossis coxæ versus posteriorem, è regione primorum processuum ossis sacri, a quo aliquid etiam assumit. Inde angustior redditur, ascendens ad duodecimam costam, in cuius inferiorem partem carnoso fine inseritur; inhæret autem dum ascendit, interno suo latere internæ parti illorum processuum, qui sunt a lateribus vertebrarum lumborum; tum lateribus vertebrarum iuxta foramina, vnde nerui exeunt. Ex quatuor verò lateribus huius musculi primum, L, M, est eius initium; quod ab osse coxæ pertinet ad os sacrum. Secundum, M, N, progreditur per lumborum vertebras; tertium, N, O, in longitudinem duodecimæ costæ; quartum, O, L, ad extremū latus initij, ad partem. s. ossis coxæ. Fibræ eius obliq; ascendunt ab exteriori parte in interiorē: sed quæ nascuntur ab osse sacro, finiuntur in vltimā vertebrā lumborū; quæ sequuntur deinceps in superiores: Hic musculus cum vtrinque agit, recta lumbos flectit, versus partem priorem; sed vbi ab uno latere, versus ipsum: Flectit ergo hic solus vtrinque lumbos. Vertebræ thoracis a nullo proprio musculo flectuntur, sed duo musculi recti abdominis, & ad has, & ad eas quæ in lumbis versantur, flecten-

das

[a] Vesalius lib. 2. c. 38. & Valuerda lib. 2. c. 24

[b] Falopius lib. de obseruat. ana.

Ta. 50. fig. tres

A fig. 1

F

B fig. 1.

G

F fig. 2

G fig. 3

H

I fig. 2.

A das conducunt. Has fortaſſe mouent illi muſculi, quos credunt à veteribus fuiſſe appellatos ψόας νευρομητέρες, & ἀλωπεκές. Sextus, P, longiſſimus eſt, inter omnes muſculos corporis, quandoquidem à fine oſſis ſacri pertinet ad primam vertebram thoracis, quamuis in aliquibus vlterius etiam aſcendat; naſcitur autem à fine ſpinæ vertebrarum ſacri oſſis, & reliquarum quæ in lumbis ſunt, neruoſo, tenui, & valido initio; ſumit & aliud principium ſimiliter validum, ſed carnoſum, & acutum a parte illa interna oſſis coxæ, quæ magis vergit in exteriora, quam latera oſſis ſacri; inde aſcendens magis carnoſus efficitur, ac rotundus, & à poſteriori parte læuis hæret latere externo proceſſibus, qui ſunt à latere vertebrarum lumborum. Vt autem peruenit ad duodecimam thoracis vertebram, multò anguſtior euadit, vſque ad primam eiuſdē: ſed in tranſitu ſingularum, quę interiectę ſunt, ſpinæ illigatur. Illigatur & arctius proceſſibus, qui ſunt à latere earundem per chordas anuli figuram referentes, quæ ex anteriori eius parte prodeuntes, ſimul iniiciuntur & dictis proceſſibus, a latere, & coſtis, qua cum ipſis committuntur. Aſcendunt eius fibræ ab interna parte oblique in externam; quod ſi vtrinque agat, recta attollit, atque erigit lumborum, & thoracis vertebras, ſi ab vno latere tantum, verſus ipſum. Septimus, Q, ſubiicitur proxime poſito, initium verò habet, quod pertinet a medio longitudinis oſſis ſacri vſque ad eam partem, qua iungitur cum oſſe coxæ: lateſcit deinde aſcendēs, dum perueniat ad proceſſus laterum quintæ vertebræ lumborum; vbi latiſſimus eſt; inde rurſus aſcendit, inhærens proceſſibus, qui ſunt a latere aliarum vertebrarum lumborum, quibus acuto fine illigatur. In toto itinere a principio ad finem progreditur iunctus cum muſculo alterius lateris: ambo enim internis lateribus ſe contingunt; tantum dehiſcunt, quanta eſt craſſitudo ligamenti ſpinæ. Aſcendunt fibræ ab inferioribus proceſſibus oblique verſus interiorem partem & ex tranſuerſis proceſſibus inferiorum vertebrarum, & ſpinæ radicibus ortæ, in latitudine poſteriori ſuperiorum vertebrarum inferuntur. Extendit hic muſculus vbi vtrinq; agit, recta eam dorſi partem, quæ inter eius initium, & finem ſita eſt: ſed vbi ab altero latere, oblique verſus ipſum trahit. Octauus, R, oritur ab vndecima vertebra thoracis, & aſcendit vſque ad primam toto itinere complectens ſpinam vertebrarum thoracis: ex toto autem carnoſus eſt, & multis validis fibris diſtinctus: ad duodecimā verò vertebram thoracis ipſe perinde ac ſeptimus tenuis eſt, ſed poſtea paulatim craſſeſcit, aſcendens, dum perueniat ad ſpinam quintæ vertebræ thoracis, vbi craſsior euadit; & inde ſurſum tendens, rurſus extenuatur, ita vt nō appareat craſsior ad primam, quam ad vndecimam vertebram thoracis. Implet etiam in itinere ſpacia inter ſpinas, proceditque iunctus cum muſculo alterius lateris, ſolo intercedente ligamento, quo ſpinæ ſuperioris, & inferioris vertebræ inter ſe illigantur. Fibræ in hoc magis rectæ ſunt, quam in alio muſculo dorſi, idcirco rectà ipſum mouet, in neutrum latus inclinans. Iungit ergo vertebras, quibus inhæret, & eatenus dorſum extendit, ope aliorum muſculorum, qui prædicti ſunt eodem munere.

P Fig. 2.
Q Fig. 3.
B
R Fig. 3.
C

Expoſita ſententia eorum qui [a] octo ſtatuunt paria muſculorum dorſi, venio ad alios, [b] qui ſex. Hi primo loco ponunt par, primo loco ſupra enarratum. Secundum par dictum auferunt de numero muſculorum dorſi, vt ante dictum eſt, cum credant ipſum magis thoraci attollendo inſeruire; ſed eius loco nouum aliud ponunt, à triplici principio ortum, quorum primum incipere volunt à proceſsibus tranſuerſis primæ, ſecundæ, & tertiæ vertebræ thoracis, vel tertiæ, quartæ, quintæ, & nonnunquam etiam reliquarum inferiorum vſque ad octauam. Secundum principium dicunt eſſe partem illius muſculi, quem quinto loco numerant in dorſo: ab hoc enim extremo particulam quandam deduci aiunt, quam interdum non ab ipſo, ſed à ſeptima, ſexta, quinta, & quarta coſta oriri volunt. Hoc principium ſcribunt inniti tranſuerſis proceſsibus primæ, ſecundæ, & tertiæ vertebræ thoracis, dum aſcendens coeat cum primo & tertio, quod deſcribunt veluti extremum illius muſculi, qui quarto loco inter communes thoracis numeratur. Ex triplici igitur principio vtrinque vnum faciunt muſculum, qui tranſuerſis proceſsibus ſeptimæ, ſextæ, quintæ, quartæ, & tertiæ vertebræ ceruicis, & aliquando omnium illigatur. Hoc muſculorum par ita confundi afferunt cum tertio caput mouente, vt pro eodem à quibuſdam accipiatur. Tertium par aliquo pacto videtur, quod tertio loco iam relatum eſt, non tamen ex toto, nam oriri ipſum volunt à tranſuerſis proceſsibus vertebrarum thoracis; ita vt à nona, vel octaua pertineat vſque ad primam: præterea à tranſuerſis proceſsibus omnium vertebrarum ceruicis vſque ad ſecundam, ita vt occupet vniuerſam ceruicem, illigeturque non ſolum ſpinis illius, ſed etiam proceſsibus tranſuerſis, & illorum radicibus, varijs modis. Quartum par illud eſſe aiunt, quod à quinto mox ſubijciendo tegitur admodum carnoſum, ortum à cauo interiecto inter os ilium, & ſpinam oſsis ſacri, & cum aſcendit aliquid aſſumens ab omnibus tranſuerſis proceſsibus vertebrarum lumborum, tum à vertebris rurſus thoracis, triplex aliud initium capiens, primum quidem latū, ab extremo vniuſcuiuſq. proceſſus tranſuerſi; alterum inferius, quaſi à radice eiuſdem proceſſus; tertiū à ſpina ſingularum vertebrarum; ſic ut triplex muſculorū genus ſimul concurrere videatur, quorū qđ exterius eſt, fibris longioribus cōſtat; alterū, quod interius breuib. tertiū, quod à ſpina oritur breuiorib. adhuc, ita vt ex oībus cōponatur vtrinq. vnus muſculus, qui per plures chordas in naſcatur vertebris oībus lūborū, ac thoracis, nec nō ēt ſpinis, & ꝓceſsibus trāſuerſis, & tādē

a Veſalius lib. 2. c. 38. Valuerda lib. 2. c. 14.
b Falopius li. de anat. obſeruat.

medio ſpacio inter uertebras interiecto. Quintum par id ponunt, quod in dorſo maximum E
eſt, uideturque illud eſſe, quod ante ſexto loco enarratum eſt. Credunt autem hoc eſſe quodammodo partem illius, quod quarto loco poſuerunt, oriturque neruoſo initio à dorſo oſſis ſacri, atque à poſteriori parte oſſis ilium, qua cum Sacro committitur, atque à ſpinis omnium vertebrarum, lumborum; habereque ſub neruoſo hoc initio tamquam ſub tegmento latitans aliud rurſus ualde carnoſum, ita vt validiſſimus muſculus ex utroq; initio utrinque efficiatur: aſcendatque cum triplici fine, nam primo per paruas chordas innaſcitur omnibus coſtis, qua parte innaſcuntur etiam chordæ quinti paris thoracē mouentis, quāuis interdum non innaſcatur omnibus coſtis, ſed octauæ duntaxat. Ad alterum finem pertinent aliæ chordę, quæ trāſuerſis uertebrarum proceſſibus illigantur. Tertius finis neruoſus eſt, ad ſpinas uertebrarum thoracis, ita vt aſcendat à decima, ad quartam, aliquando verò à ſexta ad tertiam. Ab hoc quinto pari proficiſci aſſerunt quoddam initium pertinens ad par ſuperius poſitum. Sextum, atque ultimum par eſſe uolunt id, quod quinto loco ſupra poſuimus; non tamen concedunt huius partis muſculos eſſe illos, qui à veteribus appellati ſunt ψόαι, νευρομητέρες, & ἀλωπέκες,
a Falop. ib. quæ uocabula impoſita fuiſſe aiunt illis,[a] qui quinto loco inter mouētes femur recenſentur.

Expoſitis muſculis dorſi, iam tempus eſt ad eorum ſectionem accedere. Horū primus ſcalpello ſeparandus eſt à latere quintæ uertebræ thoracis, unde incipit, & dein oblique perſequendus ultra dimidium quartę uertebræ, uſque ad tertiam, ubi adhæret cū muſculo alterius F
lateris, & tandem ad priorem partem primæ uertebræ ceruicis; & occipitij os, ubi finitur, inde ueniendum eſt ad ſecundum, quem numerauimus octauo loco inter muſculos thoracem mouentes; huius initium à ſuperiori, & exteriori parte primæ coſtæ ſeparandum eſt, ut muſculus ab adiunctis partibus reſoluatur uſque ad latera uertebrarum ceruicis; ubi terminatur ad primam uertebram; Oritur tertius à radice proceſſus à latere ſextæ vertebræ thoracis, propè ſpinam, & non nihil etiam ab alijs quinque vertebris thoracis, vnde ſeparari debet, vſque ad latus ſeptimæ vertebræ ceruicis, in quo definit. Incipit quartus à radice ſpinæ ſeptimæ vertebræ, & reliquarum thoracis ſuccedentium; vnde ſcalpello reſolui debet, & dein etiam à radice proceſſuum, qui ſunt à lateribus reliquarum omnium vertebrarum ceruicis, vſque ad humiliorem partem ſpinæ ſecundæ vertebræ, ibi enim finitur. Quintus verò proficiſcitur à ſuperiori, atque interiori parte oſſis coxæ, è regione proceſſuum oſſis ſacri, vnde ſeparandus eſt, ſcalpello ducto vſque ad decimam coſtam, in cuius inferiorem partem inſeritur. Sextus à fine oſſis ſacri, vnde oritur, ſeparari debet; tum ab ea parte, qua os ſacrū cum coxa cōmittitur: inde à vertebris lumborum, vſque ad ſpinam vndecimæ vertebræ thoracis, in quam inſeritur. Octauus ſeparandus à decima, & vndecima vertebra thoracis, vnde incipit, ducto ſcalpello vſque ad primam, in quam finitur; ſic, vt in itinere à ſpaciis, quæ ſpina complet, reſoluatur; G
hoc pacto igitur dorſi muſculos facile incidet, qui ductum, initium, finem, nexum, cum aliis memoriter tenebit, neque enim imprudenter alios lacerabit.

TABVLA. L.



E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tabulaæ L. inſcripti viſuntur, declaratio.

In I. & II. Figura.

A	Primus muſculus dorſum mouens.
B	Secundus.
C D	Primum latus ſecũdi muſculi dorſum mouentis.
D E	Secundum latus.
E C	Tertium latus.
F	Tertius muſculus ex mouentibus dorſum.
G	Quartus.
I	Quintus.
L M	Primum latus quinti muſculi dorſum mouentis.
M N	Secundum latus.
N O	Tertium latus.
O L	Quartum latus.
P	Sextus muſculus dorſum mouens.
a	Vertebræ.
b	Coſtæ.
c	Muſculi qui inter coſtas ſiti ſunt.
d	Portio ſecundi paris muſculorum mouentium caput.
e	Os ilium.
f	Caput ſummi femoris.
g	Os coccygis carne obductum.

In III. figura.

F

B	Secundus muſculus dorſum.mouens.
G	Quartus.
L	Quintus.
Q	Septimus.
R	Octauus.
a	Sextus inuerſus,ac à fine dependens.
b	Proceſſus maſtoides.
c	Coſtæ.
d	Muſculi qui inter coſtas ſiti ſunt.
e	Os ilium.
f	Caput ſummi femoris.
g	Os coccygis carne obductum.

G

H

De

De Musculis abdominis, vesicæ, colis, ani, testium. Cap. X.

Ta. 51. 52. 53. fig. decem. A fi. 1. Abdomen quatuor [a] musculis vtrinque continetur, per omnia paribus, duo obliqui sunt, tertius rectus, & quartus transuersus; sed vt sigillatim de vnoquoque agamus, Primus, A, qui extrinsecus nobis occurrit, alijs superiectus obliquè descendit; oritur enim à sexta [b] costa, dependetque etiam à septima, & octaua, per quosdam processus, B, digitos imitantes, qui committuntur in serræ speciem, cum similibus processibus, secundi musculi thoracem mouentis; dein progreditur per reliquas costas, & per anteriorem partem ventris ad ilia oblique descendens, tandem cum osse [c] pubis illi- C fig. 2 gatur valida chorda, ac veluti membrana. Secundus, C, oblique ascendens situm [d] habet primo contrarium, ita ut super ipsum insidat ad figuram literæ, X, ducit enim [e] originem per carnosam membranam ab osse illium, & oblique super quartum abdominis musculum, qui transuersus est, tendens superijcitur extremis [f] quatuor costis nothis, & finitur in chordam latam, quæ tertio musculo superiecta cum chorda primi similiter lata, ita coit, vt vix possit separari. Inuoluit chorda hæc rectum musculum à priori parte vsque ad dimidium longitudinis, supra B dimidium verò à posteriori, nam à priori tegitur ab oblique descendente. Duplici autem fibrarum genere secundus hic musculus continetur, obliquis, & transuersis; ex obliquis quædã ab ea parte spinæ ossis ilium, quę spectat ad inguina, descendunt ad albam lineam, quæ à chordis musculorum abdominis efficitur; quædam à superiori parte spinę eiusdem ossis, ascendũt ad eandem lineam, ad quam feruntur & transuersæ, quæ ab anteriori, & superiori sede eiusdẽ D fi. 3 spinæ rectâ antrorsum tendunt. Tertius, D, rectus [g] est à latere situs in longitudinem ventris; pertinetque à pectoris osse supra mucronatam cartilaginem ad os pubis; sed ducat ne principiũ ab osse pectoris; an ab osse pubis; hoc est, ascendat ne, an descẽdat, inter professores Anatomes non parua est cõtrouersia. Galenus [h] ab osse pectoris ortum inferri in os pubis existimat; recentiores [i] contrà ab osse pubis ortum terminari in os pectoris asserũt; ea ratione adducti, quod chorda, & finis musculi necesse est illigetur parti, quam oporteat deorsum trahere, cuiusmodi non est os pubis, quod neque trahi potest deorsum, neque expediret, si posset. & idcircò verisimile existimaut ibi esse principium recti musculi, finem verò in osse pectoris, quod deorsum ab eiusmodi musculo trahitur; sed eadem ratio est primi oblique descendẽtis, cuius chordam similiter inferi diximus in os pubis; An dicemus initium recti esse ab osse pubis, vt deorsum compellat quæ subiecta sunt; sed oblique descendens satis est, si astringat dumtaxat abdomen in interiorem regionem vrgendo, ita vt possit desinere in os pubis, à quo tamẽ incipe- C re rectum statuemus. Tertius igitur siue ascendat, siue descendat, ab osse pectoris pertinet E fi. 3. vsque [k] ad os pubis totus carnosus, exceptis lineis, E, tribus, non penitus transuersis, sed aliquãtisper obliquis ad digiti latitudinem, quæ albæ sunt, & neruosæ, duabus scilicet supra, vna infra vmbilicum, in quas fibræ musculi terminantur. Efficiunt hæ vt hic musculus magis versus ventrem contrahatur; præterquam quod fibris robur addunt, & validius subiectis, ac su- F fi. 4. periectis partibus hærent. Quartus, F, transuersus est, [l] oritur autem à superiori parte ossis ilium, & à processibus vertebrarum quæ ibi sitæ sunt; repræsentatque initio membranam magis, & ligamentum quam musculum; sed progressu fibris auctus; in musculum conuertitur, & cuiusque [m] costæ nothæ extremo ab interna pârte cohæret; Verum in anteriori parte fibris distinctus in latam chordam finitur, quæ pertinaciter cum subiecta membrana peritoneo inhærescit, sed in progressu cum recto musculo rectum angulum efficit. His quatuor musculis ab vno latere abdominis, totidem ab altero respondent, per omnia pares vt diximus. Vnusquisque autem habet fibras similes, rectus rectas, transuersus transuersas, obliquus obliquas; qui cum duplex sit ascendens, & descendens, datæ sunt huic ascendentes, illis descendentes; quo fit, vt omnes omni fibrarum genere præditi sint, & vbi singulæ ad sua initia contractæ suo munere funguntur, aluus tota astringatur undique [n] compressa; sicque vbi volumus expellat quæ superant, & molesta sunt, interdum vomitu, sed plerunque deiectione; habet enim vtramque D viam; sed vt cum volumus, magis detrudat per inferiorem, quam per superiorem, efficit septũ transuersum, quod cogit descendere, quæ à musculis abdominis comprimuntur, cum suppresso anhelitu descendit; sed horum musculorum compressu vtimur etiam ad partum [o] edendum, ad vocem, [p] atque efflatum. Sed præter motum, alios quoque vsus præstant hi musculi abdominis, cum & subiecta viscera muniant, & ad coctionem cõferant, quibus adde duos, G, G fi. 3. qui ab osse pubis ad vesicam feruntur, idem efficientes quod alii octo, & propriè inferiorem partem albæ lineæ inter rectos musculos interiectæ comprimentes, cui nullus ex prædictis inseruit, sed maximè hi pertinent ad vesicam.

Vesica enim quamuis per transuersas fibras expellat; per obliquas retineat, obtinet tamẽ musculos ad vtrunque munus conferentes, vt cum volumus reddere vrinam possimus, etiam si vesica nullam ex ipsa molestiam sentiat, & rursus supprimere eam valeamus, cum à vesica distenta, aut irritata detruditur; conducunt igitur ad eijciẽdam vrinam, cum volumus, musculi abdo-

a Gal. 5. li. de anat. ad min. c. 6. & li. de musc. dissect. ca. 26.
b Gal. li. 5. de diss. anatom. c. 6.
c Gal. li. de musc. diss. c. 26.
d Gal. ibi.
e Gal. 5. de anat. adm. c. 6. & li. de musc. diss. c. 26.
f Gal. ibi.
g Ga. li. de musc. diss. c. 26.
h Ga. loco citato.
i Vesalius lib. 2. c. 31. & Valuerdali. 2. c. 20
k Gal. li de musc. diss. c. 26
l Gal. li de musc. diss. c. 26
m Ga. ibid.
g Ga. li. de musc. diss. c. 26.
o Ga. 3. de nat. fac. c. 3
p Ga. li. de musc. diss. c. 26

li abdominis,præterea duo,G,alii parui,qui ab osse pubis versus exteriorem partẽ inter nervosum initium rectorum musculorum,& lineam albam oriuntur carnosi initio non admodum lato,& oblique sursum feruntur ferè ad longitudinem quatuor digitorum iuxta lineam albã quæ in longitudinem abdominis cum vesicæ fundo committitur;inter se autem iunguntur, ac vesicam comprimunt,vbi reddere vrinam volumus.Hos significare fortasse voluit Galenus, [a] cum scripsit,portionem musculorum abdominis,quæ vesicæ insidet,ad detrudendam vrinam pertinere,sed magis sunt per se musculi,quam musculorum portiones,si eorum munus,& constitutionem spectes.Verum musculus,H,qui etiam inuita vesica (vt ita loquar)cum volumus, vrinam supprimit, vnicus [b] continetur initio ceruicis:crassior autem est ab inferiori parte, quam à superiori;fibrasque in orbem habet,vt cum libet retinere vrinam,ceruicem vesicæ astringat, [c] & claudat; hic vbi quiescit, permittit vrinam exire; sed statim cum rursus contrahitur,confert ad eam detrudendam,quæ extra vesicam in canali retinetur. Hic musculus reperitur facile in ceruice vesicæ,si elixetur mediocriter: nam latet inter fibras rectas subiectas,ac superiectas;continetur que fibris transuersis.At substantia glandulæ similis, quæ sustinet finem vasorum seminis,magis versus colem est,quam ipse musculus;quamuis sint,qui contra afferant,decepti alijs quibusdam fibris carnosis, quæ transuersæ vltra dictam substantiã glandulæ similem, sitæ sunt;quod si musculus esset vltra glandulam,exiret cum semine vrina, quæ versaretur circà eam substantiam,& ipsam assiduo contactu violaret:itaque musculo versus colem adnascitur substantia illa in quam inseruntur vasa semen deferentia. Idem musculus & in fœminis reperitur,similiter ad ceruicem vesicæ,quam nulla interiecta glandula vniuersam in orbem complectitur,dum in collum vteri desinat;sed in fœminis tanto tenuior apparet,quam qui in maribus,quanto longior est:totam enim vt diximus ceruicem ambit.Rectũ Intestinum in imo clauditur [d] à musculo,I,perinde ac ceruix vesicæ,cum retinere deiectionem volumus,alioquin ab intestinis expulsam;sed supra hũc duos,M,M,alios habet, à quibus sursum attrahitur [e] cum in deijciendo vi musculorum abdominis expulsum est, ita vt tribus musculis contineatur.Duo superiores lati sunt,tenues,& non admodum carnosi,aut rubri;incipiunt autem non ab ossibus; sed à ligamentis, quæ ab osse sacro,& coxæ,atque ab inferiori parte peritonei proficiscuntur;inde ambo vterque à suo latere descendunt ad rectum intestinum,in cuius externam tunicam inseruntur;atque adeo lati sunt,vt nõ solum ipsam amplectãtur,sed aliqua etiam ex parte illigẽtur in maribus ad radicem colis;in fęminis ad radicem vteri.Horum munus est,vt ante diximus,rectum intestinum ex sua sede expulsum sursum attrahere;& in eãdem restituere.Duobus his musculis tertius subijcitur rotundus,quasi annulus,perinde atque ille qui claudit ceruicem vesicæ,illinitur totus pingui humore; minusque carnosus est quam duo superiores,sed crassior supernè quam infernè;amplectitur enim extremum recti intestini vsque ad externam cutem, quæ cum ipso mixta,confunditur, non secusquam cum labro: illigatur autem à priori parte, per quasdam fibras; fęminis cum ceruice vteri, maribus cum ceruice vesicæ, & cum [f] cole etiam per duos musculos, quos ab hoc ad colem pertinere ostendemus;à posteriori cum quatuor paruulis ossibus ad finem sacri ossis; à lateribus cum ligamentis,quæ à sacro osse ad coxam procedunt:at neque paruus est,vt nonnulli existimant,cum eius longitudo duorum digitorum latitudinem æquet;quo fit,vt cum ob fistulam extremus abrumpitur,adhuc tamen suo munere fungatur, & deiectionem ad libitum retineat,ob insignem partem,quæ integra seruatur:fibræ eius in orbem procedunt,& idcirco contractæ anum claudunt.Extremum huius musculum cum cute mixtum voluit Galenus [g] esse per se musculum vnum,qui à reliquo separari possit,idem tamen munus habet, siue vt simplex,siue vt duplex recenseatur.

G fi.5.
E
H fi.9.
F
I fig.5.
MM.fi.7.
G

a Ga. li. de musc. diss. c.26.
b Ga. li.de musc. diss. c.28. & li. 6.de anat. adm.c. 14.
c Gal. ibi. & 5.de vsu p. c.6.
d Ga.li.de musc. diss. c.30.
e Ga. ibid.
f Gal.li.de musc. diss. c.30.
g Ga.li.de musc. diss. c.30.

Coles,vt proximè ostendimus,à musculo anum claudẽte duos musculos accipit;sed & duos alios ab osse pubis; [h] duo,N,O,qui à musculo ani,& propriè ab anteriori eius parte incipiũt; similes sunt illis,qui ab osse pectoris tendunt ad os hyoides;nam proximi sunt,& lateribus internis se contingunt:ascendunt autem sursum ad colem, in cuius inferiorem partem inseruntur,quasi digitis complectentes [i] duo illa corpora ligamenti similia,ex quibus coles constituitur;& in quorũ medio canalis residet.Sed alij duo,P,Q,nascuntur vtrinque vnus ab appendice [k] ossis pubis,paulo infra corpora,quæ colem constituere diximus. Horum initium carnosum est,& gracile,sed oblique sursum procedẽs,vertitur in musculum,qui carnosus semper manens in cole,sui lateris corpori,non procul ab osse pubis illigatur.Ab his quatuor musculis mouetur, [l] coles motu voluntario,& nonnihil etiam erigitur;sed duo priores conferunt etiã ad aperiendum canalem,ne conniueat,vbi vel semen,vel vrina eijcitur.

Habet etiam vterque testiculus,musculum,R,à quo & suspenditur,& nonnihil sursum [m] trahitur ;incipit autem,non vt quidam [n] putant,à peritoneo inuoluente venam, & arteriam tendentes ad testiculum,sed interdum ab osse pubis interdum ab eo ligamento,quod à spina ossis ili fertur ad ipsum:initiũ eius est sub chorda musculi oblique descẽdentis,per cuius foramẽ egreditur vna cũ peritoneo inuoluente venam,& arteriam,quæ descendit ad testiculũ; augetur etiam interdum quibusdã fibris carnosis;ita vt duplex videatur habere initiũ,& idcirco duplex esse,simplex tamẽ est;nã duo illa initia vnũ constituũt musculũ,qui vsq; ad testiculũ,

NO.fi.5.
H
P Q fi.5.
R fi.6.

h Ga.li.de musc. diss. c.29.
i Gal.li.de musc. diss. c.29.
k Ga. ibid.
l Ga. li. de musc. diss. c.29.
m Ga.li.de musc. diss. c 27.
n Valuerda li.2.c.21

cum

TABVLA LI

I



II



cum peritoneo descendit, cum quo illigatur vasi semen ad colem deferenti, neque vllibi testiculum attingit. Habent & mulieres musculum, situ substantia, & figura similem, nam ab eodem loco proficiscitur, à quo musculus testium maris, & similiter per foramen chordæ musculi oblique descendentis transit vna cum neruosis procesibus suspendentibus vterum, & interdum fibris carnosis augetur: est autem breuis, & nullo pacto cum teste iungitur. E

Exposita musculorum natura, ad sectionem veniendum est, & primo ad musculos abdominis. Remota [a] igitur cute, vna cum adipe, & subiecta membrana in vniuerso abdomine vsque ad lumbos, & femora, reductoque musculo, qui brachium deorsum trahit, membranula, quæ sub carnosa membrana vestit musculos, vnguibus discerpenda, & cadauer in alterum latus conuertendum, vt promptè à lumbis ad medium abdomen admouere manum liceat; deinde scalpello à sexta costa initium musculi oblique descendentis separandum; scalpellus tamen à reliquis costis versus dorsum, & superiorem ilium regionem, vsque ad ossa pubis leniter ducendus est; ne subiectæ partes violentur; attollendumq; musculi initium ita resolutum, & paulatim separandum versus medium abdomen à musculo oblique ascendente; cohærent enim ibi vtrinque chordæ, & se mutuò [b] connectentes continuantur; præsertim ad medium recti musculi, ita vt acuto etiam scalpello vix diduci posint iuxta lineam albam, quæ à chordis aliorum musculorum profecta inter rectos apparet; quare diligenter [c] secernendæ sunt, ne pars ascendentis, quasi descendentis diuellatur. Hoc pacto resolutus musculus obliq; descendens, pendere sinatur à medio abdomine versus latus cadaueris iacens, vt ad secundum transeas, qui obliq. ascendit. Ordiatur sectio a pubis osse, a superiori regione osis ilium, a lumborum vertebris, a fine quatuor inferiorum costarum, a quibus hic musculus incipit; inde autem diuisus attollatur, ita vt reliquæ eius partes in anteriorem regionem procedentes, vnguibus a transuerso musculo, cui insident, resoluantur, vsque ad externum latus recti musculi; quo cum perueneris, pro vnguibus acuta nouacula separanda est eius chorda, quæ validè cum recto musculo connectitur, vsque ad albam lineam; vbi etiam difficilius euellitur, quam a parte carnosa recti musculi; vixque secernitur, a chorda tam oblique descendentis, superiecta, quam transuersi subiecta: ita autem separatus oblique descendens musculus, a medio abdomine dependens similiter in latus cadaueris iacens, reiiciendus est, vt rectus musculus iam incidatur. Separari autem debet vel ab osse pubis, si inde incipiat; vel a thorace, si in os pubis finiatur, tum resolui a neruosa parte transuersi musculi dextræ manus, digitis ab exteriori latere iniectis; sed statim cum a transuerso abscedit, scalpello secernẽdus est, vt tantum suo fine inhæreat; vbi sic resolutus inuertatur, apparebunt in eo venæ, per quas cõsortium maximum est inter mammas, & vterum. Restat transuersus, quem a pubis osse incipies separare, procedens per ilium os, & transuersos processus vertebrarum, qui ad lumbos sunt ad finem costarũ notharum, a quibus partibus vbi resolutus fuerit, attollendus est; & a membrana, peritoneo, acuto admodum scalpello separandus; cui adeò adnascitur, vt nunquam ex toto auelli posit, sed semper portio aliqua ipsius chordæ, cum peritoneo iuncta relinquatur. F G

a Gal. 5. li. de anato. adm. c. 7.

b Gal. li. 5. de anato. adm. c. 6.

c Gal. lib. 5 de anato. admi. c. 7.

A musculis abdominis ad eos transibis, qui ab eis ad vesicam feruntur: oriuntur enim a rectis musculis ossis pubis duo parui musculi, quorum initia inde resolues, & eos deinde persequeris, scalpello sursum ducto iuxta lineam albam, vbi inter se iunguntur, vsque ad finem vesicæ, super quem desinunt. At musculus, qui tamquam annulus in orbem ceruicem uesicæ amplectitur, reperitur cum maris, aut fœminæ uesica inciditur; quod si nõ ita facile appareat, ob fibras carnosas cum substantia neruosa confusas, necesse erit modicè uesicam elixare, sic enim facilè separabitur a ceruice: cum uerò extrahitur rectum intestinum, inuenitur tam musculus qui in orbem eius imum amplectitur, quam illi duo, qui a ligamentis osis sacri, & coxæ descẽdunt; uterque a suo latere ad rectum intestinum, in cuius extremam tunicam inferuntur. Reperiuntur etiam cum coles detrahitur, duo musculi, qui ab osse pubis, & a musculo recti intestini extremi ad colem ascendunt; in cuius inferiorem partem finiuntur; cum quibus duos alios inspicies, qui ab appendice osis pubis similiter ad colem procedũt: secto enim initio, reliquum musculum scalpello, usque ad finem persecabis; postremo inquires musculos duos, utrinque unum ad testes pertinentes, qui interdum ab osse pubis, interdum ab eo ligamento, quod a spina osis ilium fertur ad os pubis, initium sumunt. Ergo siue in maribus, siue in fœminis, cum ad testium sectionem uenies, facilè hos musculos separabis, quanquam in fœminis non ad testes, sed ad inguina pertinent. H

NOTA-

TABVLA LII



 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui proximis decem Figuris, Tabulæ LI. LII. LIII. inſcripti viſuntur, declaratio.

In I. & II. Figura.

A Primus abdominis muſculus, ideſt obliquus deſcendens.
B Proceſſus prædicti muſculi, qui quaſi digiti cõmittũtur in ſerræ ſpeciem, cum ſimilibus proceſſib. ſecũdi muſculi thoracem mouentis.
C Secũdus abdominis muſculus, qui oblique aſcendit.
a Secundus muſculus mouens thoracē.
b Proceſſus ſecundi muſculi thoracis, q̃ committũtur in ſerræ ſpeciem cum proceſſibus primi abdominis.
c Cutis abdominis inuerſa.
d Muſculi teſtium vnà cum vaſis ſeminis materiam deferentibus.
e Coſtæ.
f Muſculi, qui inter coſtas ſiti ſunt.
g Primus abdominis muſculus inuerſus.

In III. Figura.

D D Recti abdominis muſculi.
E Albæ ac tranſuerſæ lineæ, quibus recti muſculi diſtinguuntur.
F Tranſuerſi abdominis muſculi.
G G Duo parui muſculi ad finem rectorum qui ab oſſe pubis orti oblique aſcendunt ad lineam albam in quam inſeruntur.
a Vmbilicus.
b Alba linea inter rectos abdominis muſculos.

In IIII. Figura.

F Tranſuerſi abdominis muſculi.
a Recti abdominis muſculi inuerſi.
b Vaſa, quæ ſub oſſe pectoris deſcendũt ad rectos abdominis muſculos.
c Vaſa, quæ à magnis vaſis ad crus tendentibus aſcendunt ad rectos abdominis muſculos.
d Coſtæ.
e Muſculi, qui inter coſtas ſiti ſunt.
f Duo parui, ac poſtremi abdominis muſculi inuerſi.
g Vmbilicus.
h Adnaſcitur hoc loco tẽdo muſculi oblique aſcendentis trãſuerſo abdominis muſculo.
i Aſperitas ad nexum tranſuerſi abdominis muſculi, & obliquorum tam aſcendentium, quam deſcẽdentiũ.

In V. VI. & VII. Figura.

I Muſculus ambiens imũ recti inteſtini.
M Duo muſculi, qui rectum inteſtinũ ſurſum attrahunt.
N O Duo muſculi ad colem pertinẽtes, qui à muſculo imum recti inteſtini ambiente oriuntur.
P Q Duo alij muſculi, qui ab appendice oſſis pubis ad colem feruntur.
R Teſtium muſculus.
a Duo corpora penem conſtituentia.
b Canalis vrinæ, ac ſeminis communis.
c Imum recti inteſtini. F
d Glandis pars inferior.
e Vaſa ſeminis.
f Abdominis muſculi oblique deſcendentes.
g Spongioſa penis ſubſtantia.
h Canalis vrinæ, ac ſeminis communis.
i Teſtis.
l Portio recti inteſtini cum ſuis muſculis à reliquis corporis partibus reſoluta, ac filo aſtricta.
m Muſculoſa ſubſtantia penis radici adnata, vnde etiam duo muſculi ad penem deriuantur.

In VIII. VIIII. & X. Figura. G

H Muſculus ceruicem veſicæ ambiens.
a a Duo corpora colem conſtituentia.
b Canalis vrinæ, & ſeminis communis.
c c Duo penis muſculi inuerſi, qui a muſculo imum recti inteſtini claudente oriuntur.
d d Duo alij muſculi ſimiliter inuerſi, qui ab oſſe pubis ad colem feruntur.
e Magna foramina in oſſibus ilium ad leuitatem efficta.
f Teres ligamentum ab oſſe coxæ ad caput ſummi femoris pertinens.
g Portio canalium, qui vrinam deferunt renib. ad veſicam.
h Portio canalium, qui à teſticulis ſemẽ deferunt ad colem. H
i Veſica.
ll Principia corporum quæ colem conſtituunt.
mm Corpora ipſa.
n Glans.
o Particula quæ in mulieribus virorum colem imitatur.
pp Duo muſculi, qui ab oſſe pubis ad dictam particulam pertinẽt, vt in maribus.
q Cauum continens inteſtina.
r Labra mulieris pudendi.
s Intimus pudendi ſinus.

TABVLA. LIII



E

De Muſculis mouentibus femur. Cap. XI.

REſtant muſculi illius membri, quod à coxa pertinet vſque ad digitos pedis; crus nominatur; in tres [a] autem partes diuiditur. Suprema femur, ſiue fæmen dicitur; media & crus commune nomen totius membri propriè ſibi vendicat, & dicitur etiam tibia [b] à grandiori oſſe, quo continetur; ima verò appellatur [c] pes; quæ partes ſeorſum ſuis muſculis mouentur nunc nobis propoſitis. [Ta.54. 55.fig. ſeptē.] Sumemus initium à ſuperioribus, ab ijs videlicet, qui femur in coxæ cauo receptum mouent; quamquam nonnulli ex Anatomes [d] profeſſoribus, non iniuria etiam ab illis, qui tibiam mouent, ordiantur, quod [e] ſuperiecti ſint alijs; femur itaque [f] extenditur, flectitur, in latera ducitur, & in priorem, ac poſteriorem partem circumagitur, ope vndecim muſculorum, vel ſi magis placet, plurium, nam & quintus in quatuor diuiditur, & duo, qui partes decimi exiſtimantur, poſſunt per ſe in hoc muſculorum numero cenſeri. Ex ijs decem quinque primi femur extendunt, qui & multi ſunt, & validi, ac magni ob pondus, quod attollere debent: quamobrem Hippocrates [g] femur multa carne contineri tradit. [F] Horum quinque primus, A, [A fi.1.] ſtatim detracta cute occurrit; adeò craſſus, [h] vt clunem efficiat; incipit autem lato admodum, & carnoſo initio ex tota poſteriori parte ſpinæ oſſis coxæ, quæ verſus os ſacrum magis prominet; quamquam aliquid ſumit etiã à ſuperiori parte eiuſdem ſpinę; aliquid etiam ab oſſe coccygis, & ab imo oſſis ſacri verſus partem poſteriorem, vbi dextri lateris muſculus attingit muſculum ſiniſtri. Ex omnibus ergo his initijs, tamquam ex ſemicirculo ortus, oblique deſcendit ſupra commiſſuram femoris cum coxa, vbi gracilior, & anguſtior redditur; dum [i] in latam, & validam chordam finiatur, quæ oblique procedit ad magnum proceſſum femoris; cuius exteriori parti illigatur; incipit autem illigari paulo infra ſummitatem dicti proceſſus verſus partem priorem; tum deorſum in poſteriora modicè deſcendens, ad radicem proceſſus longa linea in poſteriorem partem femoris inſeritur; fibræ verò deſcendunt oblique in partem anteriorem. Secundus, B, [B fi.2.] primo magna ex parte ſubijcitur, [k] oritur autem carnoſo initio à tota illa priori, & ſuperiori parte ſpinæ oſſis coxę, à qua non duxit originem primus; aliquid etiam ſumit à dorſo oſſis coxæ, cum primus ab eo recedit, ita vt huius quoque initium referat ſemicirculum; ſtatim atq; ortus eſt, à poſteriori parte ſubſternitur primo; tum oblique deſcendit in partem exteriorem ſuper commiſſuram femoris cum coxa; è cuius regione chordam exigit membranæ modo latam, ſed validam; [G] quæ inſeritur in ſubliniorem [l] partem maioris proceſſus femoris, nonnihil comprehendens ex parte eius anteriori, cum lata ſit, & tranſuerſa illigetur. Fibræ deſcendunt supernè deorſum, & priuſquam finiantur, cum chordis primi, quibus ſubijciuntur, ſpeciem efficiunt latinæ literæ, X, Ipſe autem nullibi æquè carnoſus eſt, atque vbi recedit ab oſſe coxæ. Tertius, D, [D fi.3.] tantò minor eſt ſecundo, quantò ſecundus primo; totus autem iacet ſub ſecundo, naſcitur enim ab oſſe coxæ, initio lato, craſſo, in ſpeciem ſemicirculi; tum oblique deſcendit à priori parte inhærens ligamento, quo vincitur commiſſura femoris cum coxa; paulatimque anguſtior redditus, conuertitur in latam, & validam chordam, quæ inſeritur in ſummum maioris proceſſus femoris, quem complectitur; apparet [m] hic muſculus in omnibus hominibus liuidus; præſertim in ijs qui robuſti ſunt; in quibus liuida etiam inſpicitur ea pars ſecundi, quæ huic ſuperiecta eſt. Tegitur enim membrana craſſiore, per quam nectitur etiam valide cum primo muſculo, qui in hominibus ſimiliter robuſtis liuidus apparet, non ſic in pinguibus; nam & in mulieribus adeò circumdatę adipe ſunt eius fibræ, vt adeps videatur fibris diſtincta. Quartus, C, [C fi. 2. & 3.] fere totus etiã liuidus eſt, & rotundus, naſciturque initio craſſo, & carnoſo; non à ſummo oſſe coxæ, ſed à lateribus trium inferiorum vertebrarum oſſis ſacri, quæ non committuntur cum oſſe coxæ, & ab interna ſede earundem; ita vt non multum diſtet initium huius muſculi vnius lateris, ab initio alterius à parte interna; recta deinde extrorſum tranſuerſus tendit ad maiorem [n] proceſſum [H] femoris paulatim coarctatus; ſed priuſquam ad os coxę perueniat, degenerat in chordam quę in poſteriorem, ac ſummam partem maioris [o] proceſſus femoris inſeritur. Quintus, E, [E fi.4.] maximus eſt inter omnes muſculos totius corporis; oritur autem ab oſſe coxæ, præſertim ab inferiori eius parte, vbi appendix eſt, cuius eam partem occupat huius muſculi initium, quam relinquunt initia tertij, quarti, & quinti muſculi tibiam mouentis, eidem appendici illigata: ſed huius qui nunc propoſitus eſt, initium ab ima parte eius appendicis pertinet vſque ad commiſſuram oſſium, quæ ad pubem eſt: totus verò carnoſus inſpicitur, quamquam ab ea parte, quà ſuccedit initijs trium dictorum muſculorum foris neruoſus eſt, intus carnoſus: ab eiuſmodi igitur initio ortus quintus muſculus fertur à poſteriori parte deorſum in longitudinem per paruum proceſſum femoris, ad lineam acutam, atque aſperam, quę in poſteriora deorſum progreditur in longitudinem per paruum proceſſum femoris, ſub eiuſdem proceſſus radice; in hanc igitur lineam totus finitur, excepta ea parte, quæ magis interna eſt, ſiquidem hæc deſcendens rectis fibris interno tuberculo imi femoris illigatur: præter hanc partem igitur totus muſculus iunctus finitur; ſimul etiam iunctus incipit, ac procedit; ita vt merito vnus

ac ſim-

a Ga. li. de inæquali intẽperie. c.2.
b Ga. ibid. & 3. de an. adm. c.2
c Gal. 8. de anat. adm. c.2.
d Veſalius li. 2. c. 54. & Valuerda li. 2. ca. 36.
e Ga. li. de muſc. diſſ. c.31.
f Gal. li. 15. de vſu p. c. 8.
g G. Hippocrates lib. de fractu.
h Gal. li. 15 de vſu p. c. 8. & lib. de muſc. diſſ. c.31.
i Ga. locis citatis.
k Gal. li. 15 de vſu pa. c.8. & li. de muſc. diſſ. c.31
l Ga. li. 15. de vſu p. c. 8. & lib. de muſc. diſſ. c.31.
m Ga. li. de muſc. diſſ. c.31.
n Ga. li. de muſc. diſſ. c.31.
o Gal. li. 15 de vſu p. c. 8.

A ac ſimplex exiſtimari poſſit, ſed poteſt vt duplex, poteſt & vt triplex haberi; ſi & ad lineas ſpectes in eo depreſſas, & ad ductum fibrarum diuerſum; diuiditur itaque in duos linea, quæ in poſteriori femore internam partem diſtinguit ab externa, & non vt quidam [a] ſcribunt, poſteriorem à priori. Internus, G, muſculus ille erit, quem finiri diximus in internum imi femoris tuberculum; externus, H, verò qui definit in lineam aſperam, atquè acutam ſub paruo proceſſu femoris. Verum externus hic rurſus in duos diſtinguitur, à linea, quæ in eo depreſſa cernitur, quorum magis internus, I, incipit à commiſſura oſſium ad pubem, & obliquè deſcendit in minorem proceſſum femoris, ad cuius radicem nectitur, cum initio eius lineę aſperę, atque acutæ, quam diximus: habet autem fibras tranſuerſas, quæ à priori parte in poſteriorem progrediuntur. At magis externus, L, incipit ab ima parte appendicis coxæ; & fibr s exigit paululum obliquas; definit autem in poſteriori femore, in fine eiuſdem lineę aſperę, acutæ. Sed ſatis de quinto, & de aliis quatuor mouentibus femur; pergemus ad ſextum; ſi ante prædictorum quinque officium expoſuerimus. Conſtituti ſunt à natura omnes quinque, vt in [b] ſuperiori-
B bus oſtenſum eſt, ad extendendum femur, & ſimul vt aliquid etiam conferant ad eiuſdem motum in latera & circunductionem, id quod in hunc modum [c] preſtant. Primus cum totus contrahitur, rectà femur extendit, neque in aliam partem inclinat, ſed ſi magis verſus ſuperius, aut inferius initium contrahitur, verſus illud quoque femur adducit. Secundus pariter femur extendit; ſed ſimul ipſum adducit ad partem exteriorem, & caput eius impellit in cauum oſſis coxæ. Tertius, & quartus extendit femur, nonnihil ſurſum attrahens. Sed quartus ipſum aliquid in exteriora adducit, tertius in poſteriora magis. Vterque autem circumducit, ſed multò imbecillius quam illi, quos ſubiiciam, ad circumagendum conſtructos. Quinti muſculi pars interna, quæ rectas fibras habet, crus rectum continet, & terræ affigit, ac cum pede inſiſtimus, femur diſtendit; externę autem partis interna portio, præterquã quod idem præſtat, flectit etiam in interiora; externa vero femur in interiora trahit, & aliquatenus ſurſum colligit. Verum præter ternas huius muſculi partes iam expoſitas, alia deſcribenda eſt à pleriſque omiſſa; quamuis primum locum ſibi vendicare uideatur. Oritur hæc à ſuperiori parte oſſis pubis neruoſo initio, deſcendenſque inſeritur in lineam acutam, atque aſperam; vna tamen eius particula in chordam neruoſam degenerat, quæ cum chorda alia coit, quam inſeri in internũ
C caput imi femoris diximus; licet ergo hunc quintum muſculum ex iis quatuor partibus conficere, vel in eaſdem tamquam in muſculos diuidere. His quinque muſculis extendentibus femur, terni ſuccedunt flectentes, quorum primus, M, ſextus habebitur inter femur mouentes;
M fig. 5 initio autem carnoſo incipit à lateribus undecimæ ac duodecimæ uertebræ thoracis, tum primæ, ſecundæ, ac tertiæ lumborum; ſed cum primùm ortus eſt, rotundus efficitur, oblique deſcendens [d] in partem poſteriorem, per internam partem oſſis coxæ, vbique carnoſus, uſque ad lineam, quæ oſſis coxæ priorem partem à poſteriori diuidit; ibi enim in chordam ualidam, ac rotundam uertitur, quæ deſcendit, dum nectatur cum ſublimiori [e] parte minoris proceſſus femoris; ſed in tranſitu fertur ſuper ligamentum ſitum in oſſe pubis ea de cauſa ſinuato; quo fit vt non lædatur huiuſmodi chorda ab acuto proceſſu oſſis; nec, dum contrahitur, rece-
N fig. 5 dere à ſuo loco poſſit. Septimus, N, naſcitur initio carnoſo, ab vniuerſa parte ĩterna oſſis coxæ, veluti à ſemicirculo, & paulatim anguſtior euadens craſſeſcit, ac teres fit; ſicque tranſit ſinum ſuperioris partis oſſis coxæ; manens carnoſus, dum propè paruum proceſſum femoris perueniens, in rotundam chordã degeneret, quæ in humiliorem huius proceſſus partem in-
O fig. 5 ſeritur propè finem primi. Octauus, O, videtur aliquo modo pars quinti, niſi diligenter inſpiciatur; naſcitur enim lato, & carnoſo initio a tota linea diuidente oſſis coxæ priorem partem a poſteriori; pertinetque ſuo initio ad commiſſuram oſſium in pube; dein oblique admodum deſcendit, verſus partem poſteriorem; carnoſuſque manet, dum per chordam latam, ac breuem illigetur interno lateri oſſis femoris, è regione minoris proceſſus, vſque ad
D dimidium longitudinis femoris. Flectunt [f] ſextus, ſeptimus, & octauus femur, & ad aliud alterius lateris adducunt; nam ſextus ſurſum valde illud attrahit, & flectens in interiora ducit; id quod magis adhuc facit ſeptimus. Octauus licet & ipſe aliquantulum femur flectat; magis tamen quam ſeptimus in interiorem partem adducit. A muſculis ergo flectentibus, & tenden-
P fig. 5 tibus, femur quoque in latera mouetur. Nonus, P, liuidus & carnoſus eſt; oblique [g] autem in exteriora deſcendit; ita vt foramen quod in oſſe propè pubem eſt, totum ab externa parte operiat; tum deſcendit per totam externam partem ceruicis femoris, & conuerſus in validam, ac latam chordam; terminatur in ſinu maioris proceſſus femoris è regione ceruicis, & capitis eius. Huius officium eſt circumducere femur in partem priorem. [h] Decimus, Q,
Q fig. 7 foramen totum, quod in oſſe pubìs eſt, ab interna parte tegit, multòque validior eſt, atque inſignior nono: incipit autem a linea oſſis coxæ, propè eam partem, quà cum eo committuntur vertebræ ſacri oſſis; incipit etiam & ab interna parte oſſis coxæ, uſque ad commiſſuram, quæ in pube eſt, quod initium totum carnoſum eſt, & tribus lineis diſtinguitur: occupatque totam internam partem oſſis coxæ vſque ad pubem; inde paulatim muſculus anguſtior fit, ita vt non excedat ſua latitudine ſpacium, quod eſt inter proceſſum acutum oſſis coxæ, & partem poſteriorem appendicis eiuſdem; per

a Veſalius li. 2. c. 56.
b Supra in hoc capite & Gal. lib. de muſcu. diſſect. ca. 31. & li. 15. de vſu par. cap. 8.
c G. locis dictis.
d Ga. li. de muſc. diſſ. c. 31. & lib. 15. de vſu par. c. 8.
e G. ibid.
f G. lib. de muſc. diſſ. c. 31. & li. 15. de vſu par. c. 8.
g G. lib. de muſc. diſſ. c. 31.
h G lib. de muſc. diſſ. cap. 31.

hoc ſpacium egreditur hic muſculus quaſi per cauum;ſed ſtatim atque os attingit, ſeparatur E in tres chordas,quæ latæ incipiunt, anguſtiores tamen redduntur in ipſo ſinu,qui à duobus lineis prominentioribus in tres ſinus diuiditur,per quos ſingulæ chordæ trāſeunt;ſed cum primum inde exeunt,in vnam coeunt,quæ inſeritur in ſinum maioris proceſſus femoris, apud ſinum,vbi finiri nonum muſculū diximus. Inter hos,& dictas chordas interiecta eſt valida mēbrana pingui humore illita,quæ puluilli loco eſt,& ad motus facilitatem cōducit.At duo alij, vnus,R,à ſuperiori,alter,S, ab inferiori parte ſinus decimum muſculum complectuntur, cuius partes cenſentur;prohibentque ne poſſit ſuo loco excedere.Vnus autem oritur à proceſſu R fi.7. acuto oſſis coxæ; inhæretque ſuperiori lateri decimi muſculi à principio ad finem.Alter incipit ab eodem proceſſu,& pariter carnoſus eſt,hæretque inferiori lateri eiuſdem decimi muſculi à principio ad finem. Vterque enim finitur vna cum decimo in ſinum maioris proceſſus oſſis femoris;confertque ad mouendum femur;oritur tandem ab interna parte oſſis coxæ;vbi decimus muſculus ſitus eſt,caro,T,quædam,quæ deſcendit vſque ad femur; & includit marſupij modo tres dictas chordas decimi muſculi, quæ incluſæ tendunt ad maiorem proceſſum oſſis femoris,in cuius ſinu illigantur.Hactenus de decem muſculis mouentibus femur, qui plu F res numerari,poſſunt,ſi & quintum,& decimum diuidas,quemadmodum ſupra declarauimus. Sed decem ita propoſitis adijci vndecimus,V,debet,qui oritur à poſteriori parte coxæ;breuiſ V fi.7. què,&carnoſus procedit ad poſteriorem partem maioris ex illis duobus proceſſibus,quos græ
a Ga.li.de oſſib.c.21 ci τροχαντῆρας [a] vocant;ibique definit ſupra finem vndecimi medio loco inter vtrumque trocantera:eius officium eſt femur verſus poſteriorem partem circumducere.

Ex vndecim muſculis,qui ad femur referuntur, primus, qui ſtatim detracta cute occurrit, primo ſeparandus eſt ex tota ſuperiori parte ſpinæ oſſis coxæ,& ab imo oſſis ſacri,& oſſe coccygis,à quibus partibus tamquam ex ſemicirculo incipit;ducendus dein ſcalpellus vſque ad magnum proceſſum femoris,& ad partem poſteriorem ei ſubiectam,in qua finitur.Oritur ſecundus ab illa ſuperiori parte ſpinæ oſſis coxæ,à qua non proficiſcitur primus;tū à dorſo eiuſdem oſſis coxæ, ſimiliter in ſemicirculi ſpeciem;vnde primum reſoluendus eſt, ſcalpello oblique deorſum ducto ad exteriorem partem commiſſuræ femoris cum coxa;& tandem ad ſubliniorem partem maioris proceſſus femoris,vbi finitur.Tertius etiam ab oſſe coxæ vnde oritur ſeparari debet,& à ligamento quo vincitur commiſſura femoris cum coxa,vſque ad maiorem G proceſſum femoris,in quo finitur.Inde tranſire ad quartum oportet,cuius initium ſeparandū eſt à lateribus trium inferiorum vertebrarum oſſis ſacri; ſcalpello deinde extrorſum ducto vſque ad maiorem proceſſum femoris,in quem inſeritur. Quintus,qui maximus eſt inter muſculos totius corporis,diuidi primo debet,iuxta imam appendicem coxæ, vnde incipit, vſque ad commiſſuram oſſium pubis; inde reſoluendus à paruo proceſſu femoris vſque ad radicem eius,in qua pars huius muſculi externa finitur;nam interna interno tuberculo imi femoris illigatur.Sextus oritur à lateribus vndecimæ,ac duodecimæ vertebræ thoracis;tum primæ,ſecundæ,& tertiæ lumborum,vnde primo ſeparari debet,ſcalpello deinde oblique ducto in partem poſteriorem per internam partem oſſis coxæ, vſque ad lineam,quæ priorem partem oſſis coxę à poſteriori diuidit,& inde vſque ad ſublimiorem partem oſſis femoris,vbi finitur.Septimus ab vniuerſa parte interna oſſis coxę oritur,vnde ſeparari debet ducto deinde ſcalpello ad paruum proceſſum femoris in cuius humiliori parte finitur.Octauus oritur à tota linea diuidente priorem partem oſſis coxæ à poſteriori vſque ad commiſſuram in pube, vnde ſeparandus eſt ducto ſcalpello vſque ad internum latus oſſis femoris ę regione minoris proceſſus,finitur enim ibi ad dimidium longitudinis femoris.Nonus ab externa parte oſſis pubis,vnde proficiſcitur, ſeparari debet;& ab externo foramine cui ſuperijcitur; dein ab externa parte ceruicis femoris, vſque ad ſinum maioris proceſſus in quo finitur. Decimus incipit ab interna parte oſſis coxæ,quà vertebræ oſſis ſacri cum eo committuntur,vſque ad pubem,vnde primo ſeparandus H eſt,& ex eo ſinu extrahendus,qui eſt inter proceſſum acutum oſſis coxæ,& partem poſteriorē appendicis eiuſdem,vbi in tres chordas diuiditur,quæ deinde in vnam coeūt,quam perſequi ſcalpello oportet,vſque ad maiorem proceſſum oſſis femoris,vbi terminatur.A lateribus autem huius decimi muſculi hærent duo parui muſculi,vtrinque vnus,qui oriuntur ab acuto proceſſu oſſis coxæ, vnde reſoluendi ſunt vſque ad ſinum maioris proceſſus oſſis femoris, in quo vnà cū decimo muſculo finiuntur.Adeſt & caro,quæ decimi muſculi tres dictas chordas marſupij modo includit,quam excidere oportebit.Vndecimus à poſteriori parte oſſis coxæ, vnde originem ducit,ſcalpello ſeparandus eſt vſque ad poſteriorem partem maioris proceſſus ad ſummum femur pertinentis.

NOTA-

TABVLA. LIIII



 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui Figuris Tabulæ LIV. & LV. inscripti visuntur, declaratio.

Repræsentant septem sequentes figuræ femoris musculos.

I. Figura.

A Primus musculus femur mouens.
a Secundus à primo maxima ex parte obtectus.
b Initium primi musculi tibiam mouentis.
c Finis primi musculi ex mouētibus femur.
d Principia primi musculi femur mouentis.
e Tertius humerum mouens musculus.
f Portio abdominis musculi oblique descendentis.
g Finis partis carnosæ primi musculi ex mouentibus crus.
h Quintus musculus crus mouens.
i Quartus.
l Sextus.
m Septimus qui à lato tendine primi obducitur.

In II. & III. Figura.

B Secundus musculus femur mouens.
C Quartus.
D Tertius.
a Primus musculus femur mouens, inuersus.
b Secundus, similiter inuersus.
c Portio tertij musculi mouentis humerum.
d Clunes cute, ac carne obductæ.
e Spina ossis ilium.
f Os coccygis.
g Cutis inuersa.
h Magnus, ac exterior processus summi femoris.
i Quartus neruus ex ijs qui ad crus feruntur.
l Decimus musculus femur mouens.
m Quartus musculus mouens crus.
n Portio quinti musculi mouentis crus.
o Tertius musculus ex mouētibus crus.
p Initium quarti musculi crus mouentis.
q Initium quinti.
r Portiones decimi musculi mouentis femur.
s Portio quinti musculi femur mouentis.
t Sextus musculus ex mouētibus femur.
u Sinus, qui in sexto nuper dicto musculo insculpitur ad quartum, tibiam similiter mouentem, excipiendum.
x Posterior pars quinti musculi mouentis femur.
y Septimus musculus tibiam mouens.
z Anterior pars quinti musculi femur mouentis.
& Magnus, ac exterior summi femoris processus. F

In IIII. Figura.

E Quintus musculus femur mouens, & proprie interna eius portio, quæ notatur litera G.
G
H Externa portio eiusdē musculi, & proprie interna pars eiusdem externæ portionis, quæ notatur etiam litera I.
I
L Externa pars eiusdem externæ portionis.
a Musculi dorsum mouentes.
b Os coccygis carne obductum. G
c Os ilium.
ddd Decimus musculus ex mouentibus femur in vno femore; at in altero, *d*, notat carnosam substantiam, quæ vaginæ modo ipsum includit.
e Tertius musculus femur mouens, inuersus.
f Quartus, similiter inuersus.
g Caput summi femoris, quod in cauum coxæ ingreditur.
h Maior, ac exterior summi femoris processus.
i Os femoris excarne.
lm Octauus musculus crus mouens.
n Septimus.
p Posterior pars ossis coxæ. H
q Quintus musculus femur mouens, inuersus.

In V. Figura.

M Sextus musculus femur mouens.
N Septimus.
O Octauus.
P Nonus.
a Nonnullæ thoracis, ac lumborum vertebræ.
b Interna sedes ossis sacri.
c Quintus musculus dorsum mouens.

TABVLA LV

V



VI



VII



 E

d	Nerui qui a medulla ossis sacri oriuntur.
e	Interna sedes ossis ilium excarnis.
f	Septimus musculus femur mouens inuersus.
g	Sextus similiter inuersus.
h	Octauus musculus mouens tibiam.
i	Finis carnosæ partis dicti musculi extuberans.
l	Quintus musculus femur mouens.
m	Os femoris excarne.
n	Octauus femoris musculus inuersus.

In V I. figura.

a	Anterior superficies trium inferiorum vertebrarum lumborum.
b	Os sacrum.
c	Foramina in osse sacro, vnde exeunt nerui a medulla.
d	Interna sedes ossis ilium.
e	Os pubis.
f	Anterior sedes maximi foraminis ossis ilium, quæ a nono femoris musculo tegebatur.
g	Caput summi femoris, quod in cauum coxæ subit.
h	Maior, ac exterior summi femoris processus.
i	Nonus femoris musculus inuersus.

In V II. figura.

Q	Decimus musculus femur mouens.
R	Musculus, qui a superiori parte decimum musculum amplectitur.
S	Musculus, qui eundem ab inferiori parte amplectitur.
a	Posterior sedes ossis sacri.
b	Posterior pars ossis ilium.
T	Carnosa substantia quæ decimũ femoris musculum vaginæ modo includit.
V	Vndecimus musculus femur mouens.
d	Posterior pars ossis coxæ.
e	Maximum foramen ossis ilium, quod a decimo musculo tegebatur.
f	Vndecimus femoris musculus inuersus.
g	Decimus similiter inuersus, ac veluti in quatuor musculos diuisus.
h	Os femoris excarne.

F

G

De Musculis mouentibus crus, & pedem. Cap. X I I.

a G. lib. de inæquali intemperie c. 2.
b G. li. de musc. sect. c. 32.

Vod inter femur, & pedem est, & a crus, & tibia nominatum, duplici tantum motu ad genu mouetur, immobili femore, cum flectatur, b & extendatur; quòd si moueatur ad latera, id non fit femore immobili; neque enim commissura ossium ad genu alteri motui insigni aptatur, quàm flexui, & porrectioni; potes & vbi velis, periculum facere; deprehendes enim immobili femore crux vix ad latera moueri. Musculi ergo crus mouentes aut flectunt, aut extendunt iuncturam genu; quod si aliquid conferant ad motum in latera, magis efficiendi socij sunt, quàm effectores: numerantur in vniuersum decem; quorum primus, A, oritur à priori parte spinæ ossis coxæ, initio angusto, & carnoso; sed statim lacerti modo latescit, descendens versus comissuram femoris cum coxa, vbi iterum angustus euadit, & priusquam perueniat ad maiorem processum ossis femoris vertitur in tenuem, neruosam, & valdè latam membranam, quę complectitur primo partem musculorum amplectentium iuncturam femoris cum coxa, dein contegit totum femur, quasi cutis, dum ad poplitem accedat, vbi in internam partem appendicis tibiæ inseritur: ea membrana, qua tegi priorem, atque interiorem femoris partẽ c diximus, valde tenuis est; & tanto tenuior, quanto magis accedit ad latus internum ipsius; sed a parte externa femoris euidenter crassa, & valida, ita vt referat chordas aliorum musculorum: habet & fibras, quæ recta descendunt; iungiturque cum chordis aliquot musculorum extendentium crus; amplectitur item omnes musculos, qui per femur transeunt, quos non sinit suo loco exire, non secusquã membrana, quæ inuoluit omnes musculos ad manum tendentes. Munus eius est, vnà cum septimo, octauo, & nono rectà crus extendere. Secundus, B, oritur initio tenui, & magis neruoso, quam carnoso ab anteriori parte ossis coxæ; paulo autem post initium carnosus ex toto euadit, & ita latus, vt duplo maior sit latitudo, quam crassitudo; tum oblique descendit per internam partem femoris vsque ad dimidium longitudinis ipsius: inde recta progreditur, dum perueniat ad internum tuberculum in imo eiusdem, nam ibi aliquantulum in priora vergit; illigaturq. primæ lineæ tibiæ per tenuem, & rotundã chordã, C, quã profert, cũ vergere incipit ad partẽ anteriorẽ: attrahit hic musculus sursũ crus, versus inguẽ alterius lateris; id quod facit ope musculorũ mouentiũ femur; quibus præcipuè tribui debet eiusmodi motus; neque.n. adeò tenuis musculus per se præstare ipsum posset. Tertius, D, initio lato, & penitus carnoso oritur in longitudinẽ a cartilagine, qua ossa ad pubem inter se committuntur; ibique ortus iungitur cum musculo al-

Ta. 56. 57. 58. fi. vigitiquatuor.
A fig. 1
c Sup. in c. anteced.
H
B fig. 1
D fig. 2

A lo alterius lateris; ſed poſteà anguſtus fit, craſſus, carnoſus, & paulò minus latus quam craſ-
ſus, ita vt propè rotundus videatur; inde per internam partem femoris deſcendit, & paula-
tim ita anguſtus redditur, vt cum peruenit ad internum tuberculum imi femoris, vertatur in
chordam valde rotundam, quæ definit apud finem primi muſculi, cuius poſteriori parti inhæ-
ret; videtur hic in mulieribus gracilibus magis neruoſum ligamentum, & aſperum, quam mu
ſculus; mouet autem vnum crus verſus alterum, ope tamen muſculorum flectentium femur in
partem interiorem.
E fig.2 Quartus, E, incipit initio valido, & tenui, vnà cum alijs ab humiliori parte appendicis oſſis
coxæ, qua innitimur ſedentes; deſcenditque deorſum aliquantiſper obliquè, & ſtatim carno-
ſus redditur, ac propè rotundus; tum multò craſſior, quam initio tranſit per poſteriorem
partem femoris; ac per ſinum quinti muſculi paululum obliquè; dum perueniat ad poſte-
riorem ſedem interni tuberculi femoris apud genu; vbi tenuior, & rotundus euadens conuer-
titur in chordam rotundam, quæ vergens in partem priorem, inſeritur propè finem duorum
proxime dictorum muſculorum; magis tamen retrorſum; ſed magis deſcendit, inhærens in-
F fig.2 ternæ lineæ tibiæ; flectitur à quarto muſculo crus, ſed aliquantulum in interiora. Quintus, F,
B initio anguſto incipit ab eadem appendice oſſis coxæ, à qua quartus. Sed validior, & durior;
naſcitur autem apud latus externum initij noni muſculi, aliquantulum ſub ipſo abditus; tum
deſcendens, & carnoſus effectus, muſculi formam acquirit, magisquam tertius; ſicque perue-
nit vſque ad dimidium longitudinis femoris, per poſteriorem eius partem nonnihil vergens
in exteriorem; dein redditur tenuior, & neruoſus ab externa parte, ita vt videatur degenera-
re in chordam; accipit tamen ab interna parte carnem ortam ab interna femoris, quaſi initiū
alterius muſculi, ex vtroque enim conficitur vnus craſſior, qui deſcendit, dū inſeratur per va-
lidam chordam in acutum proceſſum, quem eius cauſa exigit ſublimior appendix ſuræ; flectit
G fig.3 autem rectà crus, ita vt in nullam partem inclinet; quaſi ſitum habeat obliquum. Sextus, G,
oritur ab appendice oſſis coxæ, à principio tertij, & quarti; oritur autem neruoſus, & ita ma-
net ferè vſque ad dimidium longitudinis; nam tunc carnoſus euadit; deſcenditque per poſte-
riorem partem femoris vſque ad poſteriorem tuberculi eius interni ad genu; quam vbi exce-
dit, vertitur in chordam rotundam, quæ inſeritur in internum latus prioris partis tibiæ, pro-
pè locum, vbi finiri diximus chordam primi, ſecundi, & tertii muſculi; non tamen deſcendit
chorda huius vt tertii, paulo enim progreditur vltra appendicem; & aliquando in ea finitur;
habet hic muſculus ſinum liuidum, à principio ad finem, per quem tranſit quartus; ſed huius
C officium eſt flectere crus; id quod facit etiam quartus cum ſimilem ſitum obtineat. Septimus,
H fig.4 H, initio lato, & neruoſo incipit à radice magni proceſſus femoris, quam totam vndique cir-
cumdat; dein carnoſus, & craſſus efficitur; recedenſque ab oſſe, tranſit ſuper octauum muſcu-
lum, cuius occupat totum latus externum; & cum eo plurimum ex priori, & poſteriori parte
femoris; ferè autem totus carnoſus eſt, vſque ad patellam genu; vbi vertitur in latam chor-
dam, quæ vna cum chorda octaui, & noni muſculi amplectitur patellam, inſeriturque in prio-
rem partem tibiæ. At chorda quoque ſexti muſculi coniungitur aliqua ex parte cum chorda
ſeptimi; imò contegit totam eius partem externam; nam cum poſteriori coniungitur quartus
I fig.5. muſculus, cum priori nonus. Octauus, I, complectitur vniuerſam latitudinem oſſis femoris, ex-
cepta linea à poſteriori parte, in quam inſeritur quintus muſculus ipſum mouens, & excepta
ima à poſteriori parte eiuſdem, ad radicem tuberculorum propè genu: naſcitur autem initio
neruoſo à ceruice oſſis femoris; ſed antequam perueniat ad minorem proceſſum ipſius, effici-
tur carnoſus, ſumitque partem ſui initii ab hoc proceſſu, ita vt videatur habere duplex ini-
tium; à quo ortus, ita femoris os complectitur, vt in poſteriori parte latera ferè ſe contingant;
ſed quanto magis deſcendit, tanto magis efficitur carnoſus, & craſſus, vſque ad patellam ge-
nu; vbi aliquantulum aſſurgens, efficit veluti ſemicirculum carnoſum, à quo proficiſcitur lata
chorda, quæ patellam contegit: eſt autem totus in longitudinem è regione ſemicirculi craſ-
ſus; minus tamen ea parte, qua ſubiicitur ſeptimo muſculo, quamuis & ipſa quoque carnoſa
D ſit; ſed cum aſſurgat in longitudinem oſſis femoris octauus muſculus, ab exteriori ſeptimus;
M fig.5 reſtat inter vtrumque ſinus, M, longus, ac liuidus, quē implet nonus, L, muſculus ad quem per-
L fig.4. gimus. Incipit hic principio tenui, & neruoſo, à tuberculo ſito in priori parte coxæ, è regione
caui illius, in quo recipitur femur; inde carne auctus, in figuram piſcis, aut lacerti rectà deſcen
dit; tum verſus partem priorem vergens, aliquanto latior efficitur propè medium longitudi-
nis femoris, tranſitque per ſinum quem effici diximus à ſeptimo, & octauo muſculo, & paula-
tim anguſtior fit, & priuſquam perueniat ad genu, degenerat in membranam propè rotundā,
tenuem, latam, cuius interna pars pingui humore illita eſt, qui prohibet, ne inhæreſcat oſſi fe-
moris; hæc ſuper patellam genu progreditur, vbi magis lateſcit, miſceturque cum chordis ſe-
ptimi, & octaui muſculi, non tantum tamen cum illis, quantum illæ inter ſe confundūtur; nam a Gal. li. de
N fig.4 magno negocio auellitur, fit ergo [a] ex ſeptimo, octauo, & nono muſculo chorda, N, vna lata, muſ. diſſec.
cui adeò patella inhæreſcit, à parte externa, vt videatur ab ea proficiſci; at vbi patellam tran- c. 32.
ſiit, mixta cum alijs chordis redditur anguſta, ſicque inſeritur in priorem partem tibiæ, non
procul à genu. Munus huius muſculi, & duorum ſuperiorum, vna cum primo eſt, rectà crus ex-
ten-

tendere. Decimus, O, valde paruus, & carnoſus ſitus eſt ſub genu in poplite, vbi tegitur ab illis muſculis, qui à tuberculis imi femoris orti, tendunt ad poſteriorem partem cruris. Sumit initium decimus muſculus ex poſteriori parte à grandi, & valido ligamento, quod in externo latere genu nectit femur cum crure; habet autem initium ita latum, vt tegat poſteriorem partem genu; ſed ſtatim carnoſus efficitur, & verſus internam partem iuxta os deſcendit; ſicque efficitur paulò magis longus, quam latus; neque enim longius progreditur; ſed paulò infra appendicem tibiæ in priori parte inſeritur; æquat finis latitudinem muſculi; vergitq. oblique ad latus internum poſterioris partis tibiæ, cui magna ex parte illigatur; nam exigua nectitur cum ligamentis genu; femur verò nullibi attingit. Quod attinet ad munus, cum & paruus ſit, & non habeat rectum ſitum, non videtur idoneus ad flectendum crus; quod ei tribuit Galenus; [a] aliquid tamen confert ad adducendum verſus partem exteriorem, id quod deprehendere licebit, ſi vtraque manu femur immobile reddens, adducere crus in alterutrum latus coneris; aliquid enim proficies, id quod acceptum referre debes magis huic muſculo, quam reliquis minus ad eum motum idoneis.

E

O fig 8

a Gal. lib. 2 de anato. adm. & Galen. lib. de muſ. diſſe. c. 32. & 33.

Pes mouetur [b] perinde ac manus, cum flectitur, extenditur, ad latera ducitur: hos motus præſtant nouem muſculi; quorum primus, P, oritur à radice interni tuberculi imi femoris initio, ſi vnitatem ſpectes, ſimplici; ſi ſubſtantiam, duplici; ſiquidem pars eius ſublimior, & interna lata eſt, & carnoſa; humilior, & externa penitus neruoſa, & [c] liuida: ſed paulo infra poplitem ex vtraq. efficitur vnus muſculus valdè carnoſus, & craſſus; qui priuſquam ad dimidium longitudinis tibiæ perueniat, anguſtior redditur, & minus carnoſus, definit enim in chordam, quæ tantum in medio carnoſa eſt; pergit hæc per poſteriorem tibiæ partem à latere interno; nam ab externo progreditur Secundus, Q, muſculus, qui ab externo tuberculo imi femoris incipit; dein ad crus deſcendit eo modo, quo primus; nam hic [d] externum; primus internum latus poſterioris cruris implet. Sed non multò poſt initium, ambo ſimul iunguntur, T, per quaſdam fibras neruoſas; cum quibus tantò magis miſcentur, quanto magis deſcendunt; & tádem ex vtroque fit chorda [e] vna communis; diutius tamen carnoſus manet primus, quam ſecundus; miſcetur communis hæc chorda, cum ſubiecta chorda tertij muſculi, ita vt vſque ad calcem nullo pacto queat ſeparari; nam ex vtraque rurſus vna fit cõmunis, quæ à poſteriori parte in vnum [f] calcem inſeritur. Illud de initio primi, & ſecundi muſculi ſcire licet, quod ne conterantur à tuberculis imi femoris, ſuper quæ ſtatim tranſeunt muſculi à poſteriori parte, natura adiecit vtrique paruulum os ſeſamoides, quamuis hoc ſæpe deſit initio interno, vel externo, ita vt in altero tantum reperiatur. Tertius, R, maximus eſt inter omnes, qui ſub genu ſunt, adeo enim amplus eſt, vt occupet poſteriorem cruris ſedem; naſcitur [g] autem neruoſo, & valido initio a poſteriori parte commiſſuræ tibiæ cum ſura, tum aliquantiſper deſcendens adeò lateſcit, vt ſuperet latitudinem tibiæ, & ſuræ; minus vero craſſus eſt, quam latus, nam ſemper latior fit vſque ad dimidium longitudinis cruris, per cuius poſteriorem partem fertur. Verum ibi rurſus anguſtior fieri incipit, dum propè calcem accedat; vbi vertitur [h] in chordam, quæ validiſſima fit, & craſſa adiecta, V, chorda primi, & ſecundi muſculi; illigaturque vt ante dictum eſt, in poſteriorem partem calcis; quæ ob hanc cauſam aſpera, & caua eſt. Verum quia calcis os à poſteriori parte vltra crus prominet, tertius muſculus, qui in toto itinere cruri hæret, cum in chordam vertitur propè finem, neceſſe eſt ab ipſo recedat, vt in calcem inferatur; quo fit, vt medium quoddam ſpacium relinquat in trianguli ſpeciem. Quartus, S, initio rotundo, neruoſo, ac tenui incipit ab externo tuberculo imi femoris, & paulò poſt lateſcit; ita vt propriam muſculi figuram acquirat, ſed ſub poplite rurſus efficitur tenuis, vertiturque in chordam valde tenuem, quæ non ſecus quam muſculi deſcendit ſub duobus primis, & tertio ſuper iecta declinis fertur, oblique, dum perueniat ad internum latus chordæ à duobus primis muſculis confectæ; vbi miſceri incipit cum chorda tertij; tum deſcendit ad internam partem calcis, cui innaſcitur. Quintus, X, ſimiliter ſitus eſt in poſteriori parte cruris ſub duobus, quos dicemus flectere digitos pedis; hæretque membranæ nectenti ſuram cum tibia, per totum crus; oritur [i] enim qua tibia à ſura dehiſcere incipit; ſtatimque carnoſus apparet, & latus; latitudinem retinet vſque ad inferiorem tibiæ appendicem; ita vt tegat à poſteriori parte membranam, qua nectitur ſura cum tibia, & magnam partem poſterioris tibiæ; ſed ei membranæ innaſcitur à latere interno ſuræ per totum progreſſum vnde robur acquirit. At cum inferiorem tibiæ appendicem attingit, ferè æquè latus ſeruatur, ibique a latere interno chordam profert; quæ vbi carnis expers euadit, decliuis fertur ad ſinum illius proceſſus, qui eſt in poſteriori parte appendicis tibiæ ſub malleolo interiori; in eo ſinu tranſuerſum ligamentum eſt, quod elabi chordam hanc non patitur, cum obliqua tendit ad partem pedis inferiorem; vbi deinde ſubijcitur omnibus muſculis eam partem pedis occupantibus; dum validè illigetur in inferiorem ſedem illius oſſis plantæ; quod proximum eſt oſſi cyboidi, & proceſſum habet huius muſculi gratia effictum. Sed vbi ſub planta reflectitur, cartilaginem adiunctam habet, vna cum oſſe ſeſamoide, ne atteratur; id quod euenit etiam ſexto, quem paulò poſt ſubiiciemus. Chorda igitur quinti muſculi ab altero eius oſſe proficiſcitur: ita vt muſculus ſecuris figuram imitetur: eſtque ex eorum numero, qui ligamento ad malleolum continentur; ſunt enim inter

calcem,

b Gal. li. 3. de vſu par. c. 10.

c Gal. li. de muſ. diſſe. c. 33. & li. 2. de anat. cap. 9

d Gal. li. de muſ. diſſe. c. 33.

e Gal. ibid.

f Gal. ibid.

g Ga. li. de muſc. diſſ. c. 33.

h Ga. loco citato.

i Gal li. de muſc. diſſ. c. 32.

P fi. 10 F

Q fi. 10

R fi. 11 G

S fi. 11.

X fi. 13 H

A calcem, & malleolum tres finus, & tria ligamenta vbi transeunt, & continentur chordæ quin-
Y fi.15 ti musculi, & duorum aliorum, qui flectunt digitos, & huic quinto superiecti sunt. Sextus, Y, superiectus est in anteriori [a] parte cruris alijs omnibus musculis; nasciturque similiter ab anteriori parte; qua tibia, & sura, inter se iunguntur; sumit enim initium acutum ab vtraque, & à ligamentis, qua inter se nectuntur; dein latus fit, magis quam crassus; sed antequam progrediatur vltra dimidium cruris, angustior euadit, vertiturque multò supra pedem in chordam rotundam, quæ sub transuerso ligamento quod inter imam tibiam, & suram est, descendit ad internam partem pedis; transitque per paruum finum, quem efficiunt ligamenta nectentia primma ossa pedis; & proprie iuxta os scaphoides; dum perueniat ad internam partem illius ossis plantæ; quod situm est è regione magni digiti; valideque inseratur in finum, qui ad initium huius ossis à parte interna inspicitur.

a Gal.li.de musc. diss. c. 33.

Coniungitur hic musculus ab interno latere, externo lateri lineæ acutæ, quæ in tibia prominens, vergit in partem interiorem, vt cedat partim huic musculo; partim illis, qui sub ipso siti sunt. Coniungitur & ab externo latere à principio ad finem cum septimo muscu-
Z fi.15 lo mouente pedem, ad quem nunc aggredimur. Septimus, Z, ergo initio angusto, valido, & neruoso incipit ab externa parte appendicis superioris suræ, & à ligamentis ipsam cum tibia nectentibus; ibi autem nascitur, vbi quartus musculus tibiam mouens in-
B seritur; non longo vero progressu suræ innascitur hic musculus; sed ab ipsa recedens tendit supra caput octaui musculi pedem mouentis; apparetque externa sede liuidus, interna, qua alios musculos attingit, rubicundus, & carnosus; à lateribus liuidus, & carnosus; & talis progreditur, paulo vltra dimidium suræ, rectà decliuis, quanquam in exteriori parte non ita exquisitè carnosus est; magis tamen carnosus est à lateribus, quam in medio; vbi in chordam degenerat, sub dimidio longitudinis suræ; fertur hæc paulatim oblique versus partem posteriorem suræ; neque amplius externum eius latus tegit; sed in posteriorem partem vergens, externum malleolum relinquit; procedit enim per finum inferioris appendicis suræ, tectaque eo li-
S fi. 15 gamento, S, quod à sura ad calcem, & talum pertinet, deorsum ducitur versus partem posteriorem plantę; vbi transit per finum coopertum pingui humore, & tenui membrana; insculptũ que in inferiori sede ossis tali; ita vt tandem inferatur in radicem illius ossis plantæ, quod è regione magni digiti situm est; ibi enim asperitas est, vbi hæc chorda illigatur; quamquam illigatur interdum ad radicem illius ossis tarsi, quod spectat ad medium digitum; in transitu autem
Γ fi. 15 per finum ossis tali durior fit, & cartilaginosa. Octauus, Γ, qui totus iacet sub septimo, excepta priori parte, nascitur sub appendice suræ superiori, ab externa parte versus anteriorem, ex toto carnosus; suræque perpetuò inhærens, sub septimo descendit, sed vltra dimidium longitudinis suræ definit in chordam rotundam, quæ non secus quam chorda septimi deorsum ver-
C git versus posteriorem partem suræ, non tegitur chorda hæc à chorda septimi, sed in priorem partem prominens hæret anteriori lateri eius; tum transit per finum in posteriori parte imæ appendicis suræ; vbi transuerso ligamento circumdatur; inde rursus in priora descendens, illigatur duplici fine processui illius ossis plantæ, quod cum cyboide nexum, paruum digitum sustinet.

Δ fi.15 Nonus, Δ, nascitur iuxta dimidium cruris, à parte externa quarti musculi qui in priori parte cruris collocatus, extendit quatuor digitos pedis; incipit autem initio carnoso, ita vt non videatur aliud quam caro; tum descendens ad superiorem partem pedis, degenerat in chordam, quæ sub transuerso ligamento procedit, & in planta, per quasdam fibras neruosas, cum subiectis musculis miscetur; sed bipartitus tandem inseritur in superiorem partem illius ossis plantæ, quod sustinet paruum digitum, ibi autem finitur, vbi hoc os cum cyboide committitur.

Sunt qui putent hunc musculum numerandum esse inter eos, qui digitos extendunt, cum ab illis nascatur, & in ipsos desinat; sed cũ in nullum ex ossibus ad digitos pertinentib. inferatur, magis referendus videtur inter eos qui pedem mouent, ad quorum proprium munus pergere iam tempus est.

D Primus ergo, secundus, & tertius, qui in posteriori parte cruris vnam communem chordam [b] efficiunt, calcem attollunt, & reliquum pedem humi firmant; quo spectat etiam quintus, qui calcem attollens, causa est cur insistere digitis valeamus, idem præstat quartus, sed obscure; sextus, septimus, octauus, & nonus contrarium motum cient, cum imum pedem rectà versus genu attollentes, efficiant, vt calci insistamus. Existimant [c] nonnulli si tam hi, quam illi viciſsim agant, pedem in latera moueri.

b Gal.li.de musc. diffe. c.33.

c Vesalius lib.2. c.59. & Valuer li.2. c.38.

Restant digiti, qui in pede, perinde [d] atque in manu tenduntur, flectuntur, mouentur ad latera; quamquam magnus [e] digitus in pede, non tribus, sed duobus tantum articulis continetur; quorum primus eodem modo flectitur, ac primi articuli reliquorum digitorum; id quod magno digito manus minimè vsu venit, qui cum flectitur, non rectà deorsum vergit, sed ad reliquos digitos accedit, quibus vbi flectantur, superponitur.

d Gal. li.3 de vsu pa. c. 10.

e Gal.li.de ossib. c.25.

In vniuersum igitur digitorum pedis primi articuli, cum flectuntur, aut recta procedunt, E
aut in alteram partem modicè inclinant. At secundus articulus magni digiti; secundus item, & tertius reliquorum quatuor, tantum recta flectitur, & rectà extenditur, neque vergit in alterutrum latus; id quod euenit etiam digitis manus; vt autem vtriusque partis motus similis est, ita & musculorum ratio.

Ergo inter musculos digitorum pedis, primus, B, incipit initio partim neruoso, partim B fi.17
carnoso ab inferiori parte ossis calcis, & propriè ab eius tuberculo, quo humi innitimur; sed cum primum ortus est, totus carnosus efficitur, & paulatim latescit: valideque hæret toti illi substantiæ carnosæ, quæ in planta est, subijciturque latiori membranæ, A, re- A fi. 17
a Supra c. 7. huius libri. spondenti illi quam in manus palma esse diximus, [a] at cum excedit dimidium longitudinis pedis, diuiditur in quatuor partes carnosas, quarum singulæ in singulas chordas conuersæ, rectà ducuntur ad radicem secundi ossis digiti illius ad quem spectant; latescentesque toti ossi illigantur, sed transeunt per totam longitudinem primi ossis cuiuslibet digiti sub ligamento transuerso; & finduntur, h, vt aditum præbeant subiectis chordis; id quod h fi. 18
b Supra c. 7. similiter euenire diximus [b] illi musculo manus, qui flectit secundos articulos quatuor digitorum.

Idem facit nunc propositus musculus in pede, [c] qui flectés quatuor digitorum secundos ar F
c Gal. li. 2. de anat. ad min. c. 9 ticulos, iungit quantum potest summos digitos cum calce. Differt tamen hic musculus ab illo, qui in manu, quod breuior sit, latior, & tenuior; neque nascatur à crure, vt ille à cubito. Sequuntur nunc secundus, & tertius, qui flectunt secundum articulum magni digiti, & tertium reliquorum quatuor, subijciunturquè quarto musculo mouenti crus; & quinto, cuius figuram, & magnitudinem imitatur. Nascitur Secundus, D, à posteriori parte commissuræ tibiæ cum D fi.18
sura, propè genu, initio carnoso, quod augetur à sura, iuxta quam progreditur hic musculus; sed dein supra tertium musculum, qui proximè sequitur; & sub maximo ex ijs, qui sunt in posteriori parte cruris, transiens latescit, vsque ad finem cruris; vbi à parte interna vertitur in chordam rotundam, quæ paulo supra se ostendens, fertur sub transuerso ligamento per sinum eius causa factum in interna parte calcis, vbi recipitur talus; sed cum primum ex hoc ligamento, & sinu excessit, obliqua fertur per plantam inter chordas musculorum flectentium primos articulos digitorum, & aliorum, qui quatuor digitos ad magnum adducunt; inde vlterius progressa transit per totum primum os pollicis sub ligamento, dum inferatur in secundum eius articulum. Verum ab hac chorda deriuatur in media planta ramulus, qui misce tur cum aliquibus chordis tertij musculi; confertque ad flectendum tertium articulum digiti G
indicis, & medij.

Tertius, C, similis est quinto mouenti pedem, cui superijcitur; descendit autem cum secúdo C fi.18
proximè dicto; magis tamen vergit ad partem posteriorem; cum plus amplectatur ex tibia, quàm ex sura: manet tamen vbique latus, dum perueniat propè calcem, vbi ab interna parte rotundam chordam profert, quæ sub transuerso ligamento transit per sinum medium, inter duos vtrinque sitos; cum vero ad plantam peruenit, sub chorda secundi musculi angustior fit, tenditque ab interna parte magis versus externam, quam chorda secundi, & ibi in quatuor chordas diuiditur, quarum vnaquæque pertinet ad tertium os digiti, è cuius regione sita est, sed transit per rimam, quam diximus esse in chordis primi musculi in pede, non secus atque in manu: tres itaque musculi propositi flectunt secundos, & tertios articulos digitorum pedis; primus secundum quatuor digitorum; secundus secundum magni digiti; tertius tertios quatuor digitorum.

His ternis quatuor, E, alii adiiciuntur, quatuor digitos leuiter in internum latus ducen- E fi. 19
tes, & magis extendentes secundum, & tertium articulum ipsorum, qui inhærent perinde atquè in manu quatuor chordis flectentibus tertios. Differunt tamen ab ipsis, quod non modo nascantur à membranis inuoluentibus chordas, sed ab externa parte ligamentorum nectentium ossa pedis; à quibus incipientes diuiduntur in quatuor paruos musculos, quorum quilibet inferitur ab interno latere in externam chordam digiti illius, ad quem spectat, non H
secus atque in manu.

His accedunt decem, F, G, H, alii; respondent autem illis, qui collocati sunt in palma F G H.
manus; quamquam in planta non ita distincti cernuntur; sed videntur aliquo modo ca- fi. 20
ro plena fibris ducta in longitudinem plantæ. Implet hæc spacia inter ossa, & inseritur in radicem, & propriè ad ligamentum quinque digitorum omnium, ita vt ad singulos bini perueniát musculi ab eiusmodi carne prodeuntes, ab vtroque latere vnus. Vniuscuiusque munus est flectere primum articulum illius digiti, cui illigatur; his decem septem additur decimus octauus, I, qui in priori parte cruris situs est, sub sexto pedé mouente. Nascitur autem initio ner- I fi. 21.
uoso à tibia, vbi cum sura iungitur sub genu; dein fit subito carnosus, & descendens ad mediú cruris profert carnem, ex qua fieri diximus nonum musculú ex ijs qui pedé mouét; tum descédit per priorem parté cruris; dum propè tráfuersum, ligamentú perueniat; quod esse diximus ad primam partem pedis; ibiq; conuertitur in chordam, quæ per hoc ligamétum, quasi per an

A nulum transit, sed priusquam inde penitus excesserit, diuiditur in alias quatuor chordas, quæ recta tendunt latiores effectæ ad quatuor digitos è regione, quibus illigantur, atque ad extendendum inseruiunt.

L fi. 21 Decimusnonus, L, situs est in priori parte cruris paulo sub proximè dicto; & partim super latus eius internum: oritur autem à latere externo tibiæ, quà membrana incipit, eam cum sura coniungens, initio carnosus; tum descendit, eidem membranæ inhærens, per totam ipsius longitudinem aliquantulum vergens in exteriora, dum in chordam conuertatur, quæ transit sub ligamento sito ad radicem pedis in priori parte, & recta tendit, dum innascatur vniuersæ longitudini pollicis. Habet autem vim rectà extendendi pollicem ad neutram partem inclinans. Vigesimus, M, super plantam iacet, nasciturque à ligamento, quod astringit os cyboides cum calce, initio carnoso; imò totus musculus aliquantulum procedens, caro tantum videtur; tum oblique tendens versus priorem partem ad radices digitorum diuiditur in quatuor partes carnosas; à quarum qualibet nascitur chorda; quarum prima inseritur, in internam partem pollicis aliquantulum sursum: secunda in indicem, & ita deinceps; sed ad paruum digitū non fertur ab hoc musculo chorda, nisi admodum raro. Diuidi etiam hic musculus potest in B multos; sed ob faciliorem doctrinam vt vnus numeratur: cuius officium est conuertere digitos in partem exteriorem. Vigesimus primus, N, situs est in externo latere pedis; nascitur autem initio neruoso à tuberculo sito in osse calcis à latere externo; sed paulo post efficitur carnosus; & acquirit propriam musculi figuram; & ita progreditur, dum perueniat apud paruum digitum; vbi chordam exigit; quæ inferitur in primum os huius digiti; per hunc diducit paruus digitus ab alijs, ita vt quintæ chordæ vsum præstet; quæ plerumque deest vigesimo. Vigesimus secundus, O, residet in interna parte pedis in longitudinem, vbi figuram musculi seruat; nascitur autem à ligamentis ossis calcis, & tali, initio carnoso; dein latescit, dū vsque ad dimidium pedis pertineat; vbi rursus angustior redditur; vertiturque in chordam rotundam; quæ illigatur externo lateri primi articuli pollicis, quem diducit ab aliis digitis. Sed satis de musculis tam ad internas, quam ad externas partes corporis attinentibus.

M fi. 22

N fi. 22

O fi. 23

Pergamus ad sectionem musculorum, qui ad crus, pedem, & eius digitos pertinent; & primo ad eos, qui tibiam mouent; quorum primus separandus est à priori parte spinæ ossis coxę, vnde oritur, scalpello deorsum ducto versus iuncturam femoris cum coxa, & maiorem processum femoris ad poplitem, atque ad internam partem appendicis tibiæ. Secundus ab anteriori C parte spinæ ossis coxæ separandus est, scalpello deinde ducto per internam partem femoris, vsque ad dimidium longitudinis ipsius, & inde rectà vsque ad internum tuberculum imi eiusdem femoris, ibi enim aliquantulum in priora vergere debet, vsque ad tibiam, vbi finitur. Tertius resolui debet à cartilagine, quà ossa ad pubem inter se committuntur; dein ab interna parte femoris, & ab interno tuberculo ipsius, vsque ad tibiam vbi desinit iuxta finem primi.

Quartus incipit ab humiliori parte ossis coxæ, qua sedentes innitimur; inde primò separari debet, & dein à posteriori parte femoris, atque interni tuberculi apud genu, vsque ad tibiam, vbi desinit apud finem duorum prædictorum. Quintus ab appendice ossis coxæ, vbi iuxta latus externum noni musculi incipit, resoluendus est, tum deorsum scalpellus ducendus per posteriorem partem femoris, versus externam, & ab interna etiam, vbi quasi nouum initium accipit, vsque ad processum sublimioris appendicis suræ, in qua finitur. Sextus similiter oritur ab appendice ossis coxæ, sub principio tertij, & quarti, vnde resoluendus est, scalpello ducto per posteriorem partem femoris, & tuberculi eius interni vsque ad internum latus prioris partis tibiæ; finitur enim propè eam partem, vbi definit tertius, quartus, & quintus, quamuis minus descendat huius chorda, quam tertij, quæ progreditur vltra appendicem. Septimus à radice magni processus femoris, quam vndique magno initio circundat, separetur; dein à latere D externo octaui musculi à patella genu, & vsque ad priorem partem tibiæ, vbi finitur. Octauus oritur à ceruice ossis femoris, vnde resolui debet, scalpello ducto ad maiorem processum, & à posteriori parte deorsum ad patellam genu. Nonus resoluendus est à priori parte coxæ, è regione caui, vnde incipit; tum per medium longitudinis femoris scalpello ducto seiungendus à sinu, quem efficit septimus, & octauus musculus vsque ad patellam genu, in quam inseritur mixtus cum chorda septimi, & octaui. Decimus, qui abditus est sub genu, tunc incidi debet, cum remoti sunt duo primi mouentes calcem: oritur autem ex posteriori parte grandioris ligamenti in externo latere genu, & paulo infra appendicem tibiæ in priorem partem inseritur; præsertim ad latus internum tibiæ.

Pes nouem musculis mouetur, quorum primus à radice interni tuberculi imi femoris vnde incipit, resoluendus est; tum à tibiæ posteriori parte ex latere interno, nam externo progreditur. Secundus musculus, qui incipit ab externo tuberculo femoris, vnde similiter resolui debet; separandi & inter se sunt primus, & secundus; nam non multo post initium inter se iungūtur; vtriusque verò chorda simul confunditur vnà cum chorda tertij musculi, quam persequi scalpello oportet, vsque ad calcem in quem inferitur.

Tertius qui maximus eſt ex ijs, qui ſub genu apparent, à poſteriori parte commiſſuræ tibiæ cum ſura, vnde proficiſcitur, diuidi debet, & à poſteriori parte tibiæ, per quam fertur vſque ad chordam primi, & ſecundi muſculi iam dicti, cum qua confunditur. Quartus incipit ab externo tuberculo imi femoris, & ſub poplite tendit, vnde ſeparari debet ſcalpello oblique ducto ad internum latus chordæ, ex duabus primis, & tertia commixtæ. Quintus oritur qua tibiæ os dehiſcere, à ſura incipit, & per poſteriorem partem deſcendit, vnde reſolui debet, ſcalpello inde ducto ad ſinum proceſſus illius, qui eſt à poſteriori parte appendicis tibiæ, ſub malleolo interno, & inde vſque ad inferiorem ſedem illius oſſis plantæ, quod proximum eſt cyboidi, vbi finitur. Sextus naſcitur ab interiori parte, qua tibia, & ſura inter ſe iunguntur, & per dimidium cruris progreditur ad pedem; & ſub tranſuerſo ligamento tranſiens, peruenit ad internam partem illius oſſis plantæ, quod ſitum eſt è regione magni digiti, vnde reſolui debet; ſcalpello à principio ad finem ducto. Septimus incipit ab externa parte ſuperioris appendicis ſuræ, & à ligamentis ipſam cum tibia nectentibus; & vſque ad dimidium ſuræ recta progreditur, vnde ſeparari debet, ducto deinde ſcalpello oblique verſus partem poſteriorem; in quam vergit eius chorda, & per ſinum appendicis ſuræ à calce ad talum, vſque ad radicem illius oſſis plantæ, quod è regione magni digiti ſitum eſt, ibi enim finitur. Octauus iacet ſub ſeptimo; naſciturque ab appendice ſuræ ſuperiore, ab externa parte verſus anteriorem, & perpetuò ſuræ inhærens, deſcendit vltra dimidium longitudinis ſuræ, vnde ſeparari debet, ducto dein ſcalpello ſub eius chorda, quæ deſcendit verſus poſteriorem partem ſuræ, & tranſit per ſinum imæ eius appendicis, vbi tranſuerſo ligamento circumdatur; vnde rurſus in priora deſcendens illigatur proceſſui illius oſſis plantæ, quod cum cyboide nexum, paruum digitum ſuſtinet. Nonus à dimidio cruris, & propriè à priori parte incipit, & deſcendit ad priorem partem pedis ſub tranſuerſo ligamento; atque in planta cum ſubiectis muſculis miſcetur, & bipartitus inſeritur in ſuperiorem partem illius oſſis, quod è regione parui digiti ſitum eſt, ibi enim finitur, vbi hoc os cum cyboide committitur; ita vt ſcalpellus à principio per vniuerſum hunc proceſſum vſque ad finem duci debeat. Reſtant digitorum muſculi viginti duo; quorum primus incipit ab inferiori parte oſſis calcis, & propriè ab eo tuberculo, quo terræ innitimur: hæretque toti ſubſtantiæ carnoſæ, quæ in planta eſt, & cum excedit dimidium pedis, diuiditur in quatuor chordas, quæ ducuntur ad radicem ſecundi oſſis illius digiti, ad quem ſpectant: Finiunturque vt aditum præbeant ſubiectis chordis ad tertios articulos pertinentibus. E F

Quamobrem non eſt difficile primum hunc ab initio vſque ad chordarum finem ſeparare. Secundus à poſteriori parte commiſſuræ tibiæ cum ſura propè genu oritur, & per ſuram progreditur ſuper tertium, quem proximè ſubijciemus. In poſteriori autem parte cruris vertitur in chordam, quæ fertur ſub tranſuerſo ligamento ad internam partem calcis; & inde oblique tranſit ad primum os pollicis, & in ſecundo finitur; ſed in media planta ramulum profert, qui miſcetur cum chorda tertij muſculi, ad quem accedere oportet, ſecũdo prius ſeparato per ſcalpellum à principio ad finem. Tertius ſimilis eſt quinto, quem mouere pedem poſuimus, cui ſuperijcitur: deſcendit autem cum ſecundo proximè enarrato, ſed magis vergit ad partem ſuperiorem; pluſque complectitur ex tibia quam ex ſura, inde tendit ad calcem, vbi in chordam degenerat, quæ ſub tranſuerſo vinculo tranſit, & ad plantam procedens, in quatuor chordas ſeparatur, quarum vnaquæque pertinet ad tertium os digiti, e cuius regione ſita eſt, tranſitque per rimam, quam diximus eſſe in chorda primi muſculi; hunc igitur à principio ad finem perſequi ſcalpello non difficile erit; quibus ſectis, ſequuntur quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, qui inhærent quatuor chordis tertij muſculi nuper dicti; naſcuntur autem ab externa parte ligamentorum nectentium oſſa pedis, & inſeruntur in externam chordam digiti illius ad quem ſpectant. His accedunt decem alij, qui in longitudinem plantæ implent ſpacia quinque digitorum, ita vt duo ad vnumquemque pertineant; videntur tamen magis caro confuſa, quam muſculi diſtincti, quos ſecare poſt prædictos oportet, vt ad decimum octauum accedas, qui naſcitur vbi tibia cum ſura coniungitur ſub genu; & deſcendit ad medium cruris per priorem partem, & propè ligamentum tranſuerſum, iuxta primam partem pedis; tum diuiditur in quatuor chordas, quæ rectà tendunt ad quatuor digitos è regione. Apparet igitur quo pacto duci à principio ad finem ſcalpellus debeat; Decimus nonus oritur à latere externo tibiæ, vbi incipit membrana, quæ ipſam cum ſura nectit; tum deſcendit ei membranæ inhærens, tota longitudine aliquantulum vergens in exteriora; & in chordam degenerat, quæ tranſit ſub tranſuerſo ligamento ſito ad radicem pedis in priori parte, & rectà tendit ad pollicem, per iter iam dictum. Vigeſimus, qui plantæ ſuperiectus eſt, naſcitur à ligamento quod aſtringit os cyboides cum calce, & oblique deſcendens ad radices digitorum, diuiditur in quatuor partes, quarum prima inſeritur in internam partem pollicis, ſecunda in indicem, tertia in medium; quarta in eum qui ſequitur; vix enim reperies quintam partem, quæ ad paruum digitum pertineat; hunc igitur ſcalpello à principio ad finem ſimiliter ſeparabis. Vigeſimus primus naſcitur à tuberculo ſito in oſſe calcis à latere G H

TABVLA LVI



externo vnde progreditur apud paruum digitum, in cuius primum os inferitur; ita vt promptè E
totus ſeparari poſſit. Vigeſimus ſecundus naſcitur à ligamentis oſſis calcis, & tali, & lateſcens ad dimidium pedis progreditur, vbi rurſus anguſtior effectus, vertitur in chordam, quæ finitur in externo latere primi articuli pollicis. Hæc de ſectione muſculorum; quam licet etiam alio pacto moliri, vt ſcilicet primò chordæ, ſeu extrema muſculorum ſeparentur; deinde ſcalpellus vſque ad initia ducatur: ſed ſatius eſt primo initia reſoluere, vt vniuſcuiuſque officium deprehendatur; quod facile fiet, ſi reſolutum initium manibus attrahamus. Sunt qui alio ordine ad muſculorum ſectionem accedant, quod ſic exiſtimēt magis inuiolatos ſingulos ſeruari; ſed modo omnes reperiantur, parum intereſt.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LVI. LVII. & LVIII. inſcripti viſuntur, declaratio. F

In I. & II. Figura.

A	Primus muſculus ex mouentib. crus.
B	Secundus.
C	Chorda ſecundi muſculi crus mouētis
D	Tertius muſculus tibiam mouens.
E	Quartus.
F	Quintus.
a	Primus muſculus crus mouens inuerſus.
b	Secundus ſimiliter inuerſus.
c	Octauus muſculus tibiam mouens.
d	Tertius muſculus ex mouentib. crus.
e	Octauus muſculus femur mouens.
f	Nonus muſculus ex mouentib. tibiã.
g	Initium primi muſculi mouentis tibiã.
h	Tibiæ os excarne.
i	Quartus muſculus femur mouens.
l	Decimus.
m	Portio tertij muſculi mouentis femur.
n	Muſculus, qui ab inferiori parte decimum femoris muſculum amplectitur.
o	Portio quinti muſculi mouētis femur.
p	Sextus muſculus mouens tibiam.
q	Portio octaui muſculi mouentis tibiã.
r	Septimus muſculus ex mouētib. crus.
s	Maior, ac exterior ſummi femoris proceſſus.
t	Primus muſculus pedem mouens.
u	Secundus.

In III. & IIII. Figura.

G	Sextus muſculus tibiam mouens.
H	Septimus.
I	Octauus.
L	Nonus.
N	Communis chorda ex ſeptimo octauo & nono muſculo mouente crus.
a	Tertius inuerſus.
b	Quartus ſimiliter inuerſus.
c	Quintus inuerſus.
d	Sextus inuerſus.
e	Initium ſexti muſculi tibiam mouentis ab oſſe coxæ enatum.
f	Sinus ſexti muſculi, cui quartus inſidebat.
g	Initium quinti muſculi crus mouentis.
h	Initium quarti.
i	Extremum oſſis ſacri.
l	Ligamentum pertinens ab oſſe ſacro ad acutum proceſſum oſſis coxæ.
m	Quartus muſculus femur mouens.
n	Maior, ac exterior proceſſus ſummi femoris. G
o	Decimus muſculus femur mouens.
p	Muſculus, qui ab inferiori parte decimi nuper dicti ſitus eſt.
q	Muſculus, qui à ſuperiori eiuſdem reſidet.
r s t	Quintus femoris muſculus.
u	Septimus crus mouens muſculus.
y	Portio quinti muſculi femur mouētis.
z	Portio octaui.
α	Primus muſculus ex mouentib. pedē.
β	Secundus.
γ	Septimus femur mouens muſculus.
δ	Sextus.
ε	Secundus.
ζ	Primus.
η	In hac carnis mole continetur quintus, & octauus muſculus ex mouentibus femur, tū tertius mouēs tibiã. H
θ	Prior pars tibiæ excarnis.

In V. & VI. Figura.

H	Septimus muſculus tibiam mouens.
I	Octauus.
M	Sinus in octauo muſculo inſculptus ad nonum excipiendum.
a	Nonus muſculus tibiam mouens inuerſus.
b	Septimus ſimiliter inuerſus.
c	Secundus muſculus femur mouens.
d	Maior, ac exterior proceſſus ſummi femoris.

TABVLA . LVII .



e Ceruix summi femoris ligamento obducta.
f Septimus musculus femur mouens.
g Sextus.
h Octauus.
i Quintus.
l Sextus.
m Octauus.

In VII. VIII. & IX. Figura.

O Decimus musculus crus mouens.
a Octauus musculus tibiam mouens inuersus.
b Decimus similiter inuersus.
c Os femoris.
d Internum caput imi femoris.
e Externum.
f Patella inuersa.
g g Primus, ac secundus musculus pedem mouens.
h Superior tibiæ appendix.

In X. XI. XII. XIII. Figura.

P Primus musculus pedem mouens.
Q Secundus.
R Tertius.
S Quartus.
T Coniunctio primi, ac secundi cum tertio.
V Communis chorda ex primo, secundo, ac tertio musculo pedem mouente.
X Quintus.
a Secundus musculus pedem mouens inuersus.
b Primus similiter inuersus.
c Tertius similiter inuersus.
d Musculi tibiam mouentes.
e Inferior pars pedis.
f Internus malleolus.
g Externus.
h Os femoris.
i Internum caput imi femoris.
l Externum.
m Septimus musculus pedem mouens.
n Musculus flectens secundum magni digiti articulum.
π Musculus flectens tertios quatuor digitorum articulos.
o Quartus musculus pedem mouens inuersus.
p Decimus musculus ex mouẽtibus crus.
q Superior appendix tibię.
r Tibiæ os excarne.
s Superior appendix furæ.
t Septimus musculus pedem mouens.
u Os furæ.
x Tendo quinti musculi pedem mouentis, qui veluti per anulum ad inferiorem pedis partem descendit.

In XIV. XV. & XVI. Figura.

Y Sextus musculus pedem mouens.
Z Septimus.
Γ Octauus.
Δ Nonus.
a Quintus inuersus.
b Chorda dicti musculi, quæ veluti per anulum ad inferiorem pedis partẽ descendit.
c Tibiæ os excarne.
d Os furę excarne.
e Superior tibiæ appendix.
f Superior furæ appendix.
g Os calcis.
h Secundus musculus pedem mouens.
i Primus.
l Tertius qui chorda primi, & secundi obducitur.
m Externus malleolus.
n Os femoris.
o Superior appendix furæ.
p Musculus quatuor pedis digitos extendens.
q Musculi tibiam mouentes.
r Transuersum ligamentum a sura ad tibiam pertinens.
s Transuersum ligamentum a sura ad calcem procedens.
t Musculus abducens primum digitum ab aliis.
u Sextus musculus pedem mouens inuersus, cuius tendinis pars sub pede absconditur.
x Septimus similiter inuersus.
y Octauus inuersus.
z Nonus inuersus.
α Tendines musculorum extendentium digitos a suis musculis resecti.
β Membranosum ligamentum quo tibia, & sura in longitudinem astringuntur.

In XVII. XVIII. XIX. & XX. Figura.

A Neruosa substantia, quæ vicem tendinis manus in planta gerit.
B Primus musculus digitos mouens.
C Tertius.
D Secundus.
E Carnosa substãtia quæ in quatuor partes diuisa hæret chordis secundi musculi digitos mouentis, numeratur autem quarto, quinto, sexto, & septimo loco inter musculos mouentes digitos pedis.
F Octo musculi inter ossa plantæ.
G Musculus flectens primum articulum parui digiti.
H Musculus flectens primum articulum magni digiti.

TABVLA LVIII.

a	Primus muſculus digitos mouens inuerſus.
b	Tertius ſimiliter inuerſus.
c	Secundus inuerſus.
d	Carnoſa ſubſtantia, quæ quadripartita hærebat chordis ſecundi muſculi digitos mouentis.
e	Os calcis.
f	Os ſuræ.
g	Tibia.
h	Foramina in chordis primi muſculi digitos flectentis, efficta, vt tranſitum præbeant chordis tertij ſimiliter digitos flectentis.

In XXI. & XXII. figura.

I	Decimusoctauus muſculus digitos mouens.
L	Decimus nonus.
M	Vigeſimus.
N	Vigeſimus primus.
i	Tibiæ os excarne.
l	Tertius muſculus pedem mouens.
m	Primus.
n	Nonus.

o	Octauus.
p	Externus malleolus.
q	Internus.
r	Septimus muſculus pedem mouens.
t	Secundus.
u	Superior appendix tibiæ.
x	Superior appendix ſuræ.
y	Inferior appendix ſuræ.
z	Ligamentum, quo ſura, & tibia in longitudinem nectuntur.
α	Decimus octauus muſculus digitorũ pedis inuerſus.
β	Decimus nonus
γ	Tibia.
δ	Sura.

E

F

In XXIII. & XIV. figura.

O	Vigeſimus ſecundus muſculus digitos mouens.
a	Sura.
b	Tibia.
c	Vigeſimus muſculus mouens digitos pedis, inuerſus.
d	Vigeſimus primus ſimiliter inuerſus.
e	Vigeſimus ſecundus inuerſus.
f	Superior pars pedis excarnis.

Finis Quarti Libri Anatomes.

A

VIDI VIDII DE ANATOME

Liber Quintus:

B

QVI EST DE VENTRE.

Diuiſio partium externarum noſtri corporis cum ipſarum nominibus. Cap. I.

Ta. 59. 60.

DOctrinam, vt ſimpliciter ſine quadam anticipatione, quam Græci προλήψιν, quaſi prænotionem nominarunt, ita definitam, ac diſtinctam, ſine [a] confuſa, ac permiſta ſumere non licet: neceſſe enim eſt quaſi ſyluam cõfuſam comparare, & plurimarum rerum varietate primò animum complere; deinde C eaſdem diſtributius percipere, cum confuſa longè facilius aſſequamur: quæ autem minus diſtinctè comprehendimus, poſtremò non ita magno negocio diſcretè, atque electè intelligamus. Quamobrem in ea doctrina, quæ tradit partium multiformium noſtri corporis cognitionem, ante vniuerſum corpus vnum ſub aſpectum ponendum eſt, cum totum notius[b] ſit, quam partes; in quas deinceps lineamentis dumtaxat ſine ſectione extrinſecus ductis, diſtinguendum eſt primò in grandiores partes, deinde in minores; quæ ubi confuſè fuerint perceptæ, diſtinctè deinde adhibita ſectione ſunt aperiendæ, eo ordine,[c] quẽ Ariſtoteles primo libro de partibus animalium docuit: vt ſcilicet maximè compoſitas primũ tractemus, ac ſubindè minus, donec ad minimum compoſitas, ac ferè ſimplices ventum fuerit: nam ſic quæ prima ſuſceptione confuſè cognitæ fuerant, diſtinctè deinde intelliguntur. Pro- D poſitum igitur cadauer in theatro primo in maximas partes, tum in minores; ac tandem in minutas particulas ſine ſectione ductis lineis diſtinguetur. Singulas autem expedit ſuo nomine appellare, quas ſi proferre liceret, cum in medicina cõmemorãtur, non opus eſſet nominibus, a quibus, tamquam a ſignis notarentur; quod quia non licet, neceſſaria ſunt. Vt autem in alijs diſciplinis, ita in hac, quæ nobis propoſita eſt, (quod rectè monuit Rufus [d]Epheſius) addiſci initio debent. Quamobrẽ principiò exponemus quod nomen inuenerit quælibet externarũ partium noſtri corporis, tam apud Græcos, quã apud Latinos; vt non ſolum quę a nobis, ſed quæ ab alijs etiam auctoribus traduntur, facile pateſiant, ne verborum ignoratio rebus afferat obſcuritatem. Sed tempus eſt ad diuiſionem aggredi, qua nonnulli tripertita utuntur: comparant enim noſtrum corpus arbori, quam ſeparant in radicem, truncum, ramos, ſimile faciunt radici in corpore noſtro caput, trunco thoracem, ramis membra, vt crura, & brachia, ſicque hominem conferunt cum arbore inuerſa; capilloſque reſpondere exiſtimant radicum fibris; ſed longè aberrant: reſpondent [e] enim radicibus, non capilli, ſed venę, quæ in ventriculo, & inteſtinis quaſi radices ſuccum alliciunt ex cibo, qui ingeſtus

a Ariſto. 1. phyſ. tex. 3

b Ariſt. li. 1. phyſ. tex. 4.

c Ariſt. li. 1. de Part. c. 1.

d Rufus Epheſius l. 1. de partiũ appellationibus c. 1.

e Gal. li. de venarum diſſect. c. 1 & 1. de ſemi. c. 8

ſtus fuerit ; magis autem transferenda eſt ſimilitudo , vt veteres [a] fecerunt, ab anima- E
libus ad ſtirpes,quàm contra.notiores enim nobis ſunt partes animalium, quàm eorum quæ
naſcuntur è terra.Relicta igitur hac partitione,perſcrutemur alias . Ariſtoteles [b] animalia
quadripartitò ſecat:in libro enim de iuuentute,& ſenectute tres partes neceſſarias ponit,vnā
qua ſumitur alimentum,alteram,qua detruduntur quæ ex eo ſuperant,tertiam,mediam inter
vtramque,quas vbi perfectis omnibus animalibus neceſſarias ſtatuit, addidit membra,[c] quæ
quibuſdam ſunt data,vt crura ad ingreſſum:ita vt diuiſio ſit quadripartita. In [d] primo autē
libro de hiſtoria animalium propriè corpus humanum etiam quadripartito ſeparat in caput,
collum,thoracem,ac membra;ita vt eædem ferè partes ſint in vtraque diuiſione; ſed paulo ſe
cus partitæ,ac diſtributæ.Tantum enim in hac ſecunda collum addit,thoracem verò, quem
in priori diuiſerat in duas,tamquam vnam enumerat.Nobis autem aptior,& vtilior illa prior
videtur,quæ non facta eſt fortuito,ac temere,cum ad munera partium dirigatur:collum enim
quod in ſecunda tamquè pars à thorace ſeparata proponitur,cum eo comprehenditur, quan-
doquidem guttur,& aſpera arteria,quæ ibi continetur, ad ipſum referuntur . Secemus igitur
totum corpus humanum in quatuor partes,in caput,thoracem,ventrem,& membra, brachia
videlicet,& crura,quæ quarto loco in hac diſtributione enumerantur.Caput,vnde ſumitur ali
mentum, eſt domicilium [e] facultatis animalis ; thorax vitalis, venter naturalis: quamquam F
Ariſtoteles [f] omnes tres in thorace collocauit.Hanc igitur partitionem ſecuti vnamquam-
que ex propoſitis partibus , in ſuas particulas diuidemus,& quo verbo tam à Græcis, quam
à Latinis appellatæ fuerint,ſignificabimus;ſi qua autem minus euidētia videbuntur,veterum
auctorum teſtimonio comprobabimus.

Caput igitur quod κεφαλή [g] græcè vocatur,complectitur id totum quod ſupra collum eſt;te-
ſte etiam Ariſtotele,primo libro de hiſtoria animalium,vbi ipſum diuidit in ſuas nartes; & Ga
leno, [h] tertio libro de decreris Hippocratis,& Platonis:hoc totum à latinis appellatur caput,
veluti cum dicunt caput à ceruicibus abſcindi. Bipartito [i] autem diuiditur, in partem ſcili-
cet quæ capillata eſt,& partem quæ ſine capillis;illam nominauit Ariſtoteles [k] κράνιον, Hippo
crates verò κεφαλήν, [l] commune enim nomen ſuum effecit; quemadmodum in libro, qui in-
ſcribitur περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων,ideſt de vulneribus capitis,non quidem totius, ſed eius dū
taxat partis,quæ capillata eſt ; nam alterius partis vulnera non perſcribuntur in eo libro ; vbi
etiam frontem videtur excipere ab alijs partibus capitis. Apud latinos eadem pars capillata
etiam nomen capitis inuenit;nam caluaria, [m] quæ videtur κράνιον ſignificatur,magis accipitur
pro ſubiecto oſſe,quam pro tota parte,vbi naſcuntur capilli;quamquàm verba,quibus notā- G
tur oſſa,vt tibia,cubitus,iugulum, vſitata ſunt,iactanturque in omni volumine, ad notandas
partes totas. Altera pars capitis,quæ capillis vacat,appellata eſt à Græcis πρόσωπον,[n] à Latinis
facies, [o] & vultus. Porrò eam quæ capillata eſt,partiuntur tam Medici quam Philoſophi in
anteriorem,poſteriorem,mediam,& latera:anteriorem,quæ tenuiſſima eſt,Græci dicunt βρέγ-
μα, [p] Latini [q] ſinciput,quod verbum magis mutuantur cum de belluis agunt, quam cum de
hominibus.Plautus verò cum dixit non tibi ſanum eſt ſinciput, vniuerſum caput, vel potius
mentem ſignificare voluit.Quamobrem latinè vel ſincipitis nomine vtemur, vel eam circum-
ſcribemus,dicentes,id quod à fronte in verticem eſt ; [r] quēadmodum Cornelius Celſus octa
uo libro fecit.

Mediam partem græci κορυφήν, [s] latini [t] verticem,aut ſummum caput appellant.Poſteriorē
græci ἰνίον, [u] latini occipitium.Latera græcis κροτάφους [x] latini tempora dixerunt. Secunda
pars ex diuiſione capitis,quam capillorum expertem poſuimus,facies nimirum,ſecatur in ſu-
periorē,mediā inferiorē & latera . Superior, quæ græce μετώπον,[y] latinè frōtis nomē obtinuit,
ſub ſincipite initiū ſumit,vbi pili deſinūt,& ad oculos terminatur;cuius extrema,q̄ piloſa sūt,
ὀφρύες [z] græcè vocantur,latinè ſupercilia,ducto vocabulo,quod ſint ſupta palpebras,quæ ci-
lia nuncupantur:Spacium inter hæc,quod pilis caret,μεσόφρυον [a] grecè vocatur,latinè circum
ſcribitur his verbis;ſcilicet medium ſpacium inter ſupercilia.At media pars vniuerſa nomen
non habet,maxima tamen ex parte videtur pertinere ad malas; ſunt autem malæ apud [b] la- H
tinos,quæ ſuperiores dentes continent,quas ſignificat græcum vocabulum γνάθος,& γένυς,[c] ad
dita tamen particula ἄνω ideſt ſupra,quibus vocabulis addunt particulam κάτω,ideſt infra, cū
notare volunt quod inferiores dentes continet.Complectitur media hæc pars oculos, naſum,
os,genas,buccas.Oculi græcè vocantur ὀφθαλμοί ; [d] Velamenta duo,quibus teguntur,βλέφαρα,
latinè autem palpebræ,& cilia.Pars palpebrarum quæ pilos continet, τάρσος, [e] ſicuti pili ipſi
βλεφαρίδες; [f] oculi pars media,quæ nigra conſpicitur,latinè Pupillæ, græcè κόρης [g] nomen inue-
nit;quæ alba,græcè λευκοῦ,latinè albi.Circulus,qui medius inter album, & pupillam apparet,
ἴριδος [h] ob varietatem colorum nomen inuenit.Anguli vtrinque quorum exterior ſpectat ad
tempora,interior ad naſum κάνθοι [i] nominantur. Inter oculos medius incipit naſus, ῥὶς græce
nominatur. Vtrinque autem ſub oculis partes prominentiores μῆλα à Græcis,à Latinis vero ge
næ vocantur ; quod ex M.Tullio [k] libro ſecundo de Natura Deorum colligitur , cum ait ,
Genæ

a Ariſt.1.li. de Part. c. 10. & li.de Iuuent. & ſeneſt.c.1.
b Ariſt. li. de Iuuent. & ſeneſt. c.1.
c Ariſt.ibi.
d Ariſt.1.li. de hiſ.ani. c.7
e Gal.3.de loc.aff.c.4. & 5
f Ariſt. li. de Iuuent. c.2.& li.3. de Part. anim.c.4
g Ariſt.1 de hiſt.c.7
h Gal 3.li. de Placitis c.8
i Ariſt.1.de hiſt. anim. c.7
k Ariſt.ib.
l Hipoc.li. de vuln.capit.
m Celſus l. 8.c.1.
n Ariſt.li. 1.de hiſto. anim.c.8
o Celſus l. 8.c.1.
p Ariſt.1.li. de hiſt.anima.c.7.
q Celſus l. 8.c.1
r Celſus li. 8.c.1
ſ Ariſt.lib. de hiſ.ani. c.7
t Celſus li. 8.c.1.
u Ariſt. ib. & Celſus.
x Ariſt. ib. c.11. & Celſus ibid.
y Ariſto.1. li.de hiſto. an.c.8.Celſus li.8 c.1
z Ariſt.li.1 de hiſ.ani. c.9.
a Rufus Epheſius li. 1.c.3
b Celſus li.8.c.1.
c Ariſt.li.1 de hiſt.an. c.11.
d Ariſt.ibi. c.9
e Rufus Epheſius lib.1.c.5. f Ariſt.ibi.c.9. g Ariſt.ibid. h Rufus Epheſius lib.1.c.5. i Ariſt.loco cita. k Cicero lib. 2.de natur.Deorum.

A [Genæ ab inferiori parte ſubiectæ leuiter eminentes tutantur oculos.] Quamobrem illi decipiuntur, qui exiſtimant has partes nominari malas; quando malæ (vt ante [a] diximus) notant eam partem, qua ſuperiores dentes continentur; hæc non rectè nominatur maxilla ſuperior, quo verbo ſimpliciter appellatur à [b] latinis pars, vbi ſiti ſunt dentes inferiores: neque enim adijciunt ſuperiorem, aut inferiorem, quemadmodum græci, à quibus γένυς, & γνάθος refertur ad ſuperiorem, & inferiorem partem dentes continentem. Sub naſo autem eſt os, ϛόμα græcè appellatum, quod ſupernè, & infernè labijs circumſcribitur, quæ χειλῆ [c] nominantur. Vtrinque autem ſunt partes carnoſæ prominentes, quas inflamus: his latini nomen buccarum impoſuerunt; ſub ore maxilla, quam γένυν, & γνάθον κατὰ σιαγῶνα dici conſtat: Continet ima ſui parte mentum, quod γένειον græcè nominatur. A lateribus faciei ſunt aures, quæ ὦτα, [d] ſicut earum imæ fibræ λόβοι græcè nominantur.

Cum capite [e] coniungitur pectus per collum, quod latini ceruicem quoque vocarunt; quanquam hoc verbo magis eius poſteriorem partem ſignificant, ſicut illo priorem, vbi reſidet guttur. Sed confunduntur hæc à latinis, non ſecuſquam à græcis, αὐχήν, & τράχηλος; quamuis αὐχήν prior pars magis dicatur, ſicuti poſterior τράχηλος; quam τένοντας quoq; nominarunt, propter chordas, quæ ibi ſunt mouentes caput. Pertinet autem collum vſque ad iugulum; quod græcè appellatur σφαγή, [f] & κλείς, [g] quaſi clauis, qua clauditur pectus. Id autem to-
B tum, quod inter iugulum eſt, & inguina, θώραξ ab Ariſtotele [h] dicitur; cuius finem quarto de partibus animalium eſſe vult vnde detruduntur ex cibo tam humida, quã ſicca; quod vocabulum iuniores Græci deinde mutuantur ad notandam dumtaxat priorem partem, quæ à iugulo pertinet vſque ad ſeptum tranſuerſum, & cartilaginem ori ventriculi ſuperiectam, ita vt hæc ſedes ſola poſſideat commune nomen thoracis; nam mutuantur hoc quoque verbum latini ad eandem ſignificandam, quam vocarunt etiam pectus. Sed veteres Græci vt [i] Ariſtoteles θώρακος verbo vtuntur ad notandum vt diximus id totum quod eſt inter iugulum, & inguina. Priorem partem vſque ad ſeptum tranſuerſum appellarunt ϛῆθος, & eius medium ϛέρνον, ſicut & latera πλευρά, ἀπὸ τῶν πλευρῶν, ideſt à coſtis, quæ ibi ſubſunt. Quæ autem [k] vtrinque in pectore prominent, præſertim in fœminis, latinè dicuntur mammæ, græcè μαϛοὶ, ſicuti earum veluti capitula θηλαί. Sub pectore a priori parte vſque ad inguina venter eſt, qui græcè dicitur γαϛήρ, & κοιλία: [l] huic verbo addunt nonnulli κατὼ, ad notandum ventrem inferiorem, vt qui pectus non ſolum ϛῆθος, & θώρακα, ſed etiam ἄνω κοιλίαν quaſi ſuperiorem ventrem nominent, quod ex Galeno [m] in quartum librum Hippocratis de ratione victus in morbis acutis euidenter colligitur. Ventris parti externæ quam conſpicimus, græcè nomen eſt ἐπιγάϛριον, [n] Latinè abdomen, cuius ſuperiores partes a græcis dictæ ſunt, a ſitu ſub cartilagine ὑποχόνδρια, [o] latinè præcordia. In medio ventre, quaſi radix collocatus eſt, vt inquit Ariſtoteles [p] vmbi-
C licus, ὀμφαλὸς græcè appellatus; ſicut vtrinque a lateribus ilia, quæ græcè λαγόνες, & κενεῶνες, [q] vocantur. Pars proximè vmbilico ſubiecta latino nomine vacat, græcè dicitur ἦτρον; [r] quo Galenus [s] ſignificari ait, quod inter vmbilicum eſt, & partes genitales. Locus autem vbi hæ continentur, dicitur græcè κτείς, ἐπίσιον, [t] ἐφήβαιον, & ἥβη, latinè pubes, & pecten. Genitales partes, quæ a Latinis naturales quoque ac obſcœnæ, tam in mare, quam in fœmina græcè αἰδοῖα, [u] nominantur, ad quarum latera in femorum flexu ſunt inguina, quæ βουβῶνες, græcè dicuntur. In mare autem genitale ipſum latinè pubes, & coles, græcè καυλὸς, [x] ſicut eius extremum a forma quam habet, latinè glans, græcè βάλανος, [y] appellatur. Cutis verò qua tegitur, πόσθη, quam ex recentioribus latinis nonnulli præputium nominarunt. Cum cole nectitur ſcrotum ὄσχεον [z] græcè dicitur, quod non aliud eſt, quam inuolucrum, quo includuntur teſtes, qui græcè tam δίδυμοι, quam ὄρχεις [a] nominantur. At fœminarum genitali latini nomen impoſuerunt, & vuluam, & locos, græci κόλπον, & ὑστέραν, [b] in cuius ore veluti alæ, ac labra græcè dicuntur πτερυγώματα; [c] quod inter hæc prominet νύμφη, inter anum autem, & genitales partes tam in mare, quam in fœmina pars interiecta græcè περίναιος [d] nominatur. Sed ſatis de priori parte thoracis totius, pergamus ad poſteriorem, quæ latinè tergum, & dorſum, græcè νῶτον [e] vocatur, cuius ſuperiores partes vtrinq; latinè ſcapulæ, ſiue ſcoptula [f] operta, græcè ὠμοπλάται [g] dicun-
D tur; media vero pars ῥάχις, & ſpina totum ſub ſcapulis vſque ad finem coſtarum μετάφρενον, [h] ſub quo vtrinque ſunt lumbi; græcè ὀσφύες [i] dicuntur; his ſubſunt clunes, πλουτοὶ, græcè nominantur; ſunt autem prominentiores, & carnoſæ partes aptæ ad ſedendum ſuperiectæ coxarum articulis. In medio [k] eſt anus, ſeu podex, qui græcè ab annuli figura δακτύλιον, ab actione aſtringendi σφιγκτήρος [l] nomen inuenit.

Quartum, & vltimum ex diuiſione totius corporis fuerunt membra, (græcè κῶλα [m] nominantur) quæ in brachia, & crura diſpertiuntur: brachia a iunctura ſcapularum cum humero pertinent vſque ad imos digitos manuum; vocantur græcè χεῖρες: [n] ſecantur autem tripertito, in humeros, cubitos, & manus. Sunt autem partes vnde oriuntur brachia, ὦμοι [o] græcè, latinè ſummi humeri dicuntur; ſicut ipſarum pars exquiſitè ſuprema ἀκρώμιον, [p] notat enim

hume-

a Paulo ante in hoc c.
b Celſ. lib. 8. c. 1.
c Ari. li. 1. de hiſt. c. 11
d Ariſt. lib. 1. de hiſto. ani. c. 11.
e Ariſt. lib. 1. de hiſto. ani. c. 12.
f Ariſt. 1. de hiſt. anim. c. 14.
g Gal. li. de oſſib. c. 15.
h Ari. 4. li. de part ca. vlt.
i Ariſt. li. 1. de hiſt. ani. c. 7
k Gal. lib. 7 de vſu par. capit. 22. & Ariſt. lib. 1 c. 12.
l Ariſt. 1. li. de hiſt. ani. c. 13.
m Gale. 4. acut. com. text. 112.
n Gal. li. 6. meth. c. 4.
o Ariſt. lib. 2. de hiſto. anim. c. 13. & Gal. lib. medi. c. 10.
p Ariſt. ibi.
q Gal. 3. de offic. med. com. 16. & 3. de artic. com. 74.
r Ariſto. 1. lib. de hiſt. ani. c. 13.
s Ga. li. medicus c. 10.
t Ga. li. medicus c. 10.
u Ariſt. li. 1. de hiſt. ani. c. 14.
x Gal. li. 14. de vſu par. c. 12.
y Ga. li. medicus c. 10. & Ariſt. li. 1. de hiſtor. ani. c 13.
z Ga. li. medicus c. 10.
a Ga. li. medicus c. 10. & Ari. 1. de hiſt. c. 13.
b Ariſt. lib 3. de hiſto ani. c. 1.

c Gal. li. medicus c. 10. d Gal. lib. 14 de vſu par. c. 6. e Ariſt. 1 de hiſt. ani c. 15. f Celſus lib 8. c. 1. g Ariſt. ibid. & Gal. lib. medicus c. 10. h Gal. ibid. & Rufus Epheſius lib. 1. c. 11. i Ariſt. 1. de hiſt. c. 15. k Gal. lib. 11. de vſu par. c. 14. l Gal. 3. de cauſ. ſymp. c. 2. m Gal. li. de cucurb. ſcarific. c. 21. n Gal lib. de inæqual. intemp. c. 2. & lib. 2. de vſu par. c 2. o Gal. 1. de art cõ. 4. p Gal. lib. de oſſib. c. 14 & lib. medicus c. 10

humerus eam partem, quæ a iunctura cum ſcapulis, ad eam quæ cum cubito eſt, fertur; hæc græcè dicitur βραχίων,[a] eandem nonnulli brachium latinè appellari credunt; decipiuntur tamen, cum latini brachium appellent uel membrum totum a ſummo humero ad imos digitos, uel eius partē,[b] quæ infra cubiti iuncturam eſt, quam & cubitum dicunt, ut græci πῆχυν;[c] quamquā & cubitus, & πῆχυς ſignificet ex duobus oſſibus quæ ibi cōtinentur, id quod inferius eſt. Cubiti verò iunctura, quæ media eſt in brachio, vocatur græcè ἀγκών,[d] cuius poſterior ſedes, qua innitimur, dicitur ὀλέκρανον.[e] Sequitur tertia pars totius brachij, nempè manus, quæ græcè dicitur ἀκραχείρ,[f] Latine extremum brachium; falluntur autem qui interpretantur extremam manum; neque enim manus latine ſignificat totum brachium, ſicuti χείρ græcè; quamobrem notat ἀκραχείρ Latinè extremum brachium, quod eſt manus, neque adiicienda eſt verbo manus particula illa extrema; nam ſic notarentur digiti, qui ſunt extrema manus. Tripartito enim [g] diuiditur, ſcilicet in primam palmæ partem, quæ καρπός, græcè vocātur, & palmā, quæ μετακάρπιον, ſiue θέναρ, & digitos quinque, qui δάκτυλοι græcè nominant. Horū maximus latinè dicitur pollex, græce ἀντίχειρ: [h] qui inter hunc, & medium eſt, latinè index, græcè λιχανός; medius deinde μέσος, tum παραμέσος qui poſt medium, & tandem μικρός paruus, ſiue minimus. Vngues autem in quos digiti a poſteriori parte finiuntur, ὄνυχες [i] græcè nominantur. Crura reſtant, quæ duo membra ab inguinibus ad imos pedes deſcendunt, σκέλη,[k] græcè vocantur. Conſtant autem ex tribus partibus, quarum ſuprema à coxæ articulo, quem græci ἰσχίον nominant, vſque ad genu pertinet; dicitur autem latine femur, ſiue femen, græcè μηρός,[l] Genu autem iunctura eſt, quæ a priori parte γόνυ græcè dicitur, à poſteriori vero ἰγνύς, latine poples. Secunda pars cruris à genu ad pedem, nomen κνήμης [m] apud Græcos duxit, ab oſſe maiori quo continetur ita appellato, unde etiam apud Latinos habuit tibiæ nomen; quamuis à Cornelio [n] celſo vocabulo totius appelletur crus, ita vt quod commune eſt, ſuum efficiat. Vocatur autem ab anteriori ſede græce ἀντικνήμιον,[o] & κρέα, a poſteriori γαστροκνήμη:[p] latini uerò poſteriorem eius ſedem ſuram dicunt, quamuis eo verbo magis notetur alterum eius os exterius, quam poſterior ſedes, quæ quaſi venter carnoſa prominet. Terminatur ſecunda hæc pars ad originem pedis, ubi extrema oſſium ipſius prominentia vtrinque conſpiciuntur, dicta σφυρὰ [q] græcè, latinè malleoli. Cū his committitur talus, qui græce nominatur ἀστράγαλος,[r] Inde igitur incipit pes, qui græce πούς [s] appellatur; cuius poſterior pars πτέρνα, [t] grçce, latine vocatur calx; ſed prior vſq; ad digitos græce nominatur ταρσός,[u] & στῆθος, vt ei ſubiecta pars πέλμα, latine planta. Poſtremi [x] in pedibus ſunt digiti, quemadmodum in manu, qui δάκτυλοι ſimiliter appellantur. Hactenus de enumeratione, & nominibus partium externarum totius corporis; quæ hominis ſpecie picta magis illuminabuntur.

E F G

a G. li. medicus c. 10. b Celſus l. 8. c. 1. c G. li. 2. de vſu par. c. 2. d G. l. 2. de vſu par. c. 2. & Hipp. 1. de fract. tex. 15. e G. l. med. cap. 10. f G. li. 2. de vſu par. c. 2. g Celſus l. 8. c. 1. & G. 2. de vſu p. & l. de oſſibus c. 18. & c. 19. h G. li. medic. c. 18. & 1. de vſu p. c. 22. & 23. i G. 1. de uſu par. c. 11. k Ariſt. 1. de hiſt. anim. c. 7. l G. l. de oſſib. c. 21. & lib. med. c. 20. m G. l. medic. c. 10. n Celſus l. 8. c. 1. o G. l. de oſſibus, c. 22. p Gal. l. de muſc. diſſec. c. 32. q G. li. de oſſib. c. 22. r G. ibid. s G. lib. medic. c. 10. t G ibidem & Celſus, l. 8. c. 1. u Gal. ibidem. x Celſus ibidem.

H

NOTARVM SIVE CHARACTERVM,
Qui Figuris Tab. LIX. & LX. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. LIX. FIG. VNICA.

REpręſentat hæc figura hominem a priori parte, vt eius externæ partes ſe oſtendant, quarū vnaquæque quod nomen tam apud Græcos, quā apud Latinos inuenerit, aperiemus.

A	Caput; id quod ſupra collum eſt	κεφαλή.
a	Anterior pars capitis a fronte in verticem; Sinciput.	βρέγμα.
b	Vultus, ſiue facies; diuiditur autem in ſuperiorem partem, inferiorem, mediam, & latera.	
a	Superior. Frons.	μέτωπον.
ι ι	Supercilia.	ὀφρύες.
z	Spacium quod inter ſupercilia pilis caret.	μεσόφρυον.
β	Media pars faciei. Malæ.	γνάθος ἄνω.
ι ι	Oculi.	ὀφθαλμοί.
	Palpebrę, vel cilia.	βλέφαρα.
	Pars palpebrarum piloſa.	ταρσός.

Ni-

TABVLA LVIIII.

E

	Nigrum oculi. Pupilla.	κόρη.
	Alba oculi pars. Album.	λευκόν.
	Circulus inter album, & pupillã	ἶρις.
	Anguli.	κάνθοι
2	Nasus.	ῥίς.
3	Genæ.	μῆλα.
4	Os.	στόμα.
	Labia.	χειλῆ.
5. 5	Buccæ.	γνάθος.
Γ	Inferior pars. Maxilla.	γένυς. σιαγὼν
M	Mentum.	γένειον.
ΔΔ	Latera.	
g g	Aures.	ὦθα.
υ υ	Fibræ aurium.	λόβοι.
B	Collum.	αὐχήν. τράχηλος.
α	Superior pars.	αὐχὴν
γ	Ima pars. Iugulum.	σφαγὴ κλεὶς.
C	Pectus & thorax a iugulo ad inguina.	θῶραξ.
	Sed propriè ad mucronatam cartilaginem ubi incipit uenter. habet autem a priori parte quod στῆθος dicitur. notatũ.	
a	a. medium quod στέρνον, notatũ,	
b	b, latera quæ πλεῦρα, notata,	
c c	c c, in quibus mammæ, quæ	
d	μαστοί, notatæ d. & earum capitula, quæ θηλαι notata similiter	
α	α.	
D	Venter a priori parte pectoris ad inguina.	κοιλία γαστήρ. & κάτω
a	Abdomen.	ἐπιγάστριον,
α	Præcordia.	ὑποχόνδρια,
β	Vmbilicus.	ὄμφαλος.
γ	Ilia a lateribus.	λαγόνες, κενεῶνες,
δ	Pars sub umbilico.	ἦτρον,
ε	Pubes, pecten, vbi genitalia.	κτείς, ἐπίσιον,
Ξ	Genitalia in mari,	ἐφήβαιον, ἥβη
	Genitalia in fœmina.	αἰδοία,
θ	Inguina.	βουβῶνες,
η	Genitale in mari: Penis, coles.	καύλος,
	Glans. colis extremum.	βάλανος,
	Cutis qua tegitur. Præputium.	πόσθη,
	Inuolucrum testium. Scrotum.	ὄσχεον,
ι ι	Testes.	δίδυμοι, ὄρχεις
F F	Brachia.	χεῖρες.
a a	A scapula, ad cubitum. Humerus	βραχίον,
α α	Summi humeri.	ὦμοι,
	Ipsorum pars suprema.	ἀκρώμιον,
b b	Ab humero ad manum. Cubitus.	πῆχος,
c c	Cubiti iunctura.	ἀγκών,
d d	Extremum brachium. Manus.	ἀκραχείρ,
α α	Prima palmæ pars.	καρπός,
β	Palma.	μετακάρπιον θέναρ,

δδ	Digiti.	δάκτυλοι.
1	Pollex.	ἀντιχείρ
2	Index.	λίχανος,
3	Medius.	μέσος,
4	Ille qui inter medium, & minimum est.	παραμέσος
5	Minimus.	μικρός,
*	Vngues.	ὄνυχες,
G	Ab inguinibus ad imos pedes. Crura.	σκελῆ,
a a	Superior pars. Femur.	μηρός,
α α	Iunctura a priori parte. Genu.	γόνας,
b b	A genu ad pedem. Tibia.	κνήμη,
a a	Anterior tibiæ pars.	ἀντικνήμιον,
γ γ γ	Malleoli.	σφύρα,
δ δ	Talus.	ἀστράγαλος,
ε	Pedes.	πόδες,
α	Calx.	πτέρνα,
β β	Tarsus.	ταρσός, στῆθος,
γ	Planta.	πέλμα,

F

Digitorum omnium pedis eadẽ ratio est, atque in manu, & ijsdem quoque nominibus, atque literis illustrati sunt.

TAB. LX. FIG. VNICA.

QVemadmodum superior figura hominẽ à priori parte ostendebat, ita hæc à priori: in qua Α. ΔΔ δδ υυ. in capite FF. aa. bb. cc. dd. αα ββ. in brachijs, cc. in pectore. GG. aa. bb. γγγ cc. δδ. ββ γ δδ. γ. in cruribus idem ac in superiori significant, præter quæ

G

a	Pars capillata, propriè Caput.	κράνιον ab Arist.) nominatur. κεφαλὴ ab Hip.)
β	Media pars capitis. Vertex.	κορυφὴ,
γ	Occipitium.	ἰνίον,
β	Posterior colli pars. Ceruix.	τράχηλος,
E	Dorsum. Tergum.	νῶτον,
a. a	Scapulæ. scoptula operta.	ὠμοπλάται,
b	Media pars dorsi. Spina.	ῥάχις,
c.	A scapulis ad finem costarum.	μετάφρενον,
d d	Lumbi.	ὀσφύες,
e e	Clunes.	γλουτοί,
f	Anus, seu podex.	δακτύλιον, ab anulo.
β	Poples. genu pars posterior,	σφιγκτήρ, ab actione astringendi νος,
β	Sura.	γαστροκνήμιον

H

TABVLA LX

X 3

E

De Methodo qua vtendum est in ostendenda natura partium quæ secantur. Cap. II.

a Supra li. 1 c. 2. & 3

QVæ vero confusè tradita sunt de partibus nostri corporis, nunc ordine quem ante propoſuimus, ſigillatim explicare aggrediemur; ſi methodum, qua in vniuſcuiuſque natura attingenda vtendum erit, repetamus. Finis enim Anatomes, vt inter initia [a] diximus, eſt naturam ſingularum partium noſtri corporis patefacere, ita vt recognoſcantur quæ de ipſa percepta fuerant abſolutè, cum habeat vim ſigni, per quod propoſita res ſignificatur: nam veluti morbi natura prius abſolutè enarrata recognoſcitur in homine per ſigna, ita natura ſingularũ partium noſtri corporis per Anatomen. Oportet tamen ipſius notitiam exquiſitè habuiſſe proprio loco, nempe in libro [b] de ſanitate ſingularum partium.

b Vidus in ſexto li. de tu. ualet ge neratim, & ī Quatuordecim, lib. de tu. uale. membratī.
c Supra l. c. 4
d Vidus li. 1. de tu ua- le mẽbra- tim c. 1.
e Gal. li. an partes om nes ſimul generentur.
f Ariſt. li. 2 de partib. c. 1

Quandoquidem in recognitione per Anatomen ſolummodo attingenda eſt, quemadmodum in ſuperioribus [c] dictum fuit: hoc autem vt via cum ratione fiat, reuocare in memoriam oportet naturam artificioſam [d] eſſe, ſpectareque in ſuis operibus perinde atque artifices ad duo, ad finem inſtituendum, & ad ea, per quæ inſtitutus perficiatur. F

Eadem duo in ſingulis partibus perſecandis patefiunt, finis nimirum, & compoſitio corporis ad ipſum habilis. Eſt autem finis [e] vtilitas, quam afferunt ſingularum partium actiones.

Has igitur ſigillatim neceſſe eſt explicare: at non omnium partium ſunt actiones, [f] ſed tantum multiformium: nam ſimplices vſum aliquem præſtant; natura vt ad actiones, ita quoque ad vſus in fabrica noſtri corporis ſpectauit, tamquam ad finem. Quamobrem in incidendo, vniuſcuiuſquè partis vel actionem, vel vſum operæ precium eſt enarrare; quamuis hæc magis viuarum belluarum, quam cadauerum ſectione inueſtigentur; tamen & dum hæc etiam ſecantur, commemoranda ſunt; vel ea de cauſa vt dijudicetur, quàm appoſita fuerit compoſitio cuiuſque partis ad ſuum munus perfungendum. Expoſito fine, ad alterum tranſeundum eſt, ad compoſitionem ſcilicet idoneam, per quam ille perficiatur.

g Ariſt. li. 1. de Gene rat anima. c. 1

Ac ne recedamus à propoſito artificum exemplo; quæcumque componuntur opera ad inſtitutum finem opportuna, & materiam idoneam poſtulant, & formam: vtriuſque habilitas dum ſecamus oſtendenda eſt, primò materiæ, deinde formæ omnium inſtrumentorum. Materiam igitur præbent his, vbi minora fuerint, partes [g] ſimplices, vbi maiora, partes minores, quemadmodum digiti manus, & fibræ pulmoni, aut iecinori. Ergo cum maiora inſtrumenta inciduntur pro materia oſtendenda ſunt minora, ex quibus tamquam ex partibus tota componuntur. G

h Gal. lib. de opt. cor poris con- ſtitut. c. 2. & li. 4. de vſu p. c. 12
i Ariſt. li. 2. de Parti. ani. c. 1

Sunt autem hæc minora non ſimplicia, ſed multiformia, quorum materia ſimiliter indicanda eſt. Continetur hæc partibus ſimplicibus, quarum vna, [h] quæ propria eſt illius inſtrumenti, potiſſimum actioni præeſt, cum cæteræ quæ communes ſunt, etiam aliorum, præbeant vſum dumtaxat, & habilitatem ad agendum: per eas enim aut defenditur inſtrumẽtum ab externis iniurijs, aut viuit, ſentit, nutritur, aut facilius, & expeditius ſuum munus exequitur; ita vt partes per eiuſmodi vſus non efficiant, ſed ſint efficiendi ſociæ. Differunt partes ſimplices [i] inter ſe quibuſdam qualitatibus, vt duritiæ, mollitie, raritate, denſitate, per quas idoneam materiam ſuppeditant inſtrumentis ad ſua officia facienda. Cum materia patefacere ſimul qualitates oportet, quibus prædita eſt; Quid? quod per has ſolummodo patefit? eſt autem materia hæc quam ſimplices partes præbent, verè ſubſtantia compoſita, quæ ſenſum fugit; hic enim tã tum euenta, & qualitates comprehendit.

Qui incidit, ſpectatorum oculis pro materia, materiæ qualitates ſubiiciet, quas maximè opportunas eſſe oſtendet, ad cuiuſque inſtrumenti actionem efficiendam, veluti mollitiem in cerebro, ad apprehendendum; duritiẽ in corde ad robur aſſidui motus; raritatem in pulmone ad aerem concipiendum; denſitatem in veſicis, ad continendum; craſſitudinem in ventriculo ad concoquendum; tenuitatem in membranis, ne grauitate onerent; cęruleum, aut viridem colorem in vna oculi tunica ad viſum reficiendum. Sed poſtquam materia ſatis perſpecta eſt, tranſire ad formam oportet, & eam ſimiliter perſecando aperire, vt oculis exponatur; ex quo intelligi poteſt, formam, de qua loquimur ſub accidentibus [k] comprehendi: alioquin non perciperetur ſenſu; nam vera forma ſubſtantia eſt, ad quam natura in fabricatione noſtri corporis ſpectauit, & ad quam retulit actionem ſingularum partium, quas tamquam finem commemorandas eſſe iam diximus. H

k Vidus li. 1. de tu. ua let mẽbra c 1
l Ga. li. de conſtit. ar- tic. ca. 5. & lib. de opt. corp con- ſtit.

Complectitur forma, quam per anatomen aperimus, conformationem, [l] numerum, ſitum & vnitatem; quas omnes, quaſi formæ conditiones, expedit accuratè demonſtrare. Ad conformationem pertinet figura, debita ſuperficiei aſperitas, & læuitas, caua numero, & amplitudine opportuna, quæ diligenter ſigillatim attendenda ſunt.

Figura enim alibi rotunda eſt, alibi angulos habet, tum alibi recta, alibi flexa, vt maximè

A ximè res postulat. Superficies alibi aspera reperitur, vt in ventriculo, & vtero; alibi læuis, vt in faucibus, & palpebris. Caua sunt vel receptacula, vel canales, vel parua foramina, quemadmodum in cute; quorum omnium moderatio certa requiritur in singulis partibus, vt egregiè suam actionem perficiant; hæc igitur animaduertenda sunt de conformatione. Sequitur Magnitudo, quæ non quantauis, sed certa singulis aptatur, cum quæ nimis vasta sunt, aut nimis parua, minus belle suo officio fungantur. Idoneam igitur magnitudinem in singulis conuenit exponere; deinde transeundum est ad numerum; ostendendumque nihil superuacaneum esse, nihil desiderari in instrumento, quod proponitur, siue consideretur vt totum, constans ex suis partibus, siue vt compositum ex simplicibus; indicandumque vbi ad eandem actionem factum fuerit simplex, vbi duplex, aut multiplex. Ad formam refertur etiam situs, qui in sedem, & nexum singularum partium distribuitur; sedes consideratur absolutè, vel ex comparatione; absolutè vt ante, & pone; ad læuam, & ad dextram; sursum, & deorsum: ex comparatione alicuius partis, vt interius, vel exterius; è regione, vel ex opposito latere.

Nexui subijcitur ortus, finis, iter, transitus, copulatio cum alijs partibus; quæ omnia animaduersa diligenter proponere oportet, spectatoribus intuenda; neque prætereunda etiam vnitas est, quam [a] natura dedit singulis partibus, tam simplicibus, quam multiformibus, si- a Gal. li de consti. art. c. 6
B ne qua suo muneri minimè satisfacerent. Methodus igitur in natura singularum patefacienda, vt in compendium adducatur, ea esse debet, vt primò enarretur finis propositi instrumenti; deinde compositionis habilitas, quod ad materiam attinet, postremo quod ad formam. Quibus satis, superque explicatis ad ventris sectionem pergimus: hanc enim partem primo aperiendam esse demonstrauimus. [b] b Sup. li. 1. c. vlt.

De Abdomine. Cap. III.

CVm inter grandiores & compositas nostri corporis partes, aperire ob iam [c] dictam causam primò ventrem oporteat; vt patefiant quæ in ipso sunt, necesse est secare tegmentum, quo includuntur à præcordijs ad pubem. Vocatur hæc græcè ἐπιγάστριον, quasi supra ventrem, latinè abdomen, quo vocabulo Cornelius [d] Celsus internam quoque eius membranam significat; quam Galenus [e] sexto libro de medendi methodo. quasi partem ab epigastrio seiunctam commemorat; licet ipsa quoque supra ventrem posita sit, & idcircò epigastrij pars censenda esse videatur. Resupinato igitur cadauere, pilis penitus abrasis, iuxta methodum proximè traditam recensere finem primò oportet, ad quem abdomen fuit à natura procrea- c Sup. loco citat. & G. li. 5. de anato. admi. c. 6. d Cels. lib. 4. e Gal. li. 6. meth c. 4.
C tum; deinde consideranda compositio ad illum assequendum maxime habilis. Factum fuit abdomen, partim vt subiecta viscera tegeret, partim vt compressum ad eorum quæ detrudenda sunt, expulsionem conferret. Admiratur Aristoteles, [f] & Galenus compositionem abdominis, ad eum finem opportunissimam: cum vbi ingestorum multitudine, aut fœtus incremento venter intumescit, extendi plurimum possit; neque enim ossibus continetur, vel ex toto, vt caput; vel ex parte, vt pectus; sed ex carne, & molliori substantia, quæ sua crassitudine satis præbet tegmenti partibus subiectis; sua [g] mollitie, vbi opus est, plurimum extenditur, & comprimitur: his animaduersis, veniendum est ad sectionem partium, quibus totum abdomen continetur. f Arist. lib. 2. de part. ani. c 9. & Gal. lib. 7. de vsu p. c. 21. g Ga ibid.

Sunt autem primò cutis, deinde adeps, tum membrana carnosa, ac tandem musculi, qui cum interna membrana coniunguntur.

Imprimis itaque vmbilicus, (vt integer seruetur ad vasa quæ in fœtum inseruntur ostendenda) circumcidendus est scalpello acuto ita altè demisso, vt inuiolatis partibus subiectis cutem vniuersam penetret; quo dein ducenda est linea vna à medio pectore ad pubis ossa, altera transuersa, à lumbo ad lumbum per vmbilicum intactum. Quòd si sectio abdominis adhibetur ea de causa dumtaxat, vt viscera patefiant, expedita est, neque vllum postulat artificium, sicuti nunc facit cum abdominis singulas partes, vna cum vmbilici vasis perspicere in-
D stituimus; quamobrem ductis scalpello lineis iam dictis, quatuor se ostendunt anguli ad vmbilicum spectantes; vnusquisque autem seorsum hamulo attollendus est, ut cutis acutissimo scalpello à subiectis corporibus separetur; quam separationem Herophilus [h] δαίρειν nominauit, nam & cutis, vocatur græcè δέρμα, ἀπὸ τοῦ δέρεσθαι, [i] quod scilicet detrahatur. Vbi autem insignis eius pars separata est, posito hamulo, sinistræ manus digitis prehendi debet, scalpelloque transuersis lineis ductis à subiectis partibus separari, summa cura ne violentur quæ subsunt. h Gal li. 3. de anat. ad minist. c. 3 i Gal. ibid. & libro 2. de vsu pa. ca. 6.

Detracta cute, proximè sub aspectum cadit adeps, quæ copiosa magis est in uentre, quam in alijs partibus: hæc in obesis plurima reperitur, pauca in gracilibus; in iis qui morbo penè labefactati sunt, vix conspicitur; vbi multa est, scalpello diuellenda est, antequam subiectam membranam attingas: prohibet enim quo minus perspici possit, id quod non

facit

facit vbi pauca eſt; ita vt tunc queat ſimul cum membrana remoueri. E

a Ga.li.me dicis c.11 Oſtenſa adipe, pergendum eſt ad membranam. Vocatur hæc græcè ὑμὴν ; a à recentioribus autem non ſimpliciter membrana, ſed carnoſa membrana, quod carnoſis fibris diſtinguatur. Expeditè autem deprehenditur in his, qui graciles ſunt: nam in obæſis adeò cum adipe miſcetur, vt confundatur, neque ſatis perſpici poſſit; ita vt non nulli ſecandi minus periti negent eam in homine reperiri; apparet enim cum adipe quidam ſanguis concretus, & veluti carunculæ, quaſi reliquiæ adipis ſe oſtendunt, eam tamen periti ab adipe ſecernunt. Duces igitur ſcalpello per membranam carnoſam, intacto vmbilico eaſdem lineas, quas per cutem duxiſti.

Attolles hamulo ſimiliter vnumquemque angulum, & buxeo ſcalpello, vel ſolis digitis ipſam à ſubiectis partibus liberabis. Neque enim magno negocio ſeparatur, vt cutis, quæ diligentem, & crebram ſectionem poſtulat, ſed promptè diuellitur, quod lanij nobis in belluis demonſtrant, qui ore admoto, ſolo flatu ipſam reſoluunt, ſub hac membrana alia eſt, quæ muſculos inuoluit, ipſiſque affixa eſt, quam non diſcerpes, ſed relinques cum muſculis: quorum officium non aliud eſt, quàm duplex illud, quod paulò ſuprà totius abdominis retulimus; ſiquidem abdomen maxima ex parte muſculis continetur, propter quos aliæ eius partes, quas numerauimus, effectæ à natura videntur. Officium ſiquidem abdominis eſt, quæ ſubſunt, munere, & comprimere ad detrahendum, quæ ſuperant. F

Vtrumque hoc munus ad muſculos refertur, quorum maximè eſt munire, cum craſſiores ſint, & conſtent ex carne plurima, quæ à calore, & frigore poſſit internas partes defendere; contrahunt etiam & cogunt muſculi aperiri aluum; vt vbi volumus, expellat quæ ſuperant; hi enim præſunt motui voluntario; cuiuſmodi verò ſint, & qua ratione ſecandi ſatis in ſuperiori b libro expoſuimus.

b Supra li. 4.c.10

De Peritoneo, vmbilico, omento. Cap. IIII.

Membrana, A, igitur remotis muſculis ſe oſtēdens, ſiue pars abdominis ſit, ſiue quoddam ab ipſo ſeparatum, vt voluit Galenus, c περιτόναιον à græcis nominatur; quaſi περιτεθαμένη, d hoc eſt circum extenſa. Quæ priuſquam ſecetur, reuocare in memoriam oportet finem, ad quem facta eſt, & conſtitutionem ad eum aſſequendum maximè opportunam. Finis autem ex officio colligitur, quod duplex eſſe videtur; vnum e vt tendatur, ſuper partes internas, alterum, vt eaſdem inuoluat; vtrumque enim conſtat ab ipſa præſtari. T. 61: G fi.quatuor. A fi.1.

c Ga. li. 1. med.c.4
d Gal. li.2. de vſu p.c. 9.
e Gal. ibi.

Vtrouis autem nomine multiplicem affert vtilitatem: nam quatenus extenſa eſt ſuper partes internas, nonnihil eas ab externis iniurijs defendit; ſed quod maius eſt, prohibet ne omentum, aut inteſtinum aliquod inter muſculos, aut inguina, aut ſcrotum deuoluatur, non ſinit vētrem, aut inteſtina nimis inflari, aut intumeſcere; tum quaſi manus comprimens ad deijciendū conducit; ſed quatenus inuoluit, non modo munit, ac defendit, ſed inter ſe nectit, & ad oſſa illigans firmat; quæ inter inguina, & thoracem, ſub ſe includit omnia, ſeu viſcera, ſeu canales, vt iecur, ventriculum, inteſtina, renes, veſicam, vterum, omentum, meſenterium, vaſa, quæ vel ad veſicam, vel ad vterum, colem, teſticulos feruntur, neruos, venas, & arterias; id quod facit etiam in cauo thoracis membrana ſuccingens coſtas, quam græci f ὑποζωκότα nominant; inuoluit enim cor, pulmonem, & canales omnes ibi contentos.

f Ga.lib.7. de anat.ad mini.c.2

Ad hunc multiplicem vſum obtinuit peritoneum à natura materiam pariter ac formam aptiſſimam. Materia eſt membrana quædam ſimplex, latæ aranearum telæ nullibi vnquàm diſſimilis; quandoquidem hæc fibras g non habet manifeſtas, quales conſpiciuntur in membranis illis, quæ ex chordis extenuatis, ac dilatatis enaſcuntur: ſed obſcuras admodum; eſt autem non omnino ſimplex, ſcilicet componitur ex duplici ſubſtantia vtraque neruoſa & ſanguinis experte, vna eſt chorda tranſuerſorum muſculorum, altera membrana exquiſite tenuis veluti aranea, non tamen æqualiter; nam h quibuſdam partibus minus tenuis deprehenditur, & quatenus inuolucrum eſt, & quatenus tegmentum; minus quidem tenuis eſt, qua inuoluit ventriculum, inteſtina, veſicam, vterum, idque meritò. abrumperetur enim valde extenſa, dum hæ partes intumeſcunt; vbi autem lienem, iecur veſtit, cum extendi ſecundum naturam hæ partes non deberent, tenuiſſima eſt, ſed quatenus tegit, craſſiſſima ad vertebras lumborum. H

g Gal.li.6. de anat.ad min.c.7
h Gal li.6. de anat.ad mi.c.5

Ab anteriori verò parte ſub vmbilico tenuior eſt, vnde facile abrumpitur, & herniam excitat, ſed ſupra craſſior, & validior iuxtà mucronatam cartilaginem; quamquam in fœminis ad pubem craſſior eſt; & validior; licet alioquin tenuis ſit. Ergo peritoneum, quod maxima ex parte tenuiſſimum eſt, alicubi tamen craſſitudinem habet; præterea, quamuis ſit ſubſtātia ſimplex, habet tum in obæſis animalibus, quemadmodum in ſuibus, adiunctam i adipem, præſertim à ſuperiori parte, qua ventriculum tegit, & à poſteriori ad os ſacrum, & lumbos, minus ad latera,

i Gal.li.6. meth.c.4

A latera,& vmbilicum. Accipit etiam ramulos à venis earum partium cum quibus iungitur, vt
H fi.1. ad ſeptum tranſuerſum ab eius vaſis;ab vtrumque latus ab ijs, H, quæ à vena caua,& arteria
G fig.1 magna ad lumbos diſtribuuntur;ad mucronatam cartilaginem ab illis,G,quæ ſub pectoris oſ-
E fig.1 ſe ad rectos abdominis muſculos; deſcenduntad pubem ab ijs,E,quæ ſurſum per eoſdem rectos muſculos aſcendunt;vndequaque enim à proximis venis ramulos obtinet, à quibus alitur. Atque hæc de materia,pergamus ad formam.

Quod ſi totum peritoneum extrahatur, demptis proceſſibus laxioribus,quibus internas partes inuoluit,ita figuratum eſt,vt ſphæram,vel globum oblengum repręſentet,videaturque ſimilis vtris,non modo ob figuram globoſam, atque oblongam, ſed ob ſuperficiem quoque, quæ ex parte exteriori aſpera eſt,vt aptius cum muſculis connectatur,ex interiori læuis admodum,& quaſi aquoſo humore illita,vt citra offenſam ſubiecta viſcera contegat; pluribus etiã locis perforatum eſt,nam ad ſeptum tranſuerſum tribus peruium conſpicitur;per vnum tranſit vena,per alterum gula cum neruis cohærentibus;per tertium arteria. Peruium quoque eſt ad vmbilicum,quà intro penetrant vaſa;tum quà permeant nerui,venæ,arteriæ ad crura; quà item venæ, vel per rectos abdominis muſculos ſurſum feruntur, vel ad abdominis muſculos
B deorſum pertinent;peruium eſt fœminis ad ceruicem vteri,maribus ad ceruicem veſicæ,vtriſque ad anum;peruium tandem deſcribitur à Galeno [a] ad pubis oſſa,quà tranſire ait vaſa ſeminis à quibus marium teſtes dependẽt;licet in fœminis quoque eiuſmodi vaſa peritoneum ad pubem perforent,& per foramina ſimiliter ſita in chordis muſculorum abdominis oblique deſcendentium ferantur ad inguina. a Ga. 1. de ſemine.

Verum in cadaueribus vaſa ſeminis ſub externa parte peritonei nullo modo perforati videntur iungi cum teſtibus,qui tunicam habẽt à chordis ſuorum muſculorum dilatatis. Quod ſi ita ſit,manifeſtè colligitur vbi hernia fit,peritoneum non relaxari,ſed abrumpi. Porrò peritonei magnitudo tanta eſt,vt inter cæteras totius corporis membranas ampliſſimum exiſtimetur,ea ſemper excepta,quæ extrinſecus partibus cunctis eſt obducta. Sed hæc cum carnoſis fibris plurimis diſtinguatur,ſimplex non eſt,quale peritoneum eſſe oſtendimus, quod maximũ apparet,quà internis partibus ſuperiectum eſt, non quà eaſdem inuoluit, ibi enim exiguum conſpicitur.

Idem quamuis vnum,ac ſimplex à Galeno [b] exiſtimetur,quibuſdam tamen partibus duplex ſe oſtendit,vt iuxta dorſum,ad venam cauam & magnam arteriam, vbi duabus tunicis ac tenuibus continetur;quæ clarius adhuc apparent diligenter ſecantibus, vbi ventriculum b Gal. li.4. de vſu pa. c.9.
C in orbem complectitur. Quamobrem dicendum videtur Galenum [c] retuliſſe verbum ſimplex non ad numerum tunicarum,ſed ad ſubſtantiam, præſertim cum quarto [d] libro de vſu partium,omenti originem idoneam fuiſſe dicat ad ſublimiorem, ac prominentiorem partem ventriculi,vbi duplex eſſe peritoneum affirmat. Situs autem eius à priori parte eſt, ſub muſculis abdominis, à poſteriori ſupra ſpinam, à ſuperiori ad ſeptum tranſuerſum, cui tegmentum præbet,ab inferiori ad oſſa pubis,atque ilia. Initium non ducit vel à ligamentis vertebrarum lumborum,vt veteribus placet,vel vt iuniores exiſtimant,ab vtroque initio meſenterij,& propriè à plexu duplici neruoſo ibi collocato. c Ga. ibid. d Ga li. 4. de vſu p.c. 11.

Eſt autem totum continuum,etiam vbi proceſſus exigit laxiores,tantum peruium eſt foraminibus ſupra relatis. Iam verò peritonei naturam,quam paucis retulimus, in hunc modum oſtendere oportet,& perſecando aperire. Primò reſoluatur digitis à carnoſa parte ſepti tranſuerſi,quod in procliui eſt,deinde à neruoſa,quod difficilius,cum imbecillum ſit,& facile abrumpatur. Vbi vſque ad ſpinam reſolutum eſt,figura cum foraminibus perſpecta, ducatur ſcalpello linea vna à ſiniſtro latere mucronatæ cartilaginis,rectà per ſiniſtrum latus vmbilici,vſque ad os pubis;altera tranſuerſa à ſiniſtro latere vmbilici ad ilia ſiniſtri lateris; ſum-
D ma cura,ne vlla ex ſubiectis partibus vulneretur.

Ex duabus autem peritonei partibus,quæ à ſiniſtro latere ſectæ ſunt,ſuperior ad coſtas,inferior ad coxam reſoluatur:attollatur deinde digitis dextra peritonei pars ad vmbilicum, & acutiori ſcalpello tranſuerſa linea reſoluatur ab vmbilico,quem ſiniſtra manu attolles, caués ne quid laceres ex ipſius vaſis quibus annectitur. Ducatur ergo ſcalpello linea, à dextro latere vmbilici rectà ad os pubis dextri lateris. Diuiſa ſit dextra,atque inferior peritonei pars ſuper ilia dextri lateris inuertatur,ſic enim conſpicere licebit vmbilici vaſa,& ea,quæ per foramina oſſium pubis feruntur ad crura,apparebit peritoneum,& craſſius,& duplex illis partibus,quas numerauimus [e] conſpicientur,& omnia, quæ de eius natura dicta ſunt. e Supra paulo ante.

B fig.2 Vmbilicus, B, autem,quem hactenus intactum reliquimus,deinceps aperiendus eſt; continetur autem quatuor [f] vaſis,ſeu canalibus,qui tenera ętate adhuc caui deprehenduntur; ſed proceſſu temporis excæcantur, & funiculos adipe obductos repręſentant; neque enim hic prouidet amplius natura animalibus in lucem editis,cum ſuperuacanei ſint,& nullum amplius vſum præbeant, ſicuti cum vtero gerebantur;vnus, Γ, ex his canalibus,qui ex duabus f Ga. li.15. de vſu pa. c.4
Γ fig.2 venis conſtat ſimul iunctis,fertur ex vmbilico ad iecur, dextra parte,ibique iuxta venam por-
z z fi.2 tam coniungitur,per quem ſanguis fertur ab vtero ad nutriendum fœtum: [g] duo, z, z, alii altius g Ga. li. 15. de vſu pa, c.4

tius descendunt vsque ad os sacrum, vbi coniunguntur cum [a] arterijs ad crura descendentibus, per quos vitalis spiritus, & facultas fœtui impertitur ab vteri arterijs. Conspicitur & quartus, H, canalis, qui [b] ab vmbilico, ad vesicæ fundum procedit, per quem transfertur vrina à vesica fœtus ad vmbilicum, & tandem ad tunicam allantoidem [c] Dare igitur operam oportet, dum separatur peritoneum, nequis horum canalium violetur, vt eo secto per secari possint, ac patefieri, quod euidentius fiet, cum de fœtu agetur.

Sed satis de vmbilico, sequitur omentum, Λ, α, b, cuius naturam redigere in memoriam oportet. Ordiemur à nomine, quod latini omentum, græci [d] ἐπίπλοον, siue ἐπιπλοῦν, quasi supernatans vocant, videtur enim intestinis supernatare, quandoquidem exiguis ligamentis cum parua illorum portione illigatur. Est autem omentum membrana intestinis superiecta, a natura ad eum finem effícta, vt calefaceret, [e] ac foueret ventriculum, & intestina, & eatenus ad coctionem [f] conferret: quo nomine censetur inter instrumenta [g] ad alimentum instituta; sed eodem ad alios vsus abutitur natura, vt plerumque aliis partibus solet: nam qua parte colum intestinum super ventriculum transit, omentum mesenterij vice est, neque enim ibi coniungitur colum mesenterio, sed cum inferiori membrana omenti. Præbet etiam alium vsum, quod cum dorso ventriculum coniungit, & hunc cum iecinore, connectit, ac liene: præterea ramos, qui a vena porta in lienem, ventriculum, duodenum intestinum, & coli aliquam partem feruntur, fulcit, ac firmat, vna cum neruis, & arterijs; ita vt respondeat in deducendis vasis chorio membranę, qua inuoluitur fœtus, & tenui illi, quæ proxime cerebrum operit.

Quamobrem præter finem præcipuum fouendi illigat, & fulcit partes, quas diximus, & idcirco tale procreatum est à natura, quale possit cuncta hæc perficere: substantiam enim habet læuem, densam, validam, vt foueat, firmet, liget, atque onere minimè premat. Continetur enim membrana, atque adipe, cum sit (vt inquit Aristoteles [h]) membrana pinguedine referta.

Sed multis vasis [i] præditum est, duæ enim tenues membranæ inter se iunctæ vasa in multos ramos diuisa includunt, ita vt per eiusmodi contextum vasorum vulgo à similitudine retis nomen inuenerit. Habet autem membranam [k] à peritoneo, venas à vena porta, & propriè à trunco, g, qui ramum in lienem remittit: ab hoc enim trunco tres venæ ad omentum feruntur; vna, o, ad dextram partem, altera, s, ad sinistram, tertia, y, ad sinistram simul, & colum intestinum, quæ non semper perspicua est, ramos etiam accipit à duabus venis, quæ ad inferiorem ventriculi sedem pertinent; neque vllum obtinet ramum à caua, vt videtur voluisse Galenus [l].

Cœterum arteriæ, quæ omento distribuuntur, iunctæ cum venis ab illis descendunt, quæ ad ventriculum, iecur, lienem, & vesicam feruntur. At nerui, quibus omentum intexitur, proficiscuntur ab illis ramis sexti paris, qui iuxta costarum radices in ventrem, lienem, ventriculum inseruntur.

Verum adeps in obesis plurima, in alijs mediocris reperitur; omento hæc inhæretcit, præcipue ad vasorum latera; exit [m] enim pinguior sanguis ex venis, & à membranarum frigore coactus in adipem degenerat.

Sed in spacio vasis interiecto adeps non ita conspicitur; quòd si materiam hanc, ex qua omentum constituitur, consideres, duas videlicet membranas, quarum altera alteri superiecta est, vasa, & adipem intuearis, iudicabis hanc partem fouendo, alligando, ac firmando vasa fuisse aptissimam; id quod de ipsius forma quoque iudicabis; ita enim figuratum [n] est, vt quasi aucupum † marsupium anteriorem partem superiori loco habeat, posteriorem verò inferiori: Os omenti à ventriculi fundo dependet, vnde si auellatur totum integrum, & impleatur humidiori, vel ficciori materia, marsupij, [o] sacculi, aut peræ figuram referet.

Eius autem magnitudo à ventriculi fundo ad vmbilicum pertinet; quibusdam hominibus etiam vsque ad os pubis descendit, qui græcè ἐπιπλοοκομίσαι, [p] quasi omentum gerentes nominantur.

Quo fit vt in maribus deuoluatur aliquando ad [q] scrotum, in fœminis ad os vteri. Oritur autem, α, à fundo ventriculi, vbi peritoneum duplex est, vbi item vasa sunt, quibus intexitur; licet enim supernatet intestinis, non tamen ex toto ab illis solutum est; nam facile duplicaretur, & in se ipsum colligeretur.

Ventriculo etiam, mesenterio, colo, lieni, & glandulæ, quæ παγκρέας dicitur, illigatur partim per membranas, partim per vasa; raró [s] autem connectitur cum iecinoris fibra, & cum costa spuria ibi existente, per quam formam suo munere fungi egregie potest; Hæc vt aliqua ex parte ostendas, priusquam euellas omentum, vtraque manu imam ipsius partem modicè attolles, & paulatim deorsum trahes, vt appareat quantum descendat.

Vt item nexum eius cernas, cum colo intestino ad ventriculi fundum, vtraque manu imam omenti partem prehendens, sursum attolles ad humeri ossa, deinde ipsum euelles,

olis

Left margin notes:
a Gal. ibid.
b Ga. li. de form. fæt. c. 2. & 15. de vsu pa. c. 4
c Ga. 1. de semine c. 7
d Gal. li. 6. de ana. admin. c. 5. & 4. de vsu p. c. 9
e Ga. ibid.
f Arist. li. 4 de Partib. anim. c. 3
g Gal 6. de anat. ad. c 3.
h Arist. li. 4. de part. c. 3.
i Ga. 6 me thod c. 4
k Gal li 6. de ana. ad mi. c. 5
l Ga le. 16 de vsu pa. c. 14
m Ga. li. 2. de temp. c. 4.
n Gal. li 6 de anat. c. 5.
o Ga. ibid.
p Gal. li. 6. de an. admi. c 5.
q Gal. li. de morb differentc. 10
r Ga. li. 4: de vsu p. c. 11. & li. 5 c. 2
s Gal. li. 6 de an. c. 5.

Right margin notes:
E
H fi. 2.
Λ fi. 2.
α fig. 3
b fig. 4
F
G
g fig. 4
o fig. 4.
y fig. 4.
H
† fig. 4.
a fig. 4

TABVLA. LXI.

I



II

III



IIII

a Gal.li.6. de ana.ad-mi.c.5. solis vnguibus à dorso resoluens, & vasa ne sanguinem fundant, laqueo intercipies, sicque discerptum vndique, & euulsum implebis, vt [a] marsupii speciem quam diximus, discernas. E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXI. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXI. FIG. I.

I	*Figura peritoneum à cute, membrana carnosa, & pinguedine liberatum ostendit.*
AAA AA	His notis totum ferè peritoneum indicatur.
BB	Linea à mucronata pectoris cartilagine vsque ad pubis ossa descendens, cui abdominis musculi illigantur.
C	Vmbilicus integer relictus, vt vasa ab eo prodeuntia deprehendantur.
D	Vasa seminis materiam ad testes deferentia peritoneo inuoluta.
E	Vena, & arteria ad rectos abdominis musculos ascendentes.
G	Vena, & arteria sub osse pectoris ad rectos abdominis musculos descẽdentes.
H	Venarum surculi ad latera peritonei tendentes, interdum a vena sine cõiuge exorti, interdum a vena caua, quæ in lumbis.
I	Portio transuersi abdominis musculi in posteriora reflexi, & propriè apex ossis ilium excarnis, cui transuersi abdominis musculi illigantur.
L	Mucronata pectoris cartilago.

FIGVRA II.

II	*Figura refert peritoneum dissectum ad imaginem literæ, X, & in exteriora reflexum, illæsis vasis vmbilici, vt euidenter appareat. Refert & omentum manibus quantum potest extensum, præterea ventriculum, & iecinoris portionem.*
AAA A	Peritoneum quadripartitum, ac in exteriora reflexum.
B	Vmbilicus à peritoneo resectus.
Δ Γ	Vena ab vmbilico ad iecur tendens vbi notatur litera Δ.
E	Conspicua iecinoris pars post peritonei sectionem.

ZZ	Binæ arteriæ ab vmbilico ad magnã arteriam pertinentes.
H	Canalis vrinæ a vesica ad secundum fetus inuolucrum penetrans.
Θ	Vesica.
L	Qua vesica peritoneo illigatur.
K	Anterior vẽtriculi sedes, quæ nec ab omento nec ab hepate tegitur.
Λ	Omentum.
M	Vena, & arteria ad fundum ventriculi a dextro latere procedentes; quę verò ad sinistrum pertinent, notantur, N.
N	
Ξ	Iunguntur hac sede sinistri lateris venæ cum venis dextri, propriè autem, M, N, Ξ, lineam ostendunt omento originem præbentem.
O O	Venæ, & arteriæ externæ omenti mẽbranæ impertitæ, quæ adipe obuoluuntur.
Π	Præcipuum ligamentum quo iecur septo tranuerso alligatur.

F

G

FIG. III.

III	*Figura refert exteriorem omenti membranam ab interiori diuulsam, ac super uentriculum, & thoracem extensam: ostendit præterea ventriculum nonnihil in superiora contractum, vt inferioris omenti membranæ natura deprehendatur.*
Z Z H Θ	Idem ac in secunda figura indicant.
I	Interior omenti membrana.
α α β	Ventriculus superiori membrana omenti intectus.
γ γ	Inferior omenti membrana; propriè tamen elatior sedes notata, γ, γ, intestinum colum ostendit.
δ	Lien omento obductus.
ε	Truncus venæ portæ.

H

FIG. IIII.

IIII	*Figura ostendit omentum ab omnibus seiunctum vasis, & partibus, quibus illigatur, seruatis venis, arteris, glandulis, adipe, quibus continetur.*

a Ori-

a	Origo omenti.	p	Partitio venæ portæ in duos truncos, quorum dexter, ac maior notatus ,q, intestinis, & mesenterio impertitur.
b	Anterior exterioris omenti membranæ sedes.	q	
c	Anterior interioris omenti membranæ sedes, quæ ventriculo substernitur, alijs enim locis a superiori inuoluitur.	r	Vena, quæ sola sine arteria ad posteriorem ventriculi sedem procedit.
d e f	Substantia omenti; proprie tamen, d, membranam, e, venas, f, adipē ostēdit.	s	Neruus vnà cum vena, & arteria quæ colo intestino hærentes ad dextrũ latus inferioris omenti membranæ procedunt.
g	Truncus venæ portæ, cum primum ex iecinore prodit, qui per interiorem omenti membranam progreditur.	t	Vena, & arteria os vētriculi superius ambientes.
h	Arteria ad cauum iecinoris & vesicã bilis vnà cum ramo sexti paris neruorum cerebri penetrans.	u	Arteria mesenterij.
ll	Neruus, vena, arteria super initiũ exterioris omenti membranæ ad dextrum latus, fundi ventriculi tendentes.	x	Truncus arteriæ ad inferiorem omenti membranam procedentis.
i	Principium venę quę vna cum arteria ad posteriorem fundi ventriculi sedem pertinet.	y	Neruus vna cum vena, & arteria mediam inferioris omenti membranæ sedem subiens.
m	Prædictæ venæ ramuli ad corpus ventriculi procedentes.	z	Vena, quæ sine arteria sinistro lateri inferioris omenti membranæ impertitur.
n	Eiusdem venæ ramuli in exteriorem omenti membranam diuisi.	α	Ductus neruorum, venarũ, & arteriarum ad lienem tendentium.
o	Neruus, vena, arteria ad duodenum intestin. & initium ieiuni pertinentes.	β	Neruus vnà cum vena, & arteria ad sinistrum latus fundi ventriculi pertinentes.
		γγ	Glandulæ in inferiori omenti membrana conspicuæ.
		δ	Glandulæ portio duodeno intestino innatæ.

De intestinis, mesenterio, & glandlua, quæ παγκρέας dicitur. Cap. V.

T.62. fi sex. EVulso omento, sequuntur intestina, mesenterium, & glandula παγκρέας. Dicuntur
intestina à Græcis ἔντερα; [a] quod vocabulum vsurpant ad significandum, non om
nia interiora, sed tantum canalem, qui à fundo ventriculi vsque ad anum progre a Gal li.6. de anat. ad minist. c.9
ditur. Hic ad triplicem vsum constitutus fuisse videtur, ad distributionem [b] sci
licet alimenti, ad coctionem, ad expulsionem; ad distributionem quidem, vt cibi b Gal. li.4. de vsu p. c. 17. & c. 18.
iam concocti, & ex ventriculo secreti succus is quo alimur, per venas in mesenterio sitas, qua
si per vias ad iecur directas, ex intestinis alliciatur, quem vsum præstant omnia intestina, sed
præcipuè [c] tenuia, per quæ plurimæ discurrunt venæ, ad quem finem vehementer etiam in c Gal. ibid.
sinus sunt implicita; vt nulla pars cibi sit, quæ non attingatur à tunica, & ex qua non educa-
tur succus, quo alimur: sed dum in intestinis continetur cibus, quamuis à ventriculo fuerit cō
fectus, aliquid rursus [d] coctionis acquirit; mutatur enim ab interna intestinorum tunica,
quam attingit. Spectant tertio intestina ad expulsionem eorum quæ superant, nam & de- d Ga. ibid.
pellunt hæc quousquè ad annum ferantur, & interim receptaculi [e] vim præbent, id quod
D prę sertim faciunt pleniora, [f] in quibus recipitur, & continetur cibus, postquam succus vti- e Gal. loco citato.
lis maxima ex parte ab eo est secretus; quo fit, vt non cogamur assiduè versari in deiectio- f Gal. ibid. c.18.
ne, sed possimus negocijs incumbere.

Ad hunc triplicem vsum maximè apposita fuit intestinorum constitutio; constant enim ex
duabus [g] tunicis proprijs, & tertia communi, θ, quæ ab omento, & mesenterio, ac peritoneo
θ fi. 4. proficiscitur. Ex duabus autem proprijs, interna, ε, carnosa magis est, vt ad concoquendum g Gal. li.4. de vsu p.c. 17.
ε fig 4 conferat; externa, ζ, verò neruosa, & crassior, vt ad distentionem, ac firmitatem conducat: fa-
ζ fig. 4. ctæ [h] autem sunt binæ partim vt validius expellant, partim vt vbi vna eroditur, restet alte-
θ fig. 4 ra, neque intestina ex toto disrumpantur. His tertia, θ, tunica ex peritoneo adiecta non modo h Ga. ibid.
firmitatem addit, sed alligat intestina omnia ad dorsum & vertebras. Fibrę in interna tunica
non solum transuersæ, [i] sed etiam rectæ, & obliquę deprehenduntur; in intima autem eius
superficie velamentum quoddam tenue reperitur, quod à reliqua substantia exteriori sepa- i Ga. li. 5. de vsu pa. c. 11.
ratur; continetur hoc vt in ventriculi tunica interna, & propè in intima superficie fibris qui
busdam breuissimis, ac tenuissimis: efficiunt hæ, vt diutius retineatur, atque apprehendatur
quod retinendum, & apprehendendum est; tum vt venæ possint apertis osculis attra-

here ſuccum ex cibo confecto, neque obſtruantur ab eius contactu; poſtremò vt defendatur reliqua ſubſtantia à noxa, quam afferre poſſent quæ per eam tranſeunt: hæc etiam erodi ſolet, & in fruſta diſcerpi, atquè detrudi, cum difficultas eſt inteſtinorum; externa tunica tranſuerſis fibris continetur ad [a] expellendum accommodatis, ſic enim exprimunt quod detrudendum eſt. Verum extima eius ſuperficies quæ quaſi velamentum quoddam adiecta videtur, tota intexta eſt fibris rectis inter ſe iunctis, vt ex ipſis dumtaxat conſtituta iudicetur, tuētur [b] hæ tranſuerſas internas, neque ſinunt illas abrumpi ſub nixu vehementi. Diſcurrunt per inteſtina [c] multæ venæ, præſertim per ſuperiora, & tenuia, quæ quaſi radices diuiſæ coeunt in vnum veluti truncum, nempè venam [d] portam ad cauam iecinoris partem: diſtribuũtur & [e] inteſtinis arteriæ aliquæ, quæ à magna oriuntur priuſquam ramos renibus impertiat. In ſingulos etiam ambitus inteſtinorum deriuantur nerui à ramis illis ſexti paris neruorum cerebri, qui ad coſtarum radices pertinent; ſic enim [f] inteſtina acriorem ſenſum habent, & quæ moleſta ſunt, percipiunt, atque detrudunt; quo confert etiam canalis, qui ad inteſtina [g] flauam bilem affert; cuius morſum cum ſentiunt, ad expellendum excitantur. Sed præter materiam, ſiue ſubſtantiam inteſtinorum idoneam, forma accedit, ad propoſitos vſus maximè opportuna; habent enim figuram teretem, quæ magis capax eſt, & cui min us noceri poteſt: deprimitur ea quibuſdam locis, propter ſinus atque anfractus ad ſuccum eliciendum neceſſarios; alia autem recta ſunt, vt tranſitum præbeant faciliorem; alia in ſinus [h] implicita vt diutius retineant. Interna ſuperficie inteſtina læuia ſunt, quaſi illita humore, vt facilius excernant quod infeſtum eſt: nam ſi aſpera eſſent, & inæqualia, diutius retinendo materiam læderentur. Inteſtina tamen tenuia internam tunicam habent, quę cum ſit triplo longior, quam externa, rugat; non ſecus quam cutis, quæ colem tegit; ſunt autem eiuſmodi rugæ tranſuerſæ factæ, vt aliquamdiu retineant ſuccum ex cibo confectum, ne elabatur priuſquam trahatur à venis; ne autem magis retineant, quam par ſit, factæ ſunt mobiles, non ſtabiles, ita vt facile deſcendat quod detrudendum eſt. In inteſtinis craſſis non ſunt hæ, ſed tantum anfractus iam dicti ad retinendum diutius. Sunt autem perforata [i] inteſtina à ſummo, & ab imo, vbi quaſi duo oſtia conſpiciuntur: ex ſuperiori illabuntur ea, quæ concocta ſunt à ventriculo; ex inferiori detruduntur quæ vtili ſucco penitus deſtituta omnino aliena ſunt. Omnia autem ſimul ad longitudinem quatuordecim cubitorum perueniunt, ſic enim melius ex cibo à ventriculo concocto extrahitur ſuccus, & perfectius coquitur; ſic etiam retinentur deiectiones, ita vt liceat homini verſari [k] in negocijs, neque cogatur ſubinde deiicere, quæ detrudenda ſunt; ſed quod ad latitudinem ſpectat, gracilia [l] inteſtina anguſta ſunt, vt minima quæque portio cibi ab ipſorum tunicis attingatur. Craſſa laxiora [m] ſunt, vt multitudinem recipere poſſint eorum, quæ excerni debent.

a Gal. 4. li. de vſu pa. c. 17
b Gal. loco citato.
c Gal. li. 4. de vſu p. c. 17.
d Ga. li. de venar. diff. c. 1.
e Gal. li. 3. de nat. fac. c. 13
f Gal. 5. de uſu p. c. 10.
g Gal. 5. de vſu p. c 4
h Gal. li. 4. de vſu p. c. 17.
i Gal. li. de differ. morbo. c. 7
K Ga. lib. 4. de vſu p. c. 17. & 18.
l Ga l. ibid.
m Ga. ibid.
n Ibid.
o Ibid.

E
F
G [?]

Quod attinet ad craſſitudinem, ſuperiora [n] tenuia ſunt, per quæ dilabitur cibus humidus adhuc, & ſucci plenus. Inferiora [o] craſſiora euadunt, cum receptaculum eſſe debeant eorum, quæ ſecreto ſucco vtili ſicciora ſunt. De numero autem conſtat inteſtinum vnum, & continuum quaſi canalem eſſe. Tale neceſſarium fuit, ne diffundatur quod per ipſum tranſit; ſed cum variam ſubſtantiam, ſitum, ac figuram habeat, ob varios quos diximus vſus; videtur in ſex [p] diſtingui inter ſe diuerſa, terna tenuia, B, totidem craſſa; hæc inferius ſita ſunt, illa ſuperius.

Primum, I, quod ab inferiori oſtio ventriculi incipit grecè ἐκφυσις,[q] vel ſimpliciter vel vt Herophilo placuit, adiecta particula δωδεκαδακτύλων,[r] à longitudine, quam habet duodecim digitorum, appellatur. Accipit autem canalem, Ψ, per quem [ſ] flaua bilis fertur à iecinore, & veſica fellis. Huic alterũ, K, adnectitur, quod græcè νῆστις,[t] Latine ieiunũ appellatur, quod celeriter per ipſum tranſeat cibus, neque diutius ibi immoretur, ob vaſorum multitudinem, & vim acrem flauæ bilis, quam ex ſuperiori inteſtino adhuc puram recipit.

Eſt autem hoc in ſinus vehementer implicitum. Cum ieiuno continuatur tertium, B, inteſtinum tenue, quod [illegible] [u] vocant, quod ſimiliter flexuoſum eſt: ſuccedit cœcum, N, græcè τυφλον vocatum, quod primum eſt ex craſſioribus, ac laxioribus inteſtinis; videtur autem vnũ oſtium habere, vnde cœcum nominatum eſt; eſt enim veluti ſaccus dependens, & annexus inter ileum inteſtinum, & colum; ita vt ſi demittatur ſtilus, in fine ilei penetret in colum inteſtinum per oſtium ſacculi dependentis; ſinuatur enim inferior pars eius inteſtini, & quaſi ſacculum effingit.

Annexa eſt cœco inteſtino appendix, N, lumbrico in orbes conuoluto non diſſimilis. Cum cœco [x] iungitur colum, O, Π, P, Ξ, T, quod dextra parte dirigitur, & in rectum, X, inteſtinum degenerat.

p Gal. li. 6. de anat. ad min. c. 9. & li. 5. de vſu p. c. 3.
q Gal. li. 5. de vſu p. c. 3.
r Gal. li. 6. de anat. ad min. c. 9. & c. 12
ſ Gal. li. 5. de vſu p. c. 3. & 4.
t Ga. ibid. c. 3.
u Ga. ibid. & lib. 6. de anat. adm. c. 9
x Gal. locis cit.

B fig. 5
I fi. 2.
Ψ fi. 2.
K fig. 2.
B fi. 5.
N fi. 2.
N inferius fi. 2.
O Π P Ξ T. fi. 3.
X fig. 3

Porrò inteſtinorum ſitus muneri ad quod inſtituta ſunt, aptiſſimus eſt; nam omnia in aluo continentur, inter ventriculum, vnde excipere cibum poſſint, & anum, per quem detrudant, quod ſuperat; ſita ſunt propè iecur, ad quod trāſferri ſuccus ex cibo poſſit. Primũ illud, quod duodecim digitorum latitudinem habere diximus, minimè flexuoſum eſt, cum nullam inueniat ſedem vacuam ſub ventriculo, & cedere debeat venæ portæ à iecinore deductæ. Ieiunum, & ileum collocatur in media regione alui proxima meſenterij centro, vbi recipere debent

A bent ramos complures, & à vena porta, & ab arteria magna. Cœcum quasi facculus fub ileo fitum eft, vt [a] excipiat cibi reliquias ferè ab vtili fucco deftitutas.

Colon fertur per fuperiorem regionem iuxta fundum ventriculi; neque enim debuit effe propinquum centro mefenterii, cum magis ad recipiendum quæ fuperant, quam ad diftribuendum quod vtile eft, fuerit effictum.

At rectum inteftinum ibi maximè collocatum eft, vbi quæ proximè excernenda sũt, contineat; mufculos autem, quibus extremum clauditur, & furfum trahitur, vna cum alijs [b] fuperius expofuimus.

Cum inteftinis tractandum eft μεσεντέριον, [c] ita à Græcis appellatum, quod inter inteftina medium collocetur. Exiftimauit autem M. Tullius [d] ipfum effe inteftinum, & idcirco interpretatus eft medium inteftinum; fed decipitur, non fecus atque ille, qui [e] credit idem à Latinis appellari lactes, quo verbo vel tenue [f] inteftinum fignificant, vel venas, quæ ab inteftinis attrahunt alimentum ad iecur. Conftat autem mefenterij munus triplex effe: vnum, quod vafa illa firmiter [g] teneat, quæ quafi radices attrahunt alimentum; alterum, quod inteftina inter fe, & cum dorfo alligat; tertium quod tertiam tunicam inteftinis præbet. Fa-
B ctum enim eft ex duabus membranis, R, S, quæ diuerfis locis à peritoneo oriuntur; & fibi
R S. fi. 6. mutuo infidentes vafa includunt: in canibus adeò coeunt, & continuantur, vt vnam folam repræfentent; fed in homine vna ab altera facile diftinguitur. Deriuantur venæ [h] omnes quæ in eo fitæ funt, à porta iecinoris; & inde in ramos diductæ, quafi arborum radices [i] cũ eiufmodi membranis ad inteftina perueniunt, & in tertiam tunicam degenerant. Nulla autem ex illis oritur à vena caua; licet aliter Galenus [k] fentiat; id quod facile apparet cum mefenterium extrahitur; fed tantum grandior truncus orfus à vena porta inter duas mefenterij membranas inferitur non longè à renibus.

De neruis & arterijs admefenterium pertinẽtibus paulò poft agemus, qua de fitu. Sed præter venas, neruos, arterias conftat & mefenterium ex [l] adipe, quæ ex fanguine in uafis contento procreatur; quemadmodum in omento diximus, [m] & media inter uafa inhærefcit:
I fig. 6. Conftat etiam [n] ex glandulis, I, quæ diffufæ per eius fubftantiam fulciunt uafa, ubi in plures ramos diuiduntur; prohibentque ne ab infartis inteftinis comprimantur, id quod non permitteret fuccum diftribui ad iecur. Accedit multis paruis glandulis una magna, quæ
H fi. 6. παγκρέας [o], H, nominatur; fed de hac paulo poft agemus. Forma etiam mefenterii uaria eft, pro uariis inteftinorum anfractibus, quibus innafcitur, pro diuerfo etiã fitu eorumdẽ: triplex
C autem proponitur mefenterium à Galeno, [p] medium, dextrum, & finiftrum. Medium intelligit quod angufto ortum principio plurimum dilatatur, & cum omnibus anfractibus ie-
L fi. 6. iuni, atque ilei inteftini cohærefcit, L. Dextrum, M, uero, & finiftrum, O, quod inteftino
M fi. 6. num colum, & rectum cum dorfo nectit, dextrum quidem à dextra ilij regione, finiftrum à
O fi. 6. finiftra.

Quamuis autem medium [q] inter inteftina mefenterium collocatum fit, unde nomen inuenit; propriè tamen cum pofteriori eorum fede coniungitur, ipfaque ad dorfum alligat [r]. Oritur autem primò à peritoneo duplici initio, uno quidem ad primam, altero ad tertiam lumborum uertebram; circa primam enim, ubi oriuntur à magna arteria paulo fupra initium emulgentium, duo rami, qui tendunt ad mefenterii partem fuperiorem, & uifcera, plexus neruorum extat, tegens harum arteriarum initium: componitur hic plexus ex tribus vtrinque defcendentibus neruis: primus à fexto pari, vel ab ipfius plexu in ceruice ad radicem coftarum fub membrana per totum thoracem defcendit, auctus à neruis, qui à vertebris oriuntur, & ita ad primam lumborum vertebram pertinet. Secundus oritur ab iis, qui à ceruice feruntur ad feptum tranfuerfum; hic non femper eft duplex, fed interdum fimplex, vbi autem primam lumborum vertebram attingit, cum primo iungitur ad plexum efficiendum. Tertius vtrinque emanat ab illis ramis fexti paris neruorum cerebri, qui ad fuperius
D os ventriculi perueniunt; procedit autem per dorfum fub ventriculo ad eundem plexum. Ab hoc igitur plexu ex iam dictis neruis compofito, & à membrana peritonei ad primam vertebram lumborum initium fumit fuperior pars mefenterii neruos vna cum arteriis accipiẽs. Alterum initium inferius accipit, ad finem tertiæ vertebræ lumborum, vbi plexus alter eft neruorum deriuatus a priori, & auctus a neruis inter lumborum vertebras a medulla fpinæ emanantibus. Obuoluit hic plexus arteriam vnicam, ibi a magna ortam; inde quoque duplicem membram obtinet fimiliter ex peritoneo; aut ex fubftantia fimplici. Hinc igitur mefenterium obtinet inferius initium, & neruos, atque arterias per rectum inteftinum ad fedem, & partem coli pertinentes.

H fi. 6. Reftat glandula, H, magna, præter minores illas, quibus mefenterium diftingui diximus: hæc παγκρέας, & καλλίκρεας [s] græce nominatur, cuius officium eft firmamentum afferre venæ, arteriæ, neruo, & canali bilem ferenti, ne abrumpantur; fed fulcrum habeant, vbi deriuantur, mollique accedente hoc corpore inhærentia inuiolata feruentur: in fuperficie autem eius finuata tranfit grandis vena, quæ à porta iecinoris ad lienem ducitur; ita vt commodè eiufmodi vtilitatem afferat.

a Gal 4. de vfu p. c. 18
b Supra li. 4. c. 10.
c Gal li. 6. de anat. ad mi. c. 6
d M. T. Cicero. 1. lib. de nat. Deorum.
e Theodorus i Interpretat. 4. c. li. 4. de Partib.
f Plinius li. 1. c 37.
g Arift. li. 4 de par. animal. ca. 41. & Ga. 4. 6. epid. cõ. 3
h Gal. li. 6. de anat. ad min. c. 6 & 4. de vfu p. c. 20.
i Arift. li. 4 de Par c 4.
k Gal. li. 4. de vfu p. c. 19
l Gal. li. 6 de anat. ad min. c. 6
m Supra c. 4.
n Gal. li. 4. de vfu p. c. 20.
o Gal. li. 5. de vfu p. c. 2.
p G li. 6. de venar. diff. c. 9
q G. l. 6 de anat. c. 6.
r Gale. 4 6. epid. com. 7.
s Gal. 1. 5. de vfu p. c. 2.

In hominequidem colorem album habet,sed in canib.magis rubet,vnde καλλικρέας nuncupa E tur.Posita[a] autem est qua parte primum ea vasa in ramos deriuantur,sub fundo ventriculi inter iecur,& lienem,iuxta originem intestini,quod enim appellatur, excipit enim eius partem veluti fulcrum . Huiusmodi ergo est mesenterium , & glandula , quæ παγκρέας nominatur.

a Gal.loco citato.

Vt autem intestinorum , & mesenterii naturam, quam retulimus spectantibus demonstres, dextra manu ad rectum intestinum data, qua sacro ossi inhæret ; sinistra in dextrum latus leniter propelles proximam gracilium intestinorum partem, & dextram paulatim ad colum admouebis, ac per eius circuitum duces ad fundum ventriculi sinistra iuuante ; quo cum perueneris, operas mutabis ; sinistram enim ad colum admouebis, dextra tenuia intestina modicè compellens, dum ventriculi fundum, & iecur superaueris, & ad regionem dextri renis perueneris, vbi colum terminatur, quod sinistra modicè attollens, cœcum demonstrabis, & vtraque manu ilei iter persequeris vsque ad principium ieiuni, vbi continuatur cum primo intestino, dein ieiunum dextra manu complectens, sinistram demittes inter iecur, & dextram ventriculi sedem, vbi primum intestinum incipit.

Poteris rursus hinc incipiens contrario ductu omnia intestina persequi, descendendo vsque ad rectum . Perspecto autem vniuscuiusque situ, atque habitu, iecinoris , ventriculi, lienis situm, ac nexum cum septo transuerso licebit demonstrare , quod facilius cedet, si septum transuersum quod contractum est relaxetur : relaxabitur, si demisso scalpello inter costas vulneretur thorax, atquè aperiatur : quibus ostensis ad sectionem veniendum est. Retuso igitur scalpello,nerui , venæ , arteriæ, quæ ad cauum iecinoris alligantur, resolui debent, summa cura, ne vulnerentur, neuè sanguinis suffusione prohibeatur aspectus; simul etiam persequeris canalem, qui à vesica fellis fertur ad primum intestinum; quem leuiter pertundes, ita vt bilis profluens se ostendat. F

Perpendes & ramos venæ portæ, & mesenterii situm, quibus perspectis, rectum intestinum alligabis, fœcibus enim sursum compulsis traiecta acu flexa filum ducente propè finem laqueum vnum inijcies, & alterum tres digitos supra : deinde inter vtrumque laqueum scalpello rectum intestinum præcides, & paulatim à mesenterio resolues superiorem ipsius partem; dein colum, ileum , ieiunum . Cum perueneris ad ieiuni principium , duobus laqueis, perinde atque rectum ipsum intercipies, ita vt sublimior proximus sit regioni,quà inseritur canalis, per quem à vesica fellis flaua bilis fertur; præcides inter vtrumque laqueum,euulsaque intestina à ministris abluenda curabis ; vt deinde perspiciatur longitudo, & latitudo; quod si inflentur, melius forma comprehendetur ac si scalpello aperiantur , apparebit tunicarum substantia, & fibrarum ductus : apparebit etiam quà ileum cum cœco coniungitur interna membrana veluti moram quandam efficiens,ita vt deiectionem, quam patitur descendere, prohibeat sursum reuerti; id quod in vesica quoque deprehenditur , b quæ vrinam à renibus recipit per canales ita ad imum conformatos, vt eam sursum reuerti non sinant . Tunc etiam dirimens iniestin orum tunicas, ostendes tertiam à mesenterio ortam; inuertes quoque intestina, vt interna eorum superficies in conspectum veniat. G

b Gal.li.5. de vsu p.c. 13.

Poteris tunc mesenterium extrahere laqueo iniecto venis, & arterijs, quæ ad ipsum feruntur. Sed satius est simul cum ventriculo, iecinore, liene extrahendum relinquere.

NOTA-

TABVLA LXII



 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LXII. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXII. FIG. I. II. III. IV.

Ostendunt hæ figuræ intestina in suo situ collocata, &c.

A	Mucronata cartilago.
BB	Peritoneum vnà cum costis effractis.
Δ	Magna gibbi hepatis portio.
E	Portio venæ tendentis ab umbilico ad iecur.
ZZ	Anterior ventriculi sedes.
H	Anterior lienis sedes.
Θ	Intestinorum initium.
I	Duodenum intestinum.
k	Ieiuni initium.
Λ	Gracilium intestinorum finis.
M	Crassorum initium.
N	Cæcum intestinum propr è autem, N, inferius appendicem eius ostendit, quæ sola à nonnullis cęcum intestinum appellatur.
ΞΟΠ ΡΣΤ	Colum intestinū his notis indicatur, & proprie à, Ξ, ad, O, notatur eius portio à dextro rene ad cauum iecinoris pertinens: ab, O, ad, Π, portio, quæ à cauo iecinoris ventriculi fundo inhæret vsque ad lienem; à, Π, ad, P, portio à liene ad os pectinis procedens: à, P, ad, Ξ, quod in septima figura cōspicitur, notatur eius ductus versus vmbilicum: à, Ξ, ad, T, eiusdē progressus vsque ad intestinū rectū.
Y	Depressa coli sedes.
Φ	Coli anfractus.
X	Hinc exortum intestinum ad anū progreditur.
Ψ	Canalis à vesica bilis ad intestina pertinens.
Ω	Musculus imum recti intestini ambiēs.
α	Duo musculi rectum intestinum sursū attrahentes.
β	Innascitur hoc loco rectum intestinū inuiris peni. in fęminis ceruici vteri musculosa quadā intercedēte substantia.
γγ	Duæ arteriæ fętui inseruientes.
δ	Vesica, vnà cum eius canali ad vmbilicum tendente exciso.
ε	Intima intestinorum tunica fibris trāsuersis distincta.
ζ	Media tunica fibris rectis, & transuersis contenta.
η	Portio mesenterij rectum intestinum ossi sacro adnectens, quæ extimam efficit tunicam notatam. θ.
θ	

FIG. V. VI. F

V	Figura refert mesenterij situm, tractis in girum gracilibus intestinis, vt eui dentius eius centrum vna cum venarum ductu deprehendatur.
VI	Figura idem ab omnib. corporis partibus seiūctum ostendit, excepta portione inferioris omenti membranę, quæ colum intestinum dorso adnectit, qua hoc ventriculo illigatur.
A	Portio peritonei in latera reflexa.
BBB	Gracilia intestina.
C	Cęcum intestinum.
D	Colum intestinum.
E	Recti initium
F	Vesica, cui peritoneum innascitur. G
G	Mesenterij centrum, tum sedes eiusdē quà à peritoneo ꝓcedit, venę cauę, & arteriæ magnę truncū obuoluēte.
H	Glandosum corpus ad initium diuisionis venarum mesenterij collocatū.
II	Glandulę aduenarum diuisionem procreatæ.
L	Portio mesēterij gracilia intestina dorso alligans.
M	Portio eiusdem intestinum colum dorso nectens à dextro rene ad iecinoris cauum.
N	Portio inferiorioris membranæ mesenterij colum intestinum cum dorso, & ventriculi fundo committens.
O	Ab, N, ad, O, mesenterij portio indicatur ad colum intestinum aliene ad rectum pertinens. H
P	Ab, O, ad, P, mesenterii portio demonstratur rectum intestinum dorso illigans.
Q	Ostenditur hoc loco mesenterii substātia duabus tunicis cōtenta, quarum vna notatur, R, altera, S, In medio harum conspiciuntur venæ, & glandulæ ad mesenterium attinentes.
RS	

De Ventriculo, & gula. *Cap. VI.*

Tab.63 fig.quatuor. PArs illa, vbi esculenta, & poculenta recipiuntur, latinè vocatur ventriculus, græcè κοιλία, a & etiam γαστήρ. b Est autem ventriculus veluti officina c communis, vbi conficitur cibus, qui deinde in omnes corporis partes diuiditur; propter quod munus, alijs quoque d præditus est facultatibus, vt attrahente, retinente, expellente; nam vt coctionem conficiat, ob quam præcipuè fabricata est ipsum natura, necesse e est prius attrahat, deinde arctè contineat, & complectatur quod concoquendum est; postremò expellat quod iam concoctum; vt secreta parte vtili, atque attracta à venis reliquiæ detrudantur: sed quod ab eo attrahitur, necesse est prius ore accipi, at non accipitur, nisi appetat animal, non appetit, nisi vbi egestatis f sensu ad appetendum excitatur. Quamobrem ventriculo sensum natura tribuit, præter vim concoquentem, attrahentem, retinentem, expellentem, quibus præditus est, & quatenus reliquo corpori inseruit; & quatenus ipse quoq. alitur, perinde atque cæteræ partes. Comperies ad hæc omnia munera compositionem eius aptissimam,

a Arist. li.3 de Partib. ani. c.14. b Gal.3. li. de na. fac. c.11. c Gal.4. de vsu part. c.17. d Gal. li.3. de natu. fa. c.8

B siue materiam, siue formam intuearis. Quod ad materiam attinet, eadem est g ventriculi, & gulę, idque meritò, cum gula sit pars ventriculi, qui superiori parte in ipsam h degenerat; per quam veluti per manum attrahit quod ore accipitur. Intestina cum non sint pars ventriculi,

e Gal. li.3. de na. fac. c.6.

O fi.1. materiam diuersam habent; statim enim ab inferiori eius ostio, O, innascuntur, neque necessaria sunt ad aliquod ipsius munus præstandum, veluti gula, de qua paulò post agemus. Con-

G fi.4. stat i autem ventriculus ex duplici tunica propria; quibus tertia, G, additur à peritoneo orta communis k partium, quę abdomine includuntur: omnes enim vt tutiores sint, ea membrana inuolui diximus. Ex duabus autem proprijs interna durior l est, vt quæ ingeruntur duriora, atque asperiora innocenter ferre possit. Procedit hæc continuata per gulam vsq. ad os, quod totum inuoluit; sed tantò durior est, quanto superior; quanto magis descendit m ad fundum ventriculi, tantò efficitur mollior, idq; meritò, cum quę eo perueniunt, facta sint mitiora. Quatenus autem tunica hæc continuatur cum gula, & partibus oris, maximè apta est ad attrahendum quod ingeritur. Substantia n huius internæ tunicæ neruosa est, per quam feruntur vasa, quæ in ipsam terminantur; contineturque triplici fibrarum genere; recto, transuerso, obliquo, quæ adeò valide sunt interxtæ, vt non permittant percolari humorem, qui in ventriculo con-

f Gal.lib.9 de vsu pa. c.11.& lib. 5. de vsu p. c.7 g Gal. li.4. de vsu pa. c.7 h. Ibidem c.8. i Gal.4. de vsu par. c. 8. & lib. 6. de anato. adm. c.7.

C fi. 3. tinetur: intima, C, superficies eius quasi squama carnosa obducitur, tenuissimis, ac breuissimis fibris contenta, ab externa in internam partem ductis inter eiusmodi fibras paruula foramina

k Ga.lib.4. de vsu par. c.10.

C sunt; videtur squama hæc facta ad continendum quod ingeritur, & ne claudantur oscula venularum à cibo, sed ea squama sua raritate succo, atque humori aditum præbeat, qui à venulis portæ, ex ventriculo ad iecur attrahitur, vnde sequitur subita refectio. Defenditur etiam ab eiusmodi squama, neruosa substantia iam dicta; quod si ab eius cerato cadauere ventriculum detrahas, atque modicè elixes, facile hanc squamam à reliqua tunica neruosa separabis. Ex-

l Gal.lib.4 de vsu par. c.8 m Gal. ibi. n Gal.ibid.

F fig.4. terior, F, verò ventriculi tunica mollior o est, neque enim proximè ab esculentis duris attingitur; eadem carnosa est, vt suo calore ad coctionem conducat, quo plurimum cōfert eius crassitudo. Fibris autem tota continetur, p transuersis, H, à superiori ostio vsque ad inferius; ita inter se nexis, ut præter has fibras nullam aliam substantiam in ea discernas, vbi adempto inuolucro ex peritoneo ipsam ab externa parte intuearis; quamquam his transuersis paucæ q quædam obliquæ, I, versus internam partem subijciuntur, quæ similiter carnosæ sunt, & crassę, neque vllo pacto cum transuersis miscentur; incipiūt autem iuxta superius ostium, & à sinistra parte dorsi ipsius ventriculi, vnde aliquæ per idem dorsum à parte dextra recta feruntur ad ostium inferius; sed pleræque ad fundum, oblique versus idem inferius ostium. Sub harum ini-

H fi. 4.

o Gal.li.4. de vsu par. c.8. & li.3. de nat. fac. c.8. p Galen.4. de vsu par. c.8. & 3. de nat. facul. c. 8

L fi. 4. tijs aliæ, L, ad superius ostium oriuntur carnosæ, quæ ipsum in girum ambientes totum claudunt, vt transuersæ gulam; sed transuersæ transuersim, obliquæ in obliquum stringunt; quod

q Gal.li.3. de nat.fac. c. 11.

D vbi moderatè faciant, retinent; vbi immoderatè, expellunt; transuersæ tamen ad expellēdum magis faciunt, quod magis angustum reddant ventriculum; obliquæ retinent, quod minus ipsum efficiant angustum; clauditur autem à transuersis illis paucis ostium superius; astringitur & inferius ostium, id quod confert ad retentionem: obliquæ non perducunt ventriculum ad tantam angustiam, vt expellant; sed vt quæ accipit, arctissimè complectatur. Spectat quoque ad continendum, ac complectendum substantia crassior, eminentior ad vtrumque ostium, neque enim crassior est ad fundum, vt aliqui censent, sed ad dorsum, & vt diximus ad vtrumque

B fi. 3. ostiū, vt ventriculus arctius claudatur. Ad ostium inferius non sita est glandula, sed anulus, B, ex substantia duriori, qui prodest ad retinendum; spectat enim in ventriculum, cum quo committitur initium duodeni intestini, quod ibi rugas quasdam præsefert. Inseruit etiam natura

r Gal.li.4. de vsu pa. c.7. & li.16 de vsu par. c. 4. & lib. 9. de vsu p. c.11.

Π P fi. 1. ventriculo neruos, venas, arterias, quibus maximè opus erat. Duo enim r nerui, Π, P, crassi, ac molles à sexto pari neruorum cerebri deriuati per ipsum distribuuntur, præsertim per os ipsius superius, quod sentire egestatem debet, & animal ad cibum quærendum excitare. Arterias autem exiles habuit à magna arteria, quæ per dorsum descendit, profectas, per quas

vitalis

vitalis facultatis eſt particeps. Venas [a] etiam habet paucas, à iecinoris porta, cum non [b] diſtributionis velut inteſtina, ſed coctionis fuerit inſtrumentum: quamobrem pauciores ad ſuperiorem eius partem pertinent quam ad inferiorem. Nullum verò accipit ramum à vena caua, ſed omnes à porta, quamuis aliter Galenus [c] ſenſerit. Oritur [d] autem primus ramus à vena porta, priuſquam illa in duos grandes ramos ſecetur, ferturque per ventriculum vſq; ad oſtium inferius. Deriuatur ſecunda vena à parte dextra venæ portæ, quæ diuiditur in duos grandiores ramos; fultaque ſuperiori membrana omenti diſtribuitur inferiori parti ventriculi. Tertia quæ exilis eſt, ab exili trunco ſiniſtro venæ portæ incipit, & cum poſteriori ventriculi parte committitur. Quarta, T, ab eodem trunco orta amplior iuxta ventriculi medium innata ſurſum procedit. Quinta, Φ, à grandiori trunco portæ ad fundum ventriculi progreditur, vnde ramos priori parti, & poſteriori impertit. Sed ſexta, Ψ, vas eſt multiplex, quod à liene peruenit ad ſiniſtram ventriculi partem; grandior tamen portio incipit à magno trunco venæ portæ, qua committitur cum ſuperiori parte lienis. Ab hac per ventriculum plures ramuli deriuantur; per hanc fertur atra bilis ad ventriculum, quæ redundat [e] in liene, & ad ipſum contrahendum conducit. Hactenus de materia, pergamus ad formam. Ita ergo figuratus [f] eſt ventriculus, vt orbem oblongum repræſentet, orbem quidem, quod rotunda figura maximè capax ſit, & minimè iniurijs obnoxia: oblongum verò ad dextram, & ſiniſtram partem, tum propter gulam, quam quaſi proceſſum [g] excipit; tum propter adnexum inteſtinum; deprimitur autem à poſteriori parte ob ſubiecta corpora, quibus cedit; ita vt cauus magis, quam gibbus ibi conſpiciatur. Iam verò interna eius ſuperficies aſpera eſt ad vtrumque oſtium, vbi cum contrahitur, rugat; id quod ad aſtrictionem confert, reliquis verò partibus, non inæqualis, aut quaſi cellulis diſtincta, qualis in ruminantibus apparet. Eſt etiam ventriculus duobus foraminibus quaſi oſtijs peruius; ſuperiori, A, per quod tranſeunt quæ accipiūtur; inferiori, D, per quod exeunt, quæ iam confecta ſunt. Superius collocatum eſt ad vndecimam thoracis vertebram, vbi ventriculus arctior eſt; latius [h] autem effictum fuit, vt facilè aditum præbeat ijs, quæ dura, & craſſa ex ore illabuntur. Inferius, vbi ventriculus latius patet, anguſtius; quod quæ [i] inde tranſeunt, confecta eſſe debeant, non amplius craſſa, & dura. Quamobrē πυλωρὸς [k] græce dicitur, quaſi ianitor, qui cum iuſtus ſit, non ſinit per inteſtinorum portam permeare, niſi quæ concocta ſunt, & mitificata. Magnitudo autem ventriculi quamuis exigua videatur, tanta tamen eſt, vt poculentorum, & eſculentorum copiam capere ingentem poſſit; cum ſubſtantiam [l] habeat, quæ plurimum diſtenditur, id quod manifeſtè deprehendes, ſi vbi iamiam eſt è cadauere euulſus infletur. Cæterum in homine ſimplex [m] fuit, & non multiplex, veluti in ruminantibus, quod vnus ſufficiat ijs, quibus veſcimur conficiendis. Neque enim ſumimus, quæ magna, atque aſpera ſunt, quemadmodum quæ ruminant. Situs [n] præterea maximè opportunus eſt, ſub mucronata cartilagine, vbi eatenus diſtat à ſepto tranſuerſo, quatenus moueri ipſum liberè ſinit; & magis ad ſiniſtrum latus, quam ad dextrum vergit: quamuis autem in medio collocatus videatur, in homine magis occupat ſpacium, quod inter iecur eſt, & lienem. Diſtat ab ore, vt commodius poſſit quæ concocta ſunt depellere ad locum opportunum; fouetur [o] etiam ab illis cum quibus iungitur, vt iecinore à dextra parte, liene à ſiniſtra, à priori verſus fundum omento; ſed paulò ſupra à vena illa, quæ ab vmbilico ad iecur iam obcœcata eſt, & multa adipe obducta: à poſteriori parte ſpina eſt, cum muſculis, vena caua, & arteria magna; à ſuperiori verſus latus dextrum coniungitur cum iecinore, verſus ſiniſtrum cum ſepto tranſuerſo; ab inferiori, tum omento, & vaſis, quæ per ipſum diſcurrunt; tum colo, & gracilibus inteſtinis attingitur. Quamobrem vndique [p] fouetur à partibus, cum quibus nectitur, ita vt belle conficere poſſit quæ ingeruntur.

Sequitur via, quæ ab ore ad ipſum tendit, hæc græcè dicitur οἰσόφαγος, [q] quod cibi per ipſam ad ventriculum illabantur; dicitur & στόμαχος, [r] quo vocabulo ſignificatur canalis cuiuſuis receptaculi, per quem ingreditur materia. Latini & gulam dixerunt, & ſtomachum, id verbum à græcis mutuati. Gulæ autem munus eſt cibum ab ore ad ventriculum ferre; nam quod in ore iam confectum eſt, excipit quaſi [s] manus; ſurſum enim contrahitur, & quod accipit, deorſum impellit, relaxata inferiori parte, aſtricta, quæ ſupra ingeſtum cibum. Subſtantiam habet gula maxime idoneam ad hoc munus, quæ facile dilatari, & contrahi poſſit, cum membranæ naturam retineat. Conſtat autem ex duabus [t] tunicis proprijs, non ſecuſquam ventriculus; quarum interna, quæ tenuior eſt, non eſt ex toto ſimplex, ſed tenuiſſimo quodam velamento continetur, tenuiſſimis, ac carnoſis fibris ab intima ſuperficie diſtincto; ſed quod ex ipſo reliquum eſt, neruoſum eſt omni fibrarum genere præditum; incipit autem ab ea tunica quæ fauces inuoluit, & ad oſtium ventriculi ſuperius terminatur. At externa, quæ magis carnoſa eſt, & craſſa; muſculum imitatur canalis modo ſinuatum, qui à ſecunda gutturis cartilagine oritur, atq; inde deſcendit ad gulam à priori tunica effictam, ipſam vniuerſam circumdans; continetur externa tunica maxima ex parte fibris [u] tranſuerſis, licet eius extima ſuperficies, videatur veluti velum quoddam, rectis quibuſdam fibris diſtinctum. Videtur autem per fibras carnoſas vtraque tunica ſuum opus præſtare. His duabus tertia tunica ſuperiecta eſt, à peritoneo, non ſecus quam in ventriculo. Madefit [x] à glandulis gula, & non modo ab ijs, E, quæ in ore,

ſed

Marginal notes (left):
a Gal. li. de vena. ſect. c. 1
b Gal. li. 4. de vſu pa. c. 8
c Gal. li. 4. de vſu pa. c. 19.
d Sup. lib. 3. c. 6.
e Gal. lib. 5. de vſu par. c. 4.
f Gal. li 4. de vſu pa. c. 7
g Gal. ibid.
h Gal. 4. de vſu pa. c. 7.
i Gal. ibid.
k Gal. ibi.
l Galen. 3. acut. com. 39.
m Gal. li. 6. de anato. adm. c. 3
n Gal. lib 4 de vſu pa. c. 9
o Gal. li. 4. de vſu pa. c. 8. & Ari. libro 3. de Parti. ani. c. 7
p Gal. ibid.
q Ariſt. li. 1 de hiſt. an. c. 16. & Ga. 4. de vſu par. c. 8.
r Gal. 1. de cau. ſymp. c. 7
s Gal. lib. 3 de nat. fac. c. 8
t Gal. lib. 5 de loc. aff. c. 5
u Gal. li. 3. de na. fac. c. 8
x Gal. li. 2. de ſemine c. 6

Marginal notes (right):
E
T fig. 2.
Φ fi. 2.
Ψ fi. 2.
F
A fi. 3.
D fi. 3.
G
H
E fi. 1.

A sed ab alijs, Z, etiam quæ sitæ sunt ad mediam ipsius regionem vbi primum aspera arteria di-
Z fi. 1. uiditur in duos ramos; madefacta autem redditur læuis, & faciliorem transitum præbet iis quæ ore accipiuntur. Habet gula teretem figuram, non secusquam cæteri canales; degenerat [a] enim in eam ventriculus, ita vt teretem figuram repræsentet. Quod attinet ad situm, recta [b] deorsum fertur vsque ad quintam vertebram thoracis, vbi vsque ad regionem cordis cedit arteriæ, ita vt secedat versus dextrum latus, relinquens spacium medium arteriæ, quæ non totum ipsum occupat, sed aliquam partem relinquit gulæ, quam leniter propellat. Hæc de natura ventriculi, & gulæ summatim dicta, diligenter inspicere oportet, & persecando aperire.

a Ga. lib 4. de vsu par. c.6.

b Ga. lib.6 de vsu par. c.5

Licet autem secare ipsum ventriculum relicta gula cum partibus quæ in thorace continentur, postea secanda: licet & totum ventriculum cum gula relinquere, vt tunc secetur, cum patefiunt partes in thorace contentæ. Ergo (quod plerique faciunt) statim ostensis intestinis, ac mesenterio, ad ventriculum accedes, ostensis neruis, qui ad eius os inseruntur, vnguibus peritoneum à septo transuerso, ac ventriculi initio vsque ad fundum resolues; atque inde ab hac tertia ventriculi tunica, monstrabis ortam omenti membranam superiorem, cuius portionem ventriculo annexam expedit relinquere, cum eximitur mesenterium. Quo facto laqueus
B vnus acu iniiciendus est, qua ventriculus in gulam degenerat, tum alter paulò superius; medium deinde inter vtrumque præcidendum est, & ita à gula ventriculus separandus. Quo manu sinistra leuiter suspenso, ne venæ abrumpantur, inferior omenti membrana in conspectum veniet, & simul mesenterii origo à peritoneo. Deinde venas, arterias grandiores; & canalem bilis duobus locis laqueo intercipere oportet, & inter vtrumque præcidere, & ventriculum extrahere, & super scamnum collocare. Quo exempto, videbis & venas, quæ à liene ad ventriculum tendunt, videbis & lienis tunicam oriri ab omento, si eius portio ibi fuerit relicta. Ablutum deinde à ministris, ventriculum euulsum curabis inflandum, vt possis capacitatem ipsius, & figuram deprehendere; quem scalpello etiam aperies, atque inuertes, vt vtriusque ostii eminentiam, atque inæqualitatem deprehendas; præterea tunicarum substantiam, quæ si elixetur, distincta magis apparebit, resoluere autem ab aliis tertiam oportet, quæ ex peritoneo conficitur. Gulam verò intueri oportet, aperto thorace, & exempta aspera arteria vna cum pulmone, tunc enim se se ostendit vna cum neruis sexti paris à cerebro ortis, qui cum ea iunguntur. Extrahes deinde gulam à faucibus resolutam, & glandulas quæ in medio ipsius sunt, perpendes, id quod melius succedet, si gulam prius mediocriter elixes, quod si adhuc iuncta fuerit cum ventriculo, demissa fistula inflari poterit, si separata sit ab eo, ape-
C rienda erit, vt eius tunicæ, ac fibræ quales sint, oculis subiiciantur. Sed satis de uentriculo, & gula, pergamus ad iecur, vesicam fellis, & lienem.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Figuris Tab. LXIII. inſcriptorum, declaratio.

TAB. LXIII. FIG. I. II.

I. II. *Figuræ referunt ventriculum, & gulam, prima ab anteriori parte, ſecunda à poſteriori.*

A Gulæ pars ad oris amplitudinem pertinens à faucibus reſecta, proprie
B autem ab A. ad B. eius progreſſus oſtenditur iuxta omnes vertebras ceruicis vſq; ad quartam thoracis,
Γ à B. ad Γ. notatur ductus eiuſdem, ſuper quintam, & aliquot ſequentes thoracis vertebras, in dextrum
Δ latus modicè declinans; à Γ. ad Δ. eiuſdē progreſſus oſtenditur à dextro latere verſus ſiniſtrum aſcendens ſuper magnā arteriam & per ſeptum trāſuerſum in ſuperius ventriculi orificium deſinens.

EE Tonſillæ propè fauces collocatæ.

Z Glādula, quæ gulæ adnata quintæ thoracis vertebræ inſidet.

H Superius ventriculi orificium.

Θ Ventriculi fundus.

I Elatior ventriculi ſedes.

K Humilior.

Λ Anterior.

MNΞ Poſterior, proprie tamen Ξ. impreſſionē oſtēdit qua vertebris inſidet; M. ſublimiorem dextri lateris ſedem N. ſiniſtri.

O Duodenum inteſtinum à ieiuni initio reſectum.

ΠP Nerui, qui à ſexto pari neruorum cerebri deriuati ſuperiori ventriculi orificio diſtribuuntur.

Ξ Ramus ſiniſtri nerui ſecundum elatiorem ventriculi ſedem vſque ad iecur procedens.

T Quarta vena cum arteria uentriculi ſuperius orificium amplectens.

Y Rami nuper dictæ uenæ & arteriæ per ſuperiorem uētriculi ſedem ad eius finem tendentes.

Φ Quinta uena, cū arteria & neruo per ſiniſtrum fundi uentriculi latus procedens.

Ψ Sexta uena à uenis ad lienem tendentibus enata.

FIG. III. IV.

III. IV. *Oſtendunt hæ figuræ ventriculum prima inuerſum, ſecunda ab extima tunica liberatum.*

A Craſſior, ac eminentior ſubſtantia ad ſuperius oſtium uentriculi.

B Anulus ex ſubſtantia duriori qua uentriculus cū duodeno inteſtino committitur.

C Intima uentriculi ſuperficies, ueluti carnoſa ſquama obducta.

D Inferius oſtium uentriculi.

E Inteſtinum duodenum.

F Exterior ex proprijs uentriculi tunicis.

G Extima uentriculi tunica à peritoneo enata.

H Tranſuerſæ fibræ per mediam uentriculi tunicam diuiſę.

I Obliquæ fibræ tranſuerſis ſubiectæ.

L Carnoſæ fibræ ſuperius oſtium uentriculi ambientes.

M Inteſtinum duodenum.

N Rectæ fibræ ad gulam pertinentes.

O Portio gulæ.

P Inferius oſtium uentriculi.

TABVLA. LXIII.



E

De Iecinore, vesica fellis, & liene. Cap. VII.

PAtefacto vẽtriculo veniendum est ad iecur, quod græcè ἧπαρ [a] nominatur. Factum autẽ est à natura, vt sit domicilium [b] facultatis naturalis, & vt succum [c] ex ventriculo attractum conuertat in sanguinem, quo singulæ animalis partes alantur. Quamobrem venas exigit, quæ in totum corpus diuisæ illum ferunt; sed interim ventriculum [d] fouet, & eatenus ad cibi coctionem conducit, ita vt non effictum sit quasi παρέγχυμα [e] ad venas sustinendas, sed ad sanguinem procreandum, & iam dictos vsus præstandos, quo potissimum spectat eius substantia, quam veluti [f] coactum sanguinem iudices. Complectitur hæc venas, tam à porta, quam à caua deductas, quibus in paruos ramos diuisis inhæret; & eatenus sanguinem efficit, quo alatur, alitur autem crasso, [g] ac rubro, & quod superat, tamquam inutile expellit. Sanguis qui in venis iecinoris conficitur, ex ramulis venæ portæ in ramulos venæ cauæ per ipsius substantiam diuisos distribuitur, quamuis non admodum appareat, vbi inter se iungantur extremi ramuli vtriusque venæ. Vt autem melius à iecinoris substantia mutetur in sanguinem succus, quem venæ continent, factæ [h] sunt hæ nõ solum exiles, sed ex tunica longè tenuiori, quàm ea quibus aliæ venæ constituuntur. Sunt etiam in iecinore paruæ arteriæ deriuatæ à ramo, qui à magna arteria ortus omento distribuitur. Occupant [i] hæ inferiorem partem iecinoris, cum superior satis motu septi transuersi refrigeretur. Tunica verò qua iecur inuoluitur, nascitur à peritoneo, qua inferiorem partem septi transuersi à dextro latere contingit. Paruus [k] autem neruus, qui ad iecur pertinet, per hanc tunicam dumtaxat diffunditur, neque enim penetrat in internam substantiam, vt quæ non egeat acriori sensu: cum instrumenta habeat inseruientia ad depellẽdum id, quod molestum est. Oritur autem eiusmodi neruulus ab illo ramo sexti paris neruorum cerebri, qui pertinet ad radices costarum dextri lateris. Ita autem figuratum est iecur, vt maximè conuenit partibus, cum quibus iungitur, est enim [l] gibbum, A, qua septum transuersum, quod cauum est attingit; contra cauum, A, qua gibbam ventriculi partem. Sed [m] fibræ, O, in quas quasi in rupes distinguitur, nec numero, nec magnitudine æquales in omnibus deprehenduntur. Porrò superficies diuersis partibus iecinoris diuersa est; qua enim gibbum est, & septum attingit, læuis est; inæqualis autem, qua cauum est, & cum ventriculo coniungitur. Quod attinet ad caua, & foramina; in parte sima versus dorsum vena porta [n] est, quam [o] constituunt quinque venæ grandiores, quæ ex plurimis tenuibus fiunt ibi discurrentibus. At in gibba parte, vbi à caua vena attingitur, in partem quidem inferiorem duo parua foramina, L, sunt à vena caua in iecinoris substãtiam penetrantia; tum duo [p] alia ampliora, M, in superiori, & in medio spacio complura, N, admodum exigua. Habet tandem iecur canalem, E; per quem & ad intestinum dodecadactylon, & ad fellis vesicam fertur flaua bilis, vt paulò post monstrabimus. Magnum [q] autem in homine est, pro portione corporis, si cum reliquorum animalium iecinore comparetur. Situm præterea [r] iecur est sub septo transuerso, ita vt à costis spurijs includatur à dextro latere; quamuis nonnihil etiam spectet ad sinistrum. Iũgitur [s] per tunicam à peritoneo ortam, cum omnibus visceribus, quæ à peritoneo inuoluuntur, per venas [t] cum ventriculo, liene, omento, mesenterio; per [u] ligamentum, I; quod à peritoneo proficiscitur, iungitur cum septo transuerso, per paruulam fibram, C, quasi nucem replet sinum quem efficit primum intestinum, cum ab inferiori ostio ventriculi incipiens reflectitur à parte dextra, versus sinistram. Hactenus de natura iecinoris, nunc transeundum est ad vesicam, C, quam adiunctam [x] habet, licet non sit pars ipsius. Vocatur hæc, quod bilem recipiat, græcè χολωδεις, & χοληδοχος: [y] ad id enim instituta est à natura, vt sit receptaculum [z] flauæ bilis, non secus quam lien atræ. Attrahit enim ipsam, vel, vt alijs placet; recipit per canales, [a] qui in medio iecinore inter ramos venæ portæ, & cauæ inseruntur; quo fit, vt sanguis, qui per venam cauam distribuitur, secreta flaua bile purior reddatur. Quamuis autem bilis acris sit, & erodendi vim habeat, adeò tamen familiaris [b] est huic vesicæ, vt nullo pacto offendat ipsius substantiam, quæ non aliud est, quam tunica ex membrana [c] dura, & tenui, ita vt contrahi possit, & quantum necesse est extendi. Hæc triplici [d] fibrarum genere distinguitur; recto ad attrahendum; transuerso ad expellendum; obliquo ad retinendum: fibræ rectæ in ea paucæ sunt, & internæ magis: his succedũt obliquæ, nam transuersæ in externa superficie conspiciuntur: neque desunt, qui non secus atque alijs fibris neruosis nullam actionem tribuant, sed solum ad robur effictas fuisse existiment. Eadem qua parte iecinori non hæret, tegitur [e] membrana orta à peritoneo, & proprie ab eo, quod iecur inuoluit. Ac licet annexa sit iecinori, & officinæ sanguinis, duas tamen venas, R, habet, quibus [f] alitur, ortas à vena porta, qua in iecur inseritur. Obtinet etiam arteriam, & neruum; illa ab arteria, hic à neruo iecinoris proficiscitur. Sed præter materiã, formam quoq; nacta est vesica bilis ad institutum munus exequendum maximè opportunam: Figura enim rotunda, & valde

a Arist. li. 1 de historia anim. c. 18
b Gal. li. 2. progn. cõ. 37.
c Gal. 5. de loc. aff. c. 7.
d Gal. li. 4. de vsu pa. c. 8.
e Gal. li. 6. de anato. adm. c. 11. & 1. de natu. human. com. 1.
f Gal. lib. 6 de Plac. c. 8.
g Ga. lib 4. de vsu par. c. 15.
h Gal. li. 4. de vsu pa. c. 13.
i Gal. ibid.
k Gal. 4. de vsu par. c. 13.
l Gale. lib. 6. de anat. admi. ca. 8.
m Gal. lib. 6. de anat. aggress. c. 8.
n Gal. lib. de ven. dis sect. c. 1.
o Vid. sup. lib. 3 ca. 7.
p Sup. lib. 3. c. 8.
q Gal. lib. 6. de anat. aggress. c. 8.
r Arist. li. 1. de histo. anim. c. 18.
s Gal. lib. 4. de vsu par. ca. 14.
t Galen. 2. progn. cõ. 2. & lib. 4. de vsu pa. c. 14.
u Ga. ibid.
x Ga. lib. 6. de ana. aggress. ca. 8.
y Gal. li. 5. de vsu pa. c. 4. & 5. de nat. facul. c. 9
z Gal. li. 3. de na. fac. cap. 9.

F
A fi. 11
A fi. 12
O fi. 12
G
L fi. 14
M fi. 14
N fi. 14
E fi. 11
I fi. 11.
C fi. 12
C fi. 11
H
R fi. 5.

a Gal. lib. 4 de vsu par. c 13. b Gal. lib. 3. de nat. fac. c. 9. c Gal lib. 5. de vsu pa. c. 12. d Gal. li. 5. de vsu pa. c. 11.
e Gal. lib. 6. de ana aggress. c. 7. f Gal. lib. 5. de vsu par. c. 7.

A valde capax eſt, & iniurijs minime expoſita. Verum à ſuperiori parte oblonga eſt, contrahi-
D fi.11 tur enim paulatim vt partibus quadret, inter quas ſita eſt. Degenerat in canalem, D, ſua cer-
uice in anguſtum ᵃ contracta, qui poſtquam ex ſitu venæ portæ exceſſit, inferitur in alte- a Gal. 4. de
rum canalem, E, qui ibi in iecinore in duos ramos diuiditur, quorum alter in dextram partem vſu part. c.
iecinoris, alter in ſiniſtram progreditur, & in multos ramos ſeparatur poſitos inter fines ra- 4.
morum portæ, & cauæ venæ, vnde flauam bilem ſecernant, priuſquam ſanguis à ramis venæ
cauæ attrahatur. Hic canalis, in quem inferi canalem diximus à ceruice veſicæ profectum, à
ramis per iecinoris ſubſtantiam diſtributis recta deorſum fertur, fultus partim trunco venæ
portæ, partim inferiori membrana omenti, dum finiatur in ᵇ inteſtinum dodecadactilon, b Gal. li 6.
paulò ſupra initium ieiuni; breui autem, ac tuto itinere facto definit idoneo loco non procul de ana. ad-
à ventriculo; vbi autem ad inteſtinum peruenit, finitur in membranam laxiorem; cuius vſum min. c. 12.
intelliges, ſi ante huius canalis vſum expoſuerimus, quem recta à iecinore ad hoc inteſtinum & 3. de na-
ferri diximus. Scire igitur licet, quod ex flaua bile redundat, ferri c ad inteſtina, vbi non ſo- tu. fac. c. 13.
lum exitum habeat ex corpore, ſed vtilitatem ᵈ afferat non mediocrem, partim detergendo c Gal. lib. 5
pituitam, partim irritando ad deijciendum. Laxior autem membrana, in quam finiri diximus de vſu par.
canalem ad inteſtinum pertinentem, duo efficit, prohibet primò ne retrocedat flaua bilis c. 4
B ad iecur, perinde atque illa membrana ſimiliter laxa, quæ in veſica vrinæ ſita, ad ora cana- d Gal. lib. 5
lium, per quos vrina à renibus deſtillat, non ſinit hanc ſurſum retrocedere. Altera vtilitas de vſu par.
quam illa in inteſtino affert, eſt quod claudit tranſitum bilis ad inteſtina, quo tempore incom- c. 4
moda eſſet, cum ſcilicet ſuccus mixtus cum ijs quæ ſuperant, & in inteſtinis contentus à ramis
venæ portæ ſugitur, & ad iecur fertur, neque enim tunc expedit inteſtina à flaua bile irritari
ad deijciendum; quo natura ſpectans habilem effinxit propoſitam membranam ad oſtium
canalis claudendum; idem enim ſuccus, qui à venis attrahendus eſt, quo tempore redundat
in eo inteſtino, comprimit membranam, ita vt oſtium claudat. At flaua bilis, quæ tunc exitum
non habet, implet canalem hunc totum, ita vt effundatur in alterum ipſi adiunctum, qui ad cer
uicem veſicæ ſpectat. Impletur tunc veſica flaua bile, quam in inteſtinum deinde patefacto
oſtio detrudit per alterum canalem, ſiue ipſa per ſe moueatur ad expellendum, ſiue à ſuperie-
cto iecinore comprimatur. Euenit interdum, vt non ſimplex, ſed duplex ſit canalis, qui ad in-
teſtinum pertinet: ſed ſi e alter ad inteſtinum, alter ad ventriculum feratur, non paruam f e Gal. lib. 2
moleſtiam afferet. Interdum tamen & ad veſicam, atque ad canalem feruntur ramuli aliquot, de temper.
à iecinore flauam bilem afferentes, præter illos qui conſtituunt canalem ad inteſtinum de- cap. 6. & de
ſcendentem. Paruum g vero effictum fuit flauæ bilis receptaculum, non magnum, vt illud Arte medi.
C quod vrinam ſeruat, cum longè minor copia redundet flauæ bilis, quam vrinæ, & cum ob ſe- c. 74.
dem quam obtinuit, & ad recipiendam, & ad effundendam bilem commode ſufficiat. Situm f Gal. ibid.
enim ʰ eſt in cauo iecinoris, quod tantiſper ſinuatur, dum eius dimidiam partem, ſuperio- & lib 5 de
rem videlicet admittat; nam altera pars, quæ inferior eſt, pendet, neque ab aliquo comprimi- vſu part. c.
tur, cum ſpacium occupet à dextro latere ventriculi, alioquin inane. Vtriuſque natura & ie- 4.
cinoris, & veſicæ flauam bilem recipientis, iam expoſita patefiet ſectione. Euulſo ventriculo, g Gal. li. 5.
& ſanguine ſpongijs abſterſo, extrahes iecur, reſolutis prius ligamentis, per quæ cum alijs de vſu par.
partibus nectitur. Euulſum verò ſecabis adhibito primum ſcalpello iuxta venam cauam, vt c. 8
conſpiciatur eius diuiſio in ramos per iecur diductos. Deinde ſtilum vnum indes per venam h Gal. li. 4.
cauam, alterum per venam portam, quàm altiſſimè poteris, vt ſcalpello ſubſtantiam ſepares à de vſu par.
ramis venarum, in quas ſtilum demiſiſti. Sic obſeruabis diuiſionem venarum, quæ per ſubſtan- c. 4.
tiam iecinoris diſtribuuntur, & ſimul etiam arteriarum; præterea canales illi ſe oſtendent, qui
inter venas interiecti ad veſicam flauæ bilis feruntur; quam tunc reſolues à iecinore, & oſten- i Ariſt. li. 1.
ſo canali, quem deorſum exigit, diuides, vt eius tunicam cum fibris, venis, arteria, neruo, inuo- de hiſtoria
lucro patefacias. anim. c. 18.

Sed iam tempus eſt tranſire ad lienem, quem græci nominarunt σπλῆνα, i Eius officium & Gal. li. 4.
D eſt craſſiorem ſanguinem, & quaſi ᵏ fęcem ex iecinore attractum ſecernere a reliquo ſan- de vſu par.
guine, quem attractum concoquit, vt alatur; id vero quod ſuperat, ad ventriculum expelli- c. 15.
tur; confert ˡ enim ad retinendum, cum acerbum ſit, vnde poſtea ad inteſtina depellitur, K Gal. li. 4.
& cum cibi reliquiis detruditur. Ad eiuſmodi ſuccum recipiendum maximè apta fuit lie- de vſu par.
nis ſubſtantia, quippe quæ rara & ᵐ laxa eſt. Taliſque conſeruatur, quod alatur eiuſmodi c. 15. & lib.
fęce n ſanguinis iam concocta, & extenuata arteriarum, quas in ſe continet motu, & calore; 3. de natu.
ſed ſuccus, quo nutritur, quamuis tenuis o effictus ſit, nigritiem tamen retinet, quo fit, fac. c. 9.
A M. fi. 1. vt ipſe quoque lien nigricet. Tunica vero qua tegitur, oritur a membranis, A, M, omenti l Gal. lib. 5
vnde & nerui ramulum obtinet, & arterias multas, quibus p eget ad concoquendum, & de vſu par.
extenuandum craſſiorem ſuccum, quem attraxit. Præterea ad vitam retinendam, & la- c. 4
Φ fig. 7 xam ſubſtantiam, qua præditus eſt, conſeruandam. Vena, Φ, autem per quam à iecinore m Ga. li. 4.
A fi. 7. fęcem ſanguinis attrahit, eſt ſiniſter, ac minor q truncus venæ portæ fultus inferiori, Λ, de vſu par.
membrana omenti; hic in lienis medium inferitur à parte caua, ſed priuſquam ad ipſum c. 15.
perueniat, ramos impertit omento, à quibus præripitur quicquid eſt boni ſanguinis ad- n Gal. ibid.
mixtum cum fęce; quà verò lienem ingreditur, in duos ramos diuiditur, atque hi deinde diſſi- o Gal. ibid.
p Gal. loco citato.
q Supra li. 3. c. 7.

pantur in plures,adeò graciles,ac minutos,vt fibræ solidæ videantur;& non amplius venæ sanguinem continentes; id quod euenit etiam arterijs,quæ in liene similiter in minutas fibras separantur.Eiusmodi etiam fibris tam venarum,quam arteriarũ cohæret [a] substantia laxa lienis, quam diximus. Discedit vena,quæ à liene ad ventriculum progreditur ab insigniori ramo, qui à iecinore per omentum fertur,quà cum liene committitur. Cum ventriculo vero à sinistra parte coniungitur ramus hic insignior,præter quem,cum alij quoque ad lienis cauum ferantur,ab ipsis quoque ramuli oriuntur, qui ad sinistram ventriculi partem similiter tendunt; quorum nullus videtur ad os ventriculi pertinere.Porrò venæ,quæ ad lienem à ventriculo tẽdunt,superiori,M,membrana omenti fulciuntur;sicuti inferiori,quæ à iecinore ad lienem.Sed satis de Materia;spectemus Formam.Accipere figuram lien videtur à partibus,cum quib. iungitur,non secusquam iecur;quà enim septum transuersum attingit,quod leniter cauum est, leniter gibbus conspicitur;quà ventriculo prominenti hæret,residet,& cauus redditur.Recedit etiam a quadrata figura,ita vt linguæ magis similitudinem referat;a superiori enim,& inferiori parte definit in angulum valde obtusum: sinistrum latus leniter gibbum habet,dextrum verò duobus locis modicè residens.Superficies lienis non ex toto læuis est,atque equalis,sed inæqualiter quibusdam partibus prominet. Quamuis autem in homine magnus sit,non tamen excedit costarum regionem,ita vt digitis sentiri eius mollities,aut durities non possit, nisi cũ ægrotat,tunc enim augetur,& licet crassus sit,latior tamen est,quam crassus,& longior,quam latus.Quamuis item vnus,ac simplex [b] sit,aliquando tamen triplex [c] inuentus est, vnus magnus,alter duplo minor,tertius paruulus.Collocatur verò à sinistra parte sub septo transuerso,ita vt includatur spurijs costis,quemadmodum diximus;pars caua spectat ad ventriculum, & iecur:gibba vergit in partem exteriorem;residet igitur ad sinistram partem ventriculi,sed magis vergit in posteriorem,& inferiorem. Nectitur,à superiori parte cum septo transuerso, per quasdam fibras,quasi per ligamenta; id quod minimè perpetuum est,cum in quibusdam non reperiatur.Coniungitur interdum cum rene sinistro per exterius inuolucrũ,& præter nexum,quem habet cum dorso,per ligamentum,illigatur ventriculo,& iecinori per venas;omẽto etiam per membranas.Lienis naturam,quam paucis exposuimus,ostendere in cadauere licet,antequam extrahatur;sic enim situs,nexus,vasa,manifeste se ostendent;deinde extrahere ipsum oportet resolutum ab illis partibus,cum quibus nectitur; id quod commodè fit etiã antequam iecur euellatur,vasis omnibus alligatis:sed licet extracto etiam iecinore ad lienem postea venire,atque ipsum euellere,ad quem euulsum scalpello linea in longitudinem ducatur,vt possit eius substantia deprehendi;quo facto,inter duos asseres astringendus,vt uasa,de tracta substantia qua fulciebantur,nuda in conspectum ueniant. Sunt qui lienem elixent, ut sanguis concrescat,& uasa cum tota substantia euidentius patefiant.

Margin: E; M fi.7; F; G

[a] Gal.4.de vsu p.c.15

[b] Gal.li.5. de vsu p.c. 6.

[c] Falopius li. de anat. obser.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXIV. inscripti sunt, declaratio.

TAB. LXIV. FIG. V.

V *Figura refert cauam iecinoris sedem,bilis vesicam,ventriculum intestina nonnihil deorsum labentia,vt canalis à bilis vesica ad intestina procedens in conspectum veniat, conspicitur,& mesenterii portio.*

A	Peritonei portio vnà cum quibusdam costis in exteriora reflexis.
B	Caua iecinoris sedes.
C	Gibba hepatis portio.
D	Scinditur hac sede iecur,vt venam a fętus vmbilico recipiat.
E	Rimæ sinus,tubercula iuxta exortum venæ portę conspicua,& proprie superius,E,sedem venæ portæ ostendit vmbilici venam excipiẽtem, ab E,ad,D,vmbilici, venæ ductus notatur.
F	Ligamentum sinistrum iecinoris latus septo transuerso adnectens.
HG	Sinus in hepate exsculptus, vt ventriculo cedat notato H.
I	Venæ,nerui,arteriæ os ventriculi superius amplexantes.
L	Inferius os ventriculi,seu initium duodeni intestini.
M	Canalis a vesica bilis ad duodenum intestinum procedens.

Margin: H

N Ramus

TABVLA LXIIII



E

N Ramus à neruis os ventriculi amplexantibus ad cauum iecinoris pertinens.

O Bilis vesica,

P Canalis à iecinoris substantia per ramos venæ portæ, & cauæ ad duodenum intestinum pertinens.

Q Ceruix vesicę bilis, cui canalis ex iecinore ductus notatus P. inferitur, cõmunemque efficit.

R Rami à vena porta, ad bilis vesicam tendentes.

S Truncus venæ portæ.

T VX Mesenterium; propriè tamen, T, diuisionem dextri trunci venæ portæ ostendit; V, glandulas; X, Mesenterij sedem, quæ colo intestino à dextro rene vsque ad iecur alligatur; hic autem resoluta est, ut euidentius mesenterij centrum appareat.

Y Vena, quæ sub recto intestino descendens in ipsum inseritur.

Z Vesica vrinæ.

b Dexter canalis vrinæ.

c Vena, & arteria materiam seminis ad dextrum testiculum deferentes.

FIG. VI.

VI. *Figura ostendit gibbam iecinoris sedem.*

A A Superior pars gibbi hepatis.

B B Inferior.

Δ Maior portio ligamenti iecur cum septo transuerso nectentis.

Θ Portio venæ ab vmbilico ad iecur pertinentis.

I Sinus in hepate iuxta sinistri ventriculi latus insculptus.

FIG. VII. VIII. IX. X.

VII VIII IX. X. *Figuræ hæ referunt lienem, VII. à priori latere cum omenti portione, ubi K, sinistrum latus ostendit: nam dextrum omento obducitur, cuius interior membrana, vnà cum uenis, & arterijs per ipsam ad lienem tendentibus notatur* ΛΛ.

ΛΛ

M Superior omēti membram, per quam feruntur vasa ad ventriculum orta à vasis ad lienem tendentibus.

VIII Fig. Lienis cauum ostendit à cæteris corporis partibus vndique resoluti, cuius superior pars inscribitur N,

N ≅ OΠ inferior ≅ sinistra O. dextra Π.

P Linea in cauo lienis, cui uasa ad ipsum pertinentia inseruntur.

IX. Fig. Posteriorem lienis sedem ostendit, vbi costarum quędam impressiones deprehenduntur.

X Fig. Eodem modo ac VIII. lienem ostendit duabus exemptis rimis, vt lienis substantia deprehendatur notata ≅ T.

≅ T

Y Posterior lienis sedes, quæ costas attingit.

Φ Venæ, quæ à sinistro trunco venæ portæ ad lienem feruntur.

F

In XI. Figura.

A Superior, ac gibba hepatis sedes.

B Inferior, & caua.

C Vesica bilis.

D Canalis, qui à vesica bilis fertur ad duodenum intestinum.

E Canalis, qui à iecinoris substantia ortus, iunctusque cum canali nuper dicto communem efficit notatam F.

F

G Ostium communis canalis nuper dicti intra duodenum intestinum notatum littera H.

H

I Ligamentum, quo iecur septo transuerso illigatur.

G

In XII. XIII. XIV. Figuræ.

A Cauum hepatis.

B Truncus venæ cauę substantiæ iecinoris inherens.

C Fibra iecinoris quæ quasi nux replet sinum, à reflexione duodeni intestini effictum.

D Vesica bilis.

E Vasa per vesicam bilis diuisa.

F Venæ quæ à iecinore ad trũcum venæ cauæ deriuantur.

G Inferius orificium venæ cauæ.

H Superius.

I Truncus uenæ cauæ apertę.

Duo foramina à iecinore ad venam cauam penetrantia ab inferiori parte. H

M Duo alia maiora foramina à superiori.

N Paruula alia foramina in medio.

O Fibræ iecinoris.

De Renibus, Vesica, & canalibus vrinæ transitum præbentibus. Cap. VIII.

VT auté ex iecinore purgatur flaua bilis à vesica annexa; & canali ad δωδεκα δακτύλων inteſtinum tendente, ita aquoſus humor à renibus, quos Græci νεφροὺς a appel larunt. Horum b officium eſt ex iecinore non proximè vt lien, & veſica, ſed interiecta vena caua humorem aquoſum educere, cum ante c neceſſarius fuerit, vt ſanguis alioquin craſſior per anguſtas iecinoris venas ad cauam permearet, vnde renes d ipſum allicientes à ſanguine ſecernunt. Alliciunt autem non modo eum, qui in venis cõtinetur, ſed & qui in arterijs. Ad quod munus maximè appoſitos intelliges, ſiue materiam,
G fig.2 ſiue formam intuearis. Materia eſt ſubſtantia, G, quædam denſa, e quæ non permittit ſanguinem cum aquoſo humore, quem cum eo neceſſario mixtum recipit, deſcendere ad veſicã, qui tantũm illabitur, vrina percolata, interim ſanguine f retento ab eiuſmodi materia renum ſolida, denſa, carnoſa, non multum à ſubſtantia cordis abhorrente, fibris multis contẽta, quas
B canales per ipſum ordine diſcurrentes demonſtrant. Tegitur autem duplici tunica; exterior
B fig.6 ,B, à peritoneo proficiſcitur, & ambit vniuerſos renes, quibus tamen non ita inhæret, vt non facile reſoluatur; intexitur hæc venis, atque omenti modo multa adipe obducitur. Altera tunica interna, eſt innata renum ſubſtantiæ, non ſecuſquam iecinori, aut lieni, quæ caret adipe, & tenuis eſt, ſine venis; oriturque à tertia tunica arteriæ, & à ſecunda venæ in renes ingredientis; dilatantur enim eiuſmodi tunicæ in ipſo progreſſu, & tunicam renum internã conſtituunt. Inſeritur in externam paruus g neruus, ortus ab illo ramo ſexti paris neruorum cerebri, qui ad radices coſtarum pertinet. Satis h autem fuit paruus, cum ſolum ſenſus facultatem præbere debeat, ad percipienda, quæ moleſta ſunt, vt detrudantur. Diſtribuitur tamen vna cum venis, & arterijs per totam renum ſubſtantiam. Alia eſt ratio venæ, & arteriæ, quæ non exiles ſed grandiores renibus impertiuntur; neque enim per has alimentum dumtaxat, aut vitalis ſpiritus fertur ad renes reficiendos, ac conſeruandos, ſed aquoſus i humor, qui in venis, atque arterijs vniuerſi corporis redundat; quo ſpectans natura, maiora vaſa renibus inſeruit, quam
C fig.6 quæ ipſis propriè ſufficerent. Vena, C, grandior vtrinque vna deriuatur à caua deſcendente inter primam, & ſecundam lumborum vertebram, atque in renem penetrat. Ab arteria ma-
C gna ſimiliter inter primam, & ſecundam lumborum vertebram deſcendente, vtrinque ramus
D fi.2. ,D, grãdis deducitur, qui cum ramo venæ coniunctus, fertur tranſuerſus ad renes. Vtraque autem tam vena, quam arteria cum ad renem peruenit, priuſquam in illum ingrediatur, bipartitur, vnus ramus ad ſuperiorem partem renis, alter ad inferiorem progreditur. Atqui arteria poſtquam à magna diducta eſt, ramos alijs partibus non impertit, ſed tota conſumitur in re-
E fig.6 nem. A vena, k quæ ad ſiniſtrum renem fertur, deſcendit ramus, E, ad ſiniſtrum teſtem progrediens, ſed à vena, quæ in dextrum renem tendit, impertitur ramus in externa tunica ipſius. Verum tam vena, quam arteria per l totum renem, ſubſtantiamque diuiditur, licet ob ſubſtantiæ tenuitatem minus appareat. Huiuſmodi igitur eſt materia; perſcrutemur formam. Ita figurati ſunt renes, vt ab interna parte qua ſe mutuò ſpectant, ſint m reſimi, atque in medio ſinuati: ab externa, quæ longior eſt, gibbi, atque orbiculati; ſunt ferè æqualiter craſſi, nam paulò craſſiores ſunt ab inferiori parte, quam à ſuperiori. Superficiem vero aſperam non habent, ſed admodum læuem.

At magna contentio eſt de renum cauis, ac ſinibus, quibus vrina percolatur; Fingunt pleriq. duos in lõgitudinem renum, vnum ſuperiorem alterum inferiorem, quos media mẽbrana diducat. In inferiori aiũt recipi vrinam purã, quæ per membranam interiectã à ſuperiori ſinu percolata deſcendat, quod n commentitium eſſe aſſerunt alij ſectione deprehendi: habere
E enim renem duos ſinus dicunt, non tamen ita collocatos, aut diuiſos, vt iam dictum eſt, ſed ſic, vt primus magis intimus ſit, ſecundus verſus externam ſuperficiem magis accedat. Collocatum igitur eſſe aiunt o primum ſinum medium inter priorem, & poſteriorem; tum inter ſuperiorem, & inferiorem partem renis; cuius conſtitutionem intelligi addunt, ſi venæ, & arteriæ ductus per renis ſubſtantiam inſpiciatur. Vtramque enim inquiunt à principio in duos ramos, mox in plures ſeparari, atque omnes rurſus coire, & membranam efficere arteriarum tunicæ craſſitudine, ac duritie non diſſimilem. Huius membranæ portionem illam, quæ a priori parte renis eſt, cum altera quæ à poſteriori coniunctam oblongum quoddam cauum efficere, quem primum ſinum appellant. Hunc prætcrea ab imo in canalem degenerare, per quem vrina ad veſicam fertur: ſed à ſummo paulatim dilatatum in duas partes ſeparari. Quarum vna per priorem, altera per poſteriorem renis partem progreditur, & vtraque p conſumitur in ſex, aut etiam plures ramos, qui ferantur æquè diſtantes verſus latus renis exterius; priuſque terminentur, quam ad renis finem pertineant.

Separari etiam dicunt in ramulos minores, & priores, cum poſterioribus in vnum coaleſcere, & referre imaginem dimidiatæ ſphæræ. Innaſcique renum ſubſtantiam medio ſpacio,

a Ariſto. 1. li. de hiſt. ani. c. 19. & Gal. lib. 5. de vſu pa. c. 4. & 5.
b Gal. 1. li. de nat. fac. ca. 16. & 5. de vſu pa. c. 6
c Gal. li. 4. de vſu par. c. 5
d Gal. li. 4. de vſu par. c. 6
e Gal. li. 5. de uſu pa. c. 6. & 7.
f Gal. ibid.
g Gal. li. 5. de uſu par. c. 9
h Gal. ibi.
i Gal. 5. li. de uſu pa. c. 5
k Gal. li. 14 de uſu par. c 7
l Ariſt. lib. 1. de hiſto ani. c. 18
m Gale. in lib. de ren. affectib. c. 1.
n Veſalius lib. 5. c. 10.
o Veſalius ibidem & Valuerda lib. 3. c. 10.
p Veſalius & Valuer. ibidem.

vbi rami iam dicti inter se diducuntur. Vbi autem definunt versus externam, ac gibbam partem priores, & posteriores rami inter se coeuntes, septum quoddam incipere è renum substantia constans, procederequc in partem internam versus primum sinum, quem dicunt a venis, at que arterijs quasi canalem conformatum. Ergo supra primum hunc sinum alterum conspici volunt, [a] in duos quodammodo diuisum septo iam dicto; quorum vnus inter septum, & priorem partem renis; alter inter septum, & posteriorem collocetur; cumque septum non perueniat vsque ad initium primi sinus, secundum scribunt non esse vbique duplicem, sed inferiori parte simplicem, versus renis gibbum; reperirique in secundo sinu adipem hominibus pinguibus, aliis non item; reperiri & in eodem aquosum humorem iam percolatum, ita vt primus sinus in vasis, cum sero sanguinem contineat, qui retinetur a substantia renum, & deinde per canalem primi sinus sola vrina illabatur. At hæc [b] sinuum descriptio belluarum magis, quam hominum renibus conuenit. Habent enim humani renes vnicum sinum, F, dumtaxat ex membrana neruosa collocatum versus partem simam, propè locum, vnde egreditur canalis vrinam deferens ad vesicam; & per quem ingreditur etiam tam vena, quam arteria: ad hunc sinum spectant [c] fistulæ, H, complures, interdum octo, interdum decem, quasi digiti: incipiunt hi a renum substantia non longe ab extima superficie; initio autem operculo, I, clauduntur ex carnosa renum substantia, verrucæ modo acuto, quod aliqua ex parte in fistulam ingreditur: destillat per hoc foramen serum sanguinis, & per fistulam transit ad sinum, in cuius latiori parte colligitur, vnde canalis, B, E, oritur, qui ad vesicam defert serum ibi collectum. Magnitudo renum tanta est, quanta instituto a Natura muneri exequendo par sit.

a Vesalius & Valuerda locis citatis.

b Falopius li. de anat. obser.

c Falopius ibid.

F fig. 2 — H fi. 2. 3. — F — I fi. 3. 4 5. — B fig. 1 — E fig. 2

Sunt autem [d] duo efformati, & non vnus magnus; ob corporis æquilibritatem; iusta enim Natura effecit vbi licuit dextram, & sinistram partem per omnia pares. Verum non habet æqualem [e] vterque situm, cum dexter superior sit, sinister inferior. Siquidem & iecur quod a dextra parte est, superius collocatur, quam lien, qui a sinistra: excedit autem dexter situm sinistri, non magis quam sit dimidia pars renis. Non sunt autem penitus [f] aduersi, & è regione collocati, ne se mutuò impediant, cum attrahūt humorem aquosum. Attingit ren dexter summus imam iecinoris partem; ac sinister [g] lieni subijcitur, ita vt illi aliqua ex parte substernatur. Vterque autem ad latera vertebrarum resider, ad humiliorem septi transuersi sedem, iuxta decimam, vndecimam, & duodecimam costam, quarum flexus commodissimam renibus sedem efficit; sic enim defenduntur, neque aliarum partium situm impediunt. Hactenus de renibus. Sequitur vesica, F, cum canalibus, G, per quos ex renibus, vrina ad ipsam transfertur, οὐρητῆρας [h] græci nominant. Est igitur uesica receptaculum, [i] & quasi cisterna aquosi humoris, quē diximus allici a substantia renum, vnde paulatim fluit, & in uesica retinetur, dum insignis copia collecta deinde expellatur, ne assiduè fluens hominem a negocijs auertat. Ad hunc igitur usum, [k] ut detentam urinam depellat, quando uolumus, fabricata est natura ueficam maximè opportunam. Substantia [l] enim ea fuit, quæ extendi, & contrahi facile posset, neque offenderetur ab iis, quæ in ea reciperentur. Constat enim ex tribus tunicis, quarum duæ propriæ sunt, tertia communis ex substantia peritonei; ex proprijs interna neruosa [m] est, tenuis, lucida, alba, omni fibrarum genere contexta, ad robur, & urinam continendam, non quo actioni inseruiant, præsertim retentioni eiusmodi fibræ aut tractioni, sed potius expulsioni, ad quam spectant fibræ alterius tunicæ propriæ, quæ externa est: hæc crassa est, & carnosa, vt externa ventriculi tunica, fibrasque habet rectas, & transuersas: facile autem poteris vnam ab altera separare, vbi vesicam inflaueris. Non tamen æquè tenuis, aut crassa manet tunicæ vesicæ substantia, sed tenuior, vbi distenta est; crassior, vbi contracta; at nec æqualem crassitudinem omnibus partib. nacta est, sed crassior est ad ceruicem, & in sublimiori fundi parte, propter processus, quos partim exigit, partim recipit. Vt autem vesica validior sit, & magis defendatur ab iniuriis, extra inuolucrum habet, a peritoneo ortum, qua sub pubis ossibus vesicam attingit, quod longe crassius [n] est, quam id quo iecur, lien, renes inuoluuntur. Vt etiam eorum a quib. offenditur iniuriam sentiret, atque ad expellendum excitaretur, neruos habuit grandiores, non pares vt vesica fellis. Deriuantur hi partim a neruis illis sexti paris neruorum cerebri, qui ad costarum radices perueniunt, partim ab iliis, qui postremi a spinæ [o] medulla oriuntur. Iam vero cum aquosum humorem sincerum [p] attrahat, non mixtum sanguinem, vt renes, eget, non secus quam bilis vesica, venis a quibus nutriatur. Deriuatur [q] ergo utrinque una, H, a propinquis uenis, nimirum ab illis, quæ a caua deductæ feruntur ad crura, non secusquam arteriæ, quæ similiter utrinque [r] una ad ueficam tendunt, deriuatæ ab illis ramis, qui a magna arteria orti cruribus distribuuntur: ab his impertitur vesicæ facultas vitalis. Inferuntur tam nerui, quam venæ, & arteriæ ad [s] ceruicem, I, qui locus maxime idoneus est, cum validus sit, & carnosus: vtrinque igitur tria vasa cum ceruice vesice committuntur; sicque iter breuissimum faciunt, & stabilem sedem inueniunt; statim autem singulæ in duos ramos diuiduntur, quorum alter per vesicam distribuitur, alter per ceruicem, & inde per colem in maribus, in quibus insignis est hæc portio vasorum; contra exigua in fœminis, quibus non debuit ad colem pertinere. De musculis vesicæ, ceruicem amplectentibus, egimus supra quarto [t] libro. Substantia vero glandulæ similis ad quam terminantur vasa seminis magis pertinet ad colem, quam ad ceruicem vesicæ,

d Gal. li. 5. de vsu par. c. 6.

e Arist. li. 3. de histo. c. 18. & G. li. 5. de vsu p. c. 6.

f Ga. ibid.

g Ga. ibid.

h Ga. li. 5. de vsu par. c. 5.

i Gal. ibid.

k Gal. li. 1. de cu. val. c. 12.

l G. li. 6. epi. com. 2.

m Ga. 1. 6. epi. com. 2.

n Gal. li. 5. de vsu par. c. 12.

o Gal. 5. de plac. c. 8.

p Ga. li. 5. vsu p. c. 7.

q Ga. 5. de vsu p. c. 8.

r Ibid. Gal.

s Gal. loco citato.

t Supra li. 4. c. 10.

F fi. 6. — G fi. 6. — G — H — H fi. 7. — I fig. 6.

A uesicæ, quamuis hanc [a] quoque madefaciat. Porrò uesicæ figura ea est, quæ maxime capax est, & iniurijs minimè opportuna, rotunda nimirum, quamuis in oblongam ceruicem degeneret, nam si latior ibi esset, à recto intestino, uel ab utero premeretur. Qua autem rectum intestinum, aut uterum attingit, læuem superficiem habet, ita ut aquoso humore illita uideatur; sic autem subiectis partibus lenius insidet.

a Gal. li. 2. de sem. ca. vlt.

Cæterum cauis multis distingui vesicam necesse fuit; in fœtu enim qui vrinam ex vesica expellere debuit, ad χόριον inuolucrum, necessarius fuit [b] canalis, per quem ferretur: hic autem ex sublimiori, ac media parte fundi vesicæ incipit, & per vmbilicum procedit ad inuolucrum dictum. Duæ item arteriæ per latera vesicæ ab vmbilico feruntur, per quas vitalis spiritus est particeps: sed hæ vna cum canali vrinæ iam dicto in lucem editis processu temporis excæcantur, & vinculi dumtaxat officio funguntur; alligant enim vesicam cum peritoneo, atque erectam continent. Inferuntur etiam in vesicam ad inferiorem, posterioremq. eius partem non procul à ceruice canales, per quos recipit vrinam, (οὐρητῆρας [c] diximus appellari) repræsentant autem venas albas, atque exangues. Constant enim ex tunica, quam habent à vesica nō dissimili tunicæ venarum, nisi quod & durior est, & pauciores fibras obtinet. Inuoluitur hæc à peritoneo, à quo illi quasi secundam tunicam habent, cum egrediuntur è renibus, à quorum sinu incipiunt: hi igitur canales à medio latere interno renum prodeuntes, recta per lumborum musculos ad vesicam progrediuntur. Longi autem sunt, quod renes, vnde discedunt, pro pè iecur; vesica ad quam feruntur, propè rectum intestinum esse debuerint: Fuerunt etiam laxiores, quam qui ad bilem pertinent, propter copiam serosi excrementi maiorem, quam flauę bilis; sicut & vesica vrinæ grandior, quam vesica bilis fuit, vt diutius retinere vrinam posset, nec

b Gal. li. 15. de vsu par. ca. 5.

c Ga. lib. 5. de vsu par. ca. 5. & 13.

B

L fi. 7. crebro detrudere ipsam cogatur: oblique [d] autem in vesicam per eius tunicam penetrant, L, & in laxiorem membranam finiuntur; quæ operculi modo claudit; cedit hæc, & aditum præbet vrinæ, quæ in vesicam illabitur; non tamen [e] permittit quicquam humoris, aut flatus per

d Gal. lib. 5 de vsu par. c. 13. & 16.

e Gal. ibi.

M fi. 7. eosdem canales sursum reuerti. Restat ex cauis seu canalibus vesicæ ceruix, M, in quam contrahi imam eius partem monstrauimus: obducitur hæc tam maribus, quam fœminis in orbem

I fig. 6. musculo, [f] I, qui contractus vrinā retinet, cum volumus, neque ipsam elabi præter voluntatem permittit; & rursus quando volumus, à vesica expulsam propellit, ne in externo canali retineatur. Situs hic musculus est ad ceruicem vesicæ ante finem vasorum seminis. Canalis hic non similis est viris, atque mulieribus, siquidem viris annexam habet substantiam glandulæ similem; qua stabiliuntur vasa semen fundentia: mulieribus non item, quibus inferitur eiusmodi canalis in vteri [g] ceruicem, & vbi primum sub pubis osse incipit inflecti; cum ceruice vteri in eius cauum definit, ita vt breuior sit, & latior. Viris quam primum imam ossium pubis partē excessit, coli subiectus sursum fertur ad summam partem ossium pubis, qua inter se committū

f Gal. lib. 5 de vsu par. c. 16.

g Gal. li. 15 de vsu par. c. 3.

C tur. Inde autem tenso cole sursum spectat; sed relaxato, deorsum, ita vt. S. latinè literæ figuram referat, & longior sit quam in fœminis. Hæc de cauis vesicæ, spectemus situm, qui in inferiori parte fuit, quod superior locus à nobilioribus partibus occuparetur; & quod par esset in de detrudi, quæ superant humida, vnde sicca detrudūtur. Superiecta [h] est igitur vesica recto

N fi. 6. intestino, N, viris, sed mulieribus vtero; à priori autem parte tegitur ossibus [i] pubis, quorum summam partem excedit, vbi vrinæ copia distenditur.

h Ga. li. 14. de vsu par. c. 14.

i Ga. li. 14. de vsu par. c. 13.

Sed ad formam, ac materiam partium renum, quas proposuimus inspiciendas pergamus. Manentibus adhuc in corpore renibus, situm ac vasorum, quæ ad eos feruntur ductum, atque originem licebit intueri; dein separanda exterior tunica erit à renibus, id quod vnguibus admotis facilè succedet. Poteris autem tunc extrahere renes, poteris & cum vesica extrahendos relinquere; vtrumuis feceris, venam, & arteriam quæ in ipsos feruntur, laqueo prius iniecto secabis; extractum renem acuto scalpello diuides, linea in longitudinem ducta per simam partem vsque ad medium sinum, in quem prius specillum demiseris, per canalem, qui defert vrinam, ad uesicam, sic renem aperies, & spongia deterges, siquid sanguinis effunditur. Tunc autem intueri sinum licebit, modo adeps id permittat, quæ in obæsis corporibus aspectum prohibet. Tum uasis innatam renum substantiam excides, ut melius in conspectum ueniant. Vicissim autem aperiendo, & claudendo diuisum renem, euidenter quæ dicta sunt, omnia depre-

D hendentur. Inde uesicam cum partibus, quibus annexa est considerabis, prius ossium pubis cartilagine secta; ipsisque ossibus ui diductis, ac distractis: deinde uenas, atque arterias, quæ in uesicam feruntur, alligatas præcides: uesicamque à recto intestino, & annexis partibus liberabis: euulsam uero cum cole, & super scamnum collocatam diligenter perpendes, stilumque in ipsam per colem demittes, & super stylum scalpello lineam duces: ut intima eius canalis pars in conspectum ueniat, una cum capacitate uesicę, substantia, canalibus iam dictis. Sed præstat colis naturam prius perpendere, quam uesica ex cadauere extrahatur; hic autem cum ex genitalibus partibus sit, ad eas iam properamus.

NOTA-

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXV. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXV. FIG. I. II. III. IV. V.

Quinque sequentes figuræ humanum renem sinistri lateris ostendunt I integrum. II. diuisum in longitudinem per simam eius partem, vt intima sinus superficies appareat. III. adeò diuisum, vt carunculæ appareant, quæ fistulis adhærent ad sinum penetrantibus. IIII. diuisum ferè vsque ad extremum. V. per gibbum, vsque ad sinum dissectum.

A Prior pars sinistri renis.
B Portio canalis vrinam ad vesicam deferentis.
C Portio venæ emulgentis in renem penetrantis.
D Portio arteriæ emulgentis.
E Canalis vrinæ per medium diuisus.
F Interiori sinus superficies.
G Renis substantia.
H Fistulæ, quæ à renis substantia in sinum penetrant.
I Carunculæ verrucæ modo acutę, quę dictas fistulas claudunt.

FIG. VI. & VII.

In VI. & VII. Figura, monstrat

A Renes.
B Crassius renum inuolucrum à peritoneo enatum.
C Venæ emungentes.
D Arteriæ emungentes.
E Vena, quæ à sinistra emulgente orta seminis materiam defert ad testiculum sinistrum.
F Vesica.
G Canales à renibus ad vesicam vrinã deferentes.
H Venæ, quæ à trunco, ad crus tendente ad vesicam deriuantur.
I Ceruix vesicæ musculo in orbem obducta.
K Vesica aperta.
L Orificia canalium vrinam deferentiũ à renibus ad vesicam.
M Ceruix vesicæ aperta.
N Portio recti intestini vinculo intercepta.
O Portio peritonei, & septi transuersi vnà cum quibusdam costis effractis ac in exteriora reflexis.
P Gibba iecinoris sedes.
Q Caui iecinoris portio.
T Portio venæ portæ, & arteria ac nerui iecur petentes, vnà cum canali à bilis vesica ad intestina penetrante, præciso ac vinculo intercepto.
V Truncus venæ cauæ.
X Truncus arteriæ magnæ.
Y Initium venæ ad pinguem sinistri renis tunicam pertinentis.
Z Radices arteriarum ad intestina tendentium, quæ ramos ventriculo, iecinori, bilis vesicæ, lieni, & omento impertiunt.
a Initium venæ ad pinguem renis membranam procedentis.
b Vena seminis materiam deferens ad testiculum dextrum, cuius venę initium nonnihil prominens notatur *c*.
d Initium arteriarum seminis materiã ad testes deferentium.
e Portio vasorum semen ad colem deferentium.

E F G H

TABVLA LXV.



E

De partibus genitalibus in mari. Cap. IX.

ERgo genitales partes in maribus, perſpectis vrinæ inſtrumentis reſtant ex ijs quæ pertinent ad ventrem inferiorem; huiuſmodi ſunt teſticuli, venæ, arteriæ, ac vaſa ſemini inſeruientia, & tandem coles, quorum vſus ad gignendum ſpectat; & idcircò ad ſpeciem conſeruandam, [a] cum ſingularia neceſſariò intereant. Proprie autem teſticuli, (vt ab ipſis ordiamur) ſemen [b] procreant, ad quod munus nacti ſunt compoſitionem aptiſſimam. Conſtant enim ex propria ſubſtantia, quæ tunicas habet, muſculum, neruum, venam, arteriam, ac vas, per quod ſemen funditur ad colem. Ex quibus particulis propria ſubſtantia ad conficiendum ſemen pertinet; cæteræ vſum aliquem præbēt, vt tunicæ ligamentum, nerui ſenſum, muſculi motum voluntarium in partem ſuperiorem, vena ſanguinem, arteria ſpiritum ſuppeditat, ex quo ſemen conficiatur; vas, quod tendit ad colem, aditum præbet ſemini iam concocto. Subſtantia mollis [c] eſt, alba, laxa, ita vt ob ſimilitudinem non minus facile gignat ſemen, quam quæ in mammis lac; quæ in iecinore ſanguinem. Inuoluitur teſticulorum ſubſtantia quaternis tunicis, quarum binæ ambos communiter complectuntur; reliquas vterque proprias obtinuit. Communes tunicæ ſunt primum externa cutis, ν, quæ hac parte tenuior, & rugoſa magis, quam in cæteris deprehenditur, mediamq; quaſi ſuturam repræſentat. Dicitur autem latinè ſcortum, ſiue ſcrotum, græcè ὄσχεον. [d] Deinde membrana carnoſa, ξ, quæ ſimiliter tenuior eſt, quam quæ alias partes inuoluit, & pluribus uenis diſtinguitur, vocaturque à græcis δάρτος, [e] quod corij modo detrahi poſſit. Vtræque tam cutis quam membrana carnoſa adipis ibi eſt expers, propriæ autem binæ vtriuſque teſticuli tunicæ ita habent. Exterior, R, valida, ac tenuis eſt; abundè venis prædita; cuius extima ſuperficies aſpera eſt, propter fibras, per quas carnoſæ membranæ illigatur; intima verò læuis, & veluti aquoſo humore illita. Hæret hæc internæ, & vaſis, neque vllibi ipſis innaſcitur, niſi ad inferiorem partem, vbi ſurſum reflectitur vas illud, per quod ſemen ad colem transfertur; cum eo enim illigatur, ſicuti cum poſteriori parte venæ, ac arteriæ, quæ ad teſticulum perueniunt. Habet autem tunica extima carnoſas fibras, ab ilio deorſum tendētes, quæ exilem muſculum cōſtituunt, à quo teſticulus ſurſum attrahitur. Eadem oritur à peritoneo, qua vena, & arteria per inguen prodeunt ad teſticulum; nec deſunt, qui hanc oriri volunt à chorda muſculi abdominis, oblique deſcendentis, dilatata, quod ſurſum attrahatur, attracta chorda, quod non eueniat attracto peritoneo. Quicquid eſt, conſtat triplicem vſum ab ea præberi; cum teſticulum tegat, ſuſpendat, & motu voluntario cieat; appellatur hæc à veteribus ἐρυθροειδής, [f] à ſimilitudine vaginæ, vel ἐλυτροειδής, ob venas, & arterias, quæ per ipſam capreolorum modo ſerpunt. Altera tunica, T, propria, quæ quarta eſt, inuoluit ſubſtantiam teſticuli, à quo formatur, vel potius quem format. Continatur autem membrana dura, craſſa, valenti; ſic enim defendit mollem teſticuli ſubſtantiam, ad quam præcipuè deſtinatur, ſed ſimul cum ea vaſa etiam committit. Quamobrem laxior, & tenuior eſt, vbi vaſa innaſcuntur; cum ſublimiori enim huius tunicæ parte vena, & arteria coniunctæ in ramos deriuantur, qui dein ipſam perforantes, ſimiliter ad ſubſtantiam teſticuli penetrant; paucis exceptis, qui prius tunicis alimentum ſuppeditant. Perforatur etiam intima tunica à parte poſteriori pluribus tenuiſſimis foraminibus, vbi cum anfractibus uaſis ſemen ad colem deferentis committitur. Sed reliqua externa ſuperficie læuis, & quaſi aquoſo humore oblita conſpicitur, nullique parti innexa; interna vero ſuperficie ſubſtantiæ teſticuli vndequaque illigatur. Vocatur hæc à Galeno [g] δάρτος, quo nomine à Græcis appellatam fuiſſe ſecundam diximus. Porrò impertiuntur teſticulis neruorum [h] ramuli deriuati à neruis, qui à ſpinæ medulla oriuntur, & iunguntur cum venis, & arterijs ad teſticulos tendentibus; ad quas iam venio. Oritur [i] autem uena, β, dextri teſticuli à caua, ſub ea regione, ubi ramos renibus impertit; oritur autem non à dextro latere ipſius, ſed à priori, ubi turgens initium habet, & quaſi thorum longiorem repręſentat; inde uerſus dextrum latus deſcendit peritoneo inuoluta; illa, α, uero quæ ad [k] ſiniſtrum pertinet teſticulum, non ſimiliter a caua naſcitur, ſed ab eo ramo, qui a caua ad ſiniſtrum renem progreditur. Cæterum arteria, δ, tam dextri, [l] quam ſiniſtri teſticuli ſub ea regione, vnde oriri venas diximus, ab anteriori parte magnæ arteriæ deriuatur; dextra autem ſuper venæ cauæ truncum aſcendens, deorſum oblique ad dextri teſticuli venam progreditur. Copulantur autem tam a dextro, quam a ſiniſtro latere vena, & arteria & per fibras peritonei inter ſe nectuntur, deorſumque procedunt dextra a dextro latere, ſiniſtra a ſiniſtro ſuper canales, per quos vrina a renibus ad veſicam illabitur; impertientes interim peritoneo tenues ramulos, atque ad pubis oſſa ex uentre prodeuntes, deſcendunt una cum neruis, & cum ſublimiori parte exterioris tunicæ teſticuli committuntur; ibi uenæ, & arteriæ ita in unitatem coeunt, & inter ſe miſcentur, T, ut particulam unam efficiant, quæ pyramidem repræſentat, a priori, & poſteriori parte depreſſam; cuius baſis committitur cum ſublimiori parte teſticuli, apex uero ibi eſt, ubi uena, & arteria incipiunt inter ſe miſceri; multis autem ramulis uaricum modo tumentibus intexta, quaſi rete

con-

a Gal. li. 15 de vſu pa. c. 16.
b Gal li. 1. de ſem. ca. 15. & c. 16.
c Gal. 1. li. de ſem. ca. 16. & 17. & lib. 14. de vſu part. c. 14. & lib. 5. aph. cō. 39.
d Ariſt. li. 1. de gen. ani. c. 12. & Ga. in introdu. c. 11.
e Galen. in introdu. c. 11.
f Gale lib. medicus c. 11. & Gale. lib. de muſ. ſect. c. 27.
g Gale. lib. medicus c. 11. & li. de diſſe. vteri.
h Ga. li. 14. de vſu p. c. 13.
i Gal. li. 14. de vſu pa. c. 7.
k Ga. ibid.
l Gal. ibid.

Ta. 66. 67 fig. nouē.
F
ν fig. 1.
ξ fig. 1.
R fi 6.
G
T fi. 6.
D
β fig. 1
H
α fig. 1
δ fig. 1
T fi. 3.

A conſpicitur,non minus in ſiniſtro teſticulo,quam in dextro.Naſcitur hæc cum ſublimiori parte intimæ tunicæ teſticuli,vbi multos ramulos exigit, qui tenuiori tunica contenti,non ſecus quam per iecur venulæ per teſticuli ſubſtantiã penetrant.Ab eadem particula & rami impertiũtur intimæ tunicę,& per ipſam deinde ſubſtantiæ teſticuli.Habet hæc particula ſubſtantiã glandula duriorem,mediam inter ſubſtantiam vaſorum,& teſticuli,vocatur autem ἐπιδίδυμις,[a] quod ſupra teſticulum ſita ſit.Oritur ab externo latere propoſitæ particulæ,quam ex vena, & arteria inter ſe mixtis diximus produci,vas,ν, quoddam neruoſum, [b] ac durum,quod illigatur intimæ tunicæ teſticuli,& ab exteriori parte,quà teſticulo non iungitur, teres, ac gibbum eſt,ab interiori,quà gibbum teſtem attingit, ſimum;procedit autem ab interiori latere prædictæ particulæ,deorſum verſus internum,vſque ad imum,vbi cũ intima tunica à poſteriori parte connectitur.Inde ſurſum reflectitur,eidem tunicæ inhærens,non tamen illigatum,vbi eandem figuram & craſſitudinem retinet;habet autem à lateribus anfractus erucarum,ac vermiũ modo,per quos celerius,ac vberius à teſticulo ſemen excipiat,non inæquales,cuiuſmodi conſpiciuntur in varicibus.

ν fig.3

a Gal. li.1. de ſemine c.vlt. & li. 14. de uſu p.c.14

b Ariſt. li. 3.de hiſto. anim.c.1.

At vbi non ſunt anfractus ab exteriori parte læuem obtinet ſuperficiem;contra ab interiori aſperum eſt;ſed nullibi manifeſtè cauum deprehenditur,nec quà cum teſticulo committi- B tur; qui habet tunicam ibi tenuiſſimam;nec quà ſurſum aſcendit . Aſcendit autem cum ad imum teſticulum peruenit,ſurſum enim reflectitur teres,& anguſtius,ſine anfractibus; ita vt nerui ſimilitudinem referat.Vbi ſublimiorem teſticuli ſedem ſuperauit,ſurſum procedens ad ſinum ventris inferioris,qua parte vena,& arteria teſticuli ex peritoneo egrediuntur:hinc ad poſteriorem partem oſſis pubis curuatur,& cum poſteriori parte peritonei nexum, ſuper canalem,qui ad veſicam fertur ductum,λ,ſub veſica deſcendit.Sub poſteriori autem veſicæ ſede, tam quod per dextrum,quam quod per ſiniſtrum latus fertur,lateſcit;ſuperque rectum inteſtinum ad ceruicem veſicæ procedens,vnum cum altero coit,vt vtrumque eodem tempore in colem ſemen effundat ; non ſatis autem apparet,cauum,per quod funditur; ſiquidem tunc tantum aperitur,cum eijcitur ſemen.Nominatur vtrumque hoc vas πορὸς [c] σπερματικός, & ἀγγεῖον σπερματικὸν,[d] quaſi canalis ſeminis,ſeu vas ἐγκυρσοειδὴς παραστάτης [e] Locus,χ,autem vbi terminatur ad colem, dicitur [f] ἀδενοειδὴς παραστάτης vbi duæ veſicæ,ψ,ſunt,varicum modo flexuoſæ, humorem gignentes ſemini ſimilem:latent autem inter ligamenta recti inteſtini,& veſicæ vrinæ;& vbi deteguntur,non ita paruæ ſunt,vt non manifeſtè ſe oſtendant. Subſtantia earum me- C dia eſt inter carnem,& glandulam;ſimilis vera glandulæ ipſi ſubſtantia ,χ, eſt,ad quam in cole deſinunt vtraque vaſa inter ſe coeuntia ad partem colis inferiorem;ſed binæ veſicæ ſunt magis à lateribus verſus vrinæ veſicam;hæc verò magis in medio,& verſus glandem colis.Prę ter materiam,&partes ex quibus teſticuli conſtant,formam quoque idoneam obtinuerũt; ita enim figurati ſunt,vt rotũdi,ſed paulò longiores,quam lati,aut profundi conſpiciantur:paulò item latiores,ab inferiori parte,quam à ſuperiori:habent autem externam ſuperficiem æqualem,qua iungũtur cũ intima tunica,quæ læuis eſt,& quaſi aquoſo humore inũcta:ſed caua nulla habent,præter ea,quæ vaſorum propagines admittunt.Commodiſſimo item loco ſiti ſunt, ad materiam ex qua ſemen conficiãtur idoneam recipiendam,& ad iam confectum ſemen eijciẽdum in colem,ad quem iam tranſimus.

λ fig.2

χ fi.3.

ψ fi.3.

χ fig.3

c Ariſt.1.li. de ge.ani. c.6

d Gal.lib. 14. de uſu p.c.14.

e Gal. li.1. de ſem. c. 15

f Ga. li.14. de uſu p.c. 11.

Coles ſupereſt,in mari,ex partibus genitalibus,latinè etiam penis dictus,græcè,καυλός,[g] quo natura abutitur ad [h] vrinam detrudendam;cum ipſum præcipue effinxerit ad ſemen [i] in fęminæ vterum eiiciendum;quod vt commode præſtaret,fuit ex ea [k] ſubſtantia cõſtitutus,quę tendi,& laxari facile poſſet.Tenſo [l] cole opus eſt tempore concubitus; tum vt magis in ipſo pateat aditus ſemini,tum vt in fœmina vterus calefiat,& ceruix ſeruetur aperta; ſicque ſemẽ non ſolum excipiatur,ſed etiam attrahatur.At reliquo tempore expedit laxum [m] eſſe, nam tẽ- D ſus & iniurijs pateret,& eſſet impedimento:propriam igitur ſubſtantiam talem obtinuit, qualis & tendi prompte poſſit,& rurſus laxari.Eiuſmodi [n] eſt quaſi ligamentum durum,non tamen denſum,vt illud quo partes inter ſe alligantur,ſed intus raritatem habens ſpongiæ ſimilem,ad ſpiritum hauriendum aptiſſimam,quo repletus coles, [o] tenditur, ſicuti laxatur cum exhauritur.Naſcitur ſubſtantia,d,hæc non ſimplex,ſed duplex,vna à dextro latere,altera à ſiniſtro;quà oſſa pubis inter ſe cõmittũtur. Vtraque incipit ab inferiori eorum parte,vbi craſſiora ſunt,& ſurſum progreditur.Vtraque item externa parte teres eſt,interna plana,quà vna alteram attingit;iunguntur enim inter ſe,verum non ita vt non relinquant ab ima parte ſpaciũ, quà [p] vrinæ,ac ſeminis canalem,α,admittant,qui per ipſas non penetrat, ſed quaſi calamus digitis comprehenditur,& intus nigricat.Porrò propoſita ſubſtantia ligamenti ſimilis, quam raram eſſe intus diximus,& ſpongiæ ſimilem,intus ſanguinem ſubatrum continet; extrinſecus quaſi corio circundatur. Talis vtraque procedit ſimul iuncta,vſque ad radicem glandis; vbi vrinæ canalis in carnoſam glandis ſubſtantiã perforatam deſinit, per quam tam ſemen, quam vrina eijcitur.Foramen hoc ad glandis initium laxius eſt,ad finem anguſtius,vt diuitius retineatur ibi ſemen in concubitu,& prurientium ſenſum excitet validiorem. Nectitur autem eiuſmodi duplex ſubſtantia validiſſimis ligamentis cum oſſibus [q] pubis initio eo vſque, vbi cute tota in orbem circundatur . Continetur coles præterea duplici veſica ſemen continen-

d fig.3

α fig.9

g Gal. li.14 de uſu p.c. 12.

h Ariſ.1.li. de Ge.ani. c.13

i Ga. li.14. de uſu p.c. 6.

k Ga li.15. de uſu p.c. 1.

l Gal. ibid. & c.3.

m G 15. de uſu p.c.1.

n Gal.ibid.

o Gal.ibid.

p Ga. ibid.

q Ga.li.15. de uſu p.c. 2.

te, &

a Supra paulo ante.
b Supra li. 4. ca. 10. & Gal. lib. de musc. diss. c. 29.
c Gal. li. 14 de vsu p. c. 9.
d Ga. li. 14 de vsu p. c. 13.
e Gal. li. 14 de usu p. c. 13.

te,& substantia glandulæ simili,in quam definere seminis vasa diximus, [a] tum musculis qua- E
tuor; [b] duo,qui à musculo imum recti intestini astringente orti,ad communem canalem semi
nis,& vrinæ pertinent;reliqui à pubis ossibus ad substantiam ligaméti similem, vnus à dextro
latere,alter à sinistro. Continetur & neruis plurib. atq; euidentib. vt sensu præditus sit [c] acrio
re. Oriuntur,[d] hi à spinæ medulla ad imam partem ossis sacri:duo autem per inferiorem colis
partem procedunt,iuxta vrinæ canalem,vtrinque vnus;alius per superiorem, quà substantia
illa duplex coniungitur. Continetur item venis , [e] & arterijs compluribus deriuatis ab illis
ramis venarum,& arteriarum,quæ ima parte ossis sacri diuiduntur. Duæ enim arteriæ ferun-
tur per colis dorsum inter neruos vsque ad glandem, & ramos in itinere substantiæ colis im-
pertiunt. At duæ venæ cum ad colis originem ex duplici ligamento perueniunt,in vnã coeũt,
a qua sub osse pubis ramus non obscurus deriuatur,qui per abdomen ingressus diuiditur per
ligamentum quo vrinæ vesica nectitur cum ossibus pubis:discurrit autem vena illa ex duabus
facta per dorsum colis inter arterias ad glandem. Nam a vena caua,& magna arteria postquã
bipartitæ recedunt,a quarta lumborum vertebra versus inguina,in cauo imo facto ab osse sa-
cro,atque ilium fiunt duo rami,exterior,& interior:at exterior venæ,& arteriæ ramus cum ra
mo magni nerui ad crus tendentis est,qui fertur per dorsum colis prius ascendentis ad parté,
qua inter se iunguntur ossa pubis. Continetur tandem coles cute, & membrana carnosa, quæ
adipis est expers,quibus tectus tendi,& laxari facilius possit:quæ autem glandem tegit, tam F
cutis,quam membrana ita constituta est,vt quamuis vinculo quodam ab inferiori parte alli-
getur;super ipsam tamen induci,ac deinde reduci sine vllo negocio possit:reducta enim opus
est ad concubitum,sed reliquo tempore inducta,vt glans operta lateat,ac defendatur. Pueris
ante vsum veneris illigatur ab inferiori parte cum glande,per vinculum quoddam carnosum,
quod deinde tenso cole in ipso concubitu abrumpitur. Eiusmodi igitur est materia colis;cuius
conformatio,magnitudo,situs oculis talis deprehenditur,qualis ad eius munus exequendum
maxime aptetur. Natura partium genitaliũ maris,quã proposuimus,vt in cadauere perspicia
tur,venæ imprimis,& arteriæ,quę ad testiculos feruntur,scalpello ita separétur,vt vna seorsũ
ab altera patefiat;dein cutis tã a cole,quã a testiculis resoluatur,scalpello per colé recta linea
ducta,oris auté hamo prehensis,& vtrinq; scalpello adacto coles cute nudetur;sic apparebit
cutis,& mébrana carnosa sine adipe,qualé descripsimus, dein scrotũ inuiolatis testiculis se-
ctione adhibita remoueatur; quib. nudatis,fibræ per quas inter se nectũtur,pręcidantur,& ita
vnus ab altero separetur;quo facto,venã & arteriã ab adiunctis mẽbranulis resolues à testicu
lo vsque ad eam sedem, vnde ex imo ventre prodeũt;ibi autem stilum vi demittes,qui vsq; ad
imam testiculi partem penetret,& super demissum stylum scalpello lineam ducens, extimum G
inuolucrum a vena,arteria,ac testiculo separabis, eiusque validum nexum cum ima testiculi
parte inspicies,& musculum exilem,quem diximus,& plexum,ac mixturam venarum, & arte
riarum,quæ eidem inuolucro distribuuntur. Præterea vasis semen ad colem deferentis ductũ
intuitus,ipsum vsque ad sublimiorem testiculi sedem ab intima tunica resolues,vsque ad eam
partem,vbi vena,& arteria finitur;[d] quod facile succedet,si transuersa linea scalpello duca-
tur inter ipsum,& intimam testiculi tunicam:sic videre licebit propositi vasis originem, atq;
anfractus,& quo pacto nullibi manifestè perforetur;tantum enim qua testiculo illigatur, rari
tatem quandam præsefert. Quo vase ablato,rami,qui ab ijs anfractibus per intimam tunicam
diffunduntur,euidenter se ostendent,id quod facilius ceder,si ijs anfractibus sanguine prius
versus testiculum expresso laqueum inijcias. Testiculum post hæc scalpello in longitudinem
linea ducta secare oportet;vt partim eius substantia,partim vasa,quæ per ipsum discurrunt,
in conspectum ueniant. Sectio autem quam ad unum testem admouisti,rursus ad alterum ad-
moueatur,ut quæ primò inspecta sunt,iterum spectata melius innotescant. Sed ut ad colis sub
stantiam aggrediaris,diductis cruribus,& cute a peritoneo remota, primum duos musculos H
incides,qui a musculo anum claudente ad colem,& propriè ad urinæ canalem utrinque per-
ueniunt:deinde alios duos,qui oriuntur ab ima parte ossium pubis acuto scalpello separabis,
atque hoc pacto eius originem perpendes,una cum uenis,neruis,atque arterijs, quæ per ipsũ
discurrunt:quibus perspectis resolues uesicam a membrana cingente ossa pubis,& cultello nõ
admodum crasso cartilaginem,qua hæc,quasi quodam glutine inter se committũtur,diuidés,
unum ab altero ui dirimes,nulla ipsorum parte adempta. Tum uasa,per quæ semen fertur ab
adiunctis membranis separabis,usque ad eum locum,ubi inferuntur in substantiam glandulæ
similem,cuius situm spectans,una cum duobus paruis uesicis, quas semen continere diximus
vrinæ uesicæ ceruicem,quæ cum hac substantia committitur, resolues a penis corpore, quod
duobus illis partibus ligamentis similibus continetur;quarum unam ab altera seiunges,ut ip-
sarum naturam,& cum glande nexum inspicias;exquisitè autem hæc deprehendes,si transuer
sis,obliquis,ac rectis lineis scalpello ductis uariè disseces. Quod si colem integrum adhuc trãs
uersum præcidas,tria foramina,quasi trium canalium se ostendent;bina duplicis substantiæ li
gamenti similis,quam raram esse diximus,& sub atro sanguine refertam;quem ubi detergas,
illa quasi duorum canalium foramina uidebis, quibus foramen subest tertii canalis nigritiem
intus præseferentis,per quem urina detruditur.

NOTA-

TABVLA LXVI.

I



II



III



E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LVI. & LVII. inſcripti viſuntur declaratio.

TAB. LXVI. FIG. I. II. III.

IN prima, ſecunda & tertia præſentis Tabulę figura genitalium in mari picturam referente, ratio Literarum eſt hęc.

A Portio ſepti tranſuerſi peritoneo inuoluta, quæ vna cum quibuſdam coſtis in externa reflexa eſt.
B Caua iecinoris ſedes.
Γ Ligamentum iungens iecur ſiniſtro ſepti tranſuerſi lateri.
Δ Portio venæ vmbilici, qua iecur ingreditur.
E Deprimitur hac ſede iecur, vt ventriculo cedat.
Z Portio ventriculi vna cum ſuperiori orificio.
H Rimæ, ſeu impreſſiones in cauo iecinoris inſculptæ qua venam portam excipit.
Θ Veſica fellis.
I Trũcus venæ portæ præciſus, qui duas ad veſicam bilis venas tranſmittit.
K Ramus à neruis ſuperius os ventriculi amplexantib. ad iecur pertinens.
Λ Arteria iecinori, & bilis veſicæ communis.
M Ramus à ſexto pari neruorũ cerebri, qui ad radices coſtarum inſeruntur ad iecur, & bilis veſicam procedés.
N Canalis à veſica bilis ad inteſtina penetrans.
Ξ Anterior, ac caua lienis ſedes.
O Linea in liene ad inſertionem venarum, & arteriarum eius effiᴄta.
Π Vena caua.
P Arteria magna.
Σ Truncus magnæ arteriæ ad ventriculum, iecur, lienem, omentum meſenterium, & inteſtina pertinens.
T Renes pingui membrana inuoluti.
Y Vena pingui ſiniſtri renis membranæ diſtributa.
Φ Vena ad pinguem dextri renis membranam pertinens.
X Venæ, & arteriæ emulgentes.
Ψ Canalis vrinam deferens à renibus ad veſicam.
α β Vena quæ materiam ſeminis ad ſiniſtrum teſticulum defert, β, quæ ad dextrum.
γ Ramuli qui à nuper dictis venis qua peritoneo inhęrent exorti, in ipſum verſus teſtes diuiduntur.
δ Arteriæ materiam ſeminis ad teſtes deferentes.
ε Truncus arterię per inferiorem omenti membranam ad colũ inteſtinum & rectum pertinentis.
ζ Superat hoc loco arteria magna venã cauam, vbi vtraque in duos æquales ramos partitur.
η Præcipuæ ex venis ſecundum lumborum longitudinem exortis, quæ peritoneo, & propinquis partibus impertiuntur.
θ Rami arteriæ magnæ per foramina oſſis ſacri penetrantes. F
ι Rectum inteſtinum reſectum, ac vinculo interceptum.
κ Veſica.
λ Progreſſus canalis ſemen à teſte ad colem deferentis.
μ Cutis, quæ colem inuoluebat.
ν Cutis qua teſtes tegebantur.
ξ Portio membranæ carnoſæ, quæ teſtes inuoluebat.
• Prima ex proprijs teſticulorũ tunica.
π Penis cute denudatus.
ρ Poſterior renum ſedes.
σ Arteriæ quæ ad colem feruntur.
τ Plexus venarum, & arteriarum ſeminis varices referens.
υ Plexus vaſis ſemen ad colem deferentis. G
ω Muſculus veſicæ ceruicem amplectés.
φ Teſtis interiori membrana obductus.
χ Glandula, in quam deſinunt vaſa ſemen ad colem deferentia.
ψ Paruulæ veſicæ, quæ vtrinque ad dictam glandulam terminantur.
a Poſterior ſedes venæ cauæ.
b Poſterior ſedes arteriæ magnæ.
c Finis canalium, qui vrinam deferunt à renibus, ad veſicam.
d Duo corpora penem conſtituentia.
e Glans, ſeu colis extremum.
f Foramina in quę terminantur canales vrinam à renibus ad veſicam deferentes. H
g Ceruix veſicæ aperta.
h Veſicæ interior ſuperficies.
i Plexus venarum, & arteriarũ ſeminis varices referens.
l Hac ſede vas ſemen ad colem deferés ſecundum poſteriorem venæ ac arteriæ ſeminis reflexum peritoneum perforat.
n Initium nuper dicti vaſis.
o Finis plexus varices referentis, qua teſticulo innaſcitur.
p Teſticulus interiori membrana obductus.

TABVLA. LXVII.



E

TAB. LXVII. FIG. IV. V. VI. VII. VIII. IX.

Tabulæ præſentis figuræ Sex, genitalium in mari pictura ſeorſim referunt. Literæ autem ſic habent.

A	Vrinæ veſica aperta.
B	Meatus ad finem canalis vrinam deferentis.
C	Canales à renibus ad veſicam vrinam deferentes.
D	Vaſa ſeminis materiam ad teſtes deferentia.
E	Canales ſemen ad colem deferentes.
F	Glandula ad penis radicem ſita, vt vaſa ſemen ad colem deferentia excipiat.
G	Veſicæ, quæ ad dictam glandulam terminantur.
H	Plexus vaſorum ſeminis varices referens.
I	Reuolutio vaſis ſemen ad colem deferentis.
L	Teſtes interiori membrana obducti.
M	Duo corpora penem conſtituentia.
N	Canalis vrinæ & ſeminis communis.
O	Portio chordæ muſculi oblique in abdomine aſcendentis à vaſis ſeminis perforatæ.
P	Plexus venarum, & arteriarum ſeminis materiã ad teſticulos deferẽtiũ.
Q	Exterius teſtis inuolucrum.
R	Idem inuolucrũ à teſticulo reſolutũ.
S	Reſolutio vaſis ſemen ad colem deferentis.
T	Teſtis, intimo adhuc inuolucro obductus.
V	Vas ſemen ad colem deferens.
X	Prædicti vaſis portio, quæ intimo teſtis inuolucro adnata erat.
Y	Eadem portio qua teſticulo non connaſcitur.
Z	Duo corpora colem conſtituentia diſſecta.
α	Canalis ſeminis, & vrinæ communis diſſectus.
β	Glans, ſeu colis extremum.

F

De partibus Genitalibus in fœminis. Cap. X.

Genitalibus partibus, quæ dictæ ſunt in mari, totidẽ ferè ſimiles [a] in fœmina reſpondent, cum teſticulos habeat ad ſemen conficiendũ appoſitos, quibus annectuntur venæ, & arteriæ materiam ex qua conficiatur afferẽtes; tum vaſa per quæ eijciatur iam confectum: pro cole autem, ac ſcroto habet fęmina vterum, cum genitali. Has partes [b] ſi inuertas, non diſſimiles ſe illis oſtendent, quas in mari expoſuimus: [c] in hunc autem modum ad procreationem accõmodantur. Vterus per genitale maris ſemen attrahit, retinet, perficit fœtum, & iam perfectum in lucẽ edit. Teſticuli, P, F, aliquid conferunt ad efficiendum ſemen, quod per vaſa in vterum effuſum, partim effectionem, partim materiã affert [d] ad g gnendum fœtum, licet imperfectius ſit, & frigidius, quam quod à mari profertur; atq. idcirco teſticuli mulierum conſtant ex ſubſtantia non molli, & æquali, vt virorum; ſed dura, [e] inæquali, rara admodum, & cauis quibuſdam diſtincta aquoſum humorem continẽtibus. Tunica, quæ ſubſtantiam hanc inuoluit, non ita facilè ſeparatur, nec æquè dura eſt, atq; illa, quæ marium teſticulos integit. Complectitur autem hæc ſubſtantiam teſticuli, & venam, atq; arteriã. Altera vero tunica, quam a peritoneo obtinet, cum venis, atq; arterijs iuncta, non ambit teſticuli ſubſtantiam vniuerſam, ſed mediam partem duntaxat, Differunt [f] etiam figura muliebres teſticuli à virilibus, quod non ſint ſimiliter oblongi, ac rotũdi, ſed lati magis, & à priori, ac poſteriori parte depreſſi. [g] Differunt ſuperficie externa, quæ non ſimiliter æqualis eſt, ſed inæqualis, ita vt videantur plures glandulæ ſimul iunctæ. Differunt magnitudine, & ſitu, quod longè [h] minores ſint, & alio loco poſiti, neque enim extra ventrem in ſcroto continẽtur; ſed ſub peritoneo collocati ſunt à lateribus [i] vteri, propè ſummos angulos, ſeu cornua ipſius. Verum quanto magis extenditur vterus, tanto inferiores eius fundo deprehenduntur. Venæ [k] autem, N, & arteriæ, Ξ, quæ ad ipſos teſticulos pertinent, idem initiũ, & eundem progreſſum obtinent, atque in maribus; peritoneo enim obuolutæ ſimiliter in teſticulos inſeruntur; ſed non ita inter ſe mixtæ, vt in viris. At vaſa, Ξ, G, per quæ ſemen eijcitur, in muliere ſeminis plena sũt, non tamen iunguntur cum teſticulis, vt in viro; incipiunt enim ab externa parte, ac ſumma, illius plexus, qui ex venis, & arterijs confectus, cum ſummo teſticulo committitur: eademq; mẽbrana uenas, & arterias cum teſticulis inuoluunt; teguntur deinde quaſi nerui, varieq; errantia capreolorum modo, cum vteri cornibus, ſeu angulis lateſcentia connectuntur.

Habet vterus ſinui genitale, Y, adiunctum, de quo ſeorſum agemus. Propria vteri ſubſtantia, δ, tunica [l] eſt ad inſtitutum munus maximè appoſita; cum & citra noxam plurimum dilatari poſſit, vbi alias tunicas omnes ſeorſum ſumptas, & ternas etiam ventriculi ſimul iunctas craſſitudine ſuperet; maxime craſſa eſt ab inferiori parte, vbi foramen, β, habet, quod vteri [m] os dicitur. Craſſitudini accedit denſitas, quamobrẽ minus iniurijs patet, & commodius ſuum officium facit; quo potiſſimum ſpectant triplicis generis [n] fibræ; quibus diſtinguitur, rectæ ab interna parte, non adeò multæ, per quas [o] fit ſeminis attractio; tranſuerſæ ab extima, longè plures, quæ pertinent ad expellendum, obliquæ mediæ inter rectas, & tranſuerſas collocatæ multæ, ac validæ ad retinendum. Huiuſmodi igitur eſt propria uteri ſubſtantia; ſimplex ſcilicet tunica; [p] nam altera, ι, qua circumdatur, commune eſt inuolu-

a Gal. li. 14 de vſu pa. c. 6.
b Gal. ibi.
c In capite antecedenti.
d Gal. li. 14 de vſu pa. ca. 11 & li. 2. de femi. c. 1
e Ga. li. 14 de vſu pa. ca. 14 & 2. de ſemine c. 1
f Gal. li. de vuluæ diſſ. c. 9
g Ga. lib. 2 de ſemi. c. 1.
h Gal. li. de uuluæ diſſ. c. 9. & lib. 14. de uſu par. c. 12.
i Gal. ibid.
k Gal. li. 14 de uſu pa. c. 7.
l Gal. li. 14 de uſu par. c. 14.
m Gale. 5. aph. com. 46.
n Ga. lib. 3. de nat. fac. c. 11.
o Ga. lib. 6 de uſu par. ca. 8. & 14. de uſu par. c. 14.
p Gal. 2. de nat. fac. ca. 11.

Ta. 68. & 69. fig. ſeptem.
P fig. 1.
F fig. 5.
G
N fi. 1.
Ξ fig. 1.
H
Ξ fig. 1.
G fig. 5
Y fig. 1.
δ fig. 3
β fig. 2.
ι fig. 3.

A inuolucrum uiſcerum omnium, quæ ſub abdomine continentur. Oritur hæc a peritonei quatuor proceſſibus, iuxta eam regionem, unde grandiores uenæ, & arteriæ ad crura deſcendunt.

Eiuſmodi peritonei proceſſus quaſi omenti membranæ, venas, & arterias cingunt, vſque ad vterum; & ita in eius inuolucrum degenerant, validum, & craſſum; non ſecuſquam illud, quo veſica tegitur; longè autem craſſius eſt quo tempore vterus eſt contractus. Prædita eſt ſubſtantia vteri iam dicta neruis [a] non quidem grandioribus, cum non ſit inſtrumentum ſenſus, aut motus; ſed exilibus, qui deriuantur tum à cerebro, tum à ſpinæ [b] medulla iuxta os ſacrum, à qua duo ramuli diducuntur vtrinque vnus, qui vna cum venis, & arterijs tendũt ad vterum, & partim eius ori diſtribuuntur, partim ceruici, partim etiam veſicæ. Venæ autem, & arteriæ, à quibus materiam conficiendi ſeminis afferri diximus, priuſquam cum teſticulis iungantur, inſignes ramos ſummo vtero impertiunt, qui inſigniores adhuc obtinet à ramis ortis à vena caua, & arteria magna, inter os ſacrum, & initium vaſorum, à quibus conficiendi ſeminis materia fertur ad teſticulos. Ibi enim vtrinq; orta vena, & arteria bipartitur in duos ramos grandes, quorum vnus in duos alios inæquales ſcinditur; maior per inguen deſcendit ad crus, minor per os pubis perforatum tranſit, coitque vena cum arteria vtrinque, & ad imũ
B vteri latus non longè ab ore adiungitur: multos autem exigit ramos, quorum alij ad vteri ſinum, alij ad genitale, alij etiam feruntur ad veſicam; multò tamen minores conſpiciuntur venæ, & arteriæ in ſinu vteri, quam in genitali. Illa verò capitula venarum, & arteriarum quæ in ſinu vtero gerentium à nonnullis deſcribuntur, paruarum cotylarum modo prominentia & excauata, commentitia ſunt, neque enim in homine reperiuntur; ſed magis in boue fœmina, aut capra; quamuis cum mulier vtero gerit, intumeſcentia venarum & arteriarum capita cotylidones appellentur ab Hippoc. Praxagora, Diocle, Gal. de anatome vteri, c. 10.

a Gal. 1.6. epid. com. 2.
b Gal. li. 16 de vſu par. c. 9

Quod ſi plures venæ, & arteriæ in vtero conſpiciantur, quam videatur eius ſubſtantia poſtulare; ſpectauit [c] natura ad fœtum, qui debuit ab illis alimenti, & incrementi materiam elicere. Sed cum vterus tam ſupernè, quam infernè à vena caua, & arteria magna deriuatos ramos accipiat, ſuperiores nonnulli cum inferioribus inter ſe miſcentur, ſicque mixti in vterum inſeruntur prope oſtium: interdum euenit, vt rami iuferiores ſurſum aſcendant in vterum, vbi ſimiliter cum ſuperioribus venis miſcentur. Semper enim inuenies horum aliquam inter ſe cõiunctionem, vel ſub peritoneo, vel in vtero, per quam fit, vt prægnantibus etiam vtero clauſo
C ex genitali prodeat ſuperans ſanguis. Vaſa etiam ſiniſtri, & dextri lateris in vtero inter ſe miſcentur, ita vt ex vno latere poſſit fœtus exſugere materiam alterius. Hactenus de ſubſtantia
O fi. 1. vteri; pergamus ad formam. Figura [d], O, A, vterus veſicam imitatur, ſiquidem à ſuperiori
A fig. 5 parte rotundus eſt, & latus, ſed ab inferiori anguſtior, & teres magis, vbi ceruicem, Y, I, adne-
Y fig. 1 xam habet; Eſt autem ante, & ponè depreſſus, non exquiſitè rotundus. Summus verò quar-
I fig. 5. tam circuli partem, ſiue nouilunium repræſentat; vtrinque enim angulum habet valde obtuſum, quaſi cornu vituli nuper erumpens; ſic autem figuratus magis defenditur a lædentibus, & ſimul capax eſt, neque ſitui aliarum partium officit. Externa vteri ſuperficies læuis eſt, & quaſi aquoſo humore illita, vt mollius vicinis partibus inſidat; a lateribus tamen vbi vaſis illigatur, aſperitatem quandam præſefert, & inæqualitatem, non ſecuſquam aliæ partes, quæ proceſſus exigunt, aut recipiũt; Interna etiam ſuperficies læuis videtur, nam [e] rugas habet adeò paruas, & frequentes, vt ferè ſenſum effugiant. Quod attinet ad caua, vterus ipſe cum recepta
ε fi. 3.4 culum [f] ſit, totus cauus, ε, eſt; non tamen diſtinguitur in cellulas complures, vt nonnulli exi-
η fig. 4. ſtimarunt, ſed vnico ſinu continetur; quamuis pars dextra diducatur a ſiniſtra media linea, η, in longitudinem aſſurgente per totam priorem, & poſteriorem partem vteri, non diſſimili illi, quam in ſcroto cernimus dextram partem a ſiniſtra ſeparare: ſumma pars huius ſinus ab
I fi. 2.4 vtroque latere duos angulos, I, obtuſos efficit, quos diximus erumpentia uituli cornua repræſentare, ſed media ſpectat inferius, ita vt laterum altitudinem nõ æquet. In lateribus ſitæ ſunt
T fig. 1 veluti [g] glandulæ, T, in quas terminantur vaſa ſemen in vterum deferentia, ſine vllo foramine manifeſto, niſi cum mulier ſeminis profluuio laborauit. Definit uteri ſinus quaſi in glãdem
β fig. 2: obtuſam perforatam tranſuerſa linea, quod foramen, β, vteri os [h] appellatur; hoc cum hiat,
E non oblongum, ſed rotundum efficitur; hiat autem cum effluunt menſtrua, cum allicitur ſemen maris, ſed maxime in partu, reliquo tempore clauſum ſeruatur: prægnãtibus [i] ita aſtringitur, ut ne ſtylum quidem admittat; nam ſiquid tunc ſanguinis redditur, effluit nõ ex ſinu uteri, ſed ex genitali, ut ante dictum [k] eſt. Magnitudo [l] uteri uirginibus exigua eſt, uix enim latitudinem excedit genitalis ipſarum: prægnantibus plurimum diſtenditur; enixis mediocris eſt; fundus enim umbilicum non excedit; latera ſuis cornibus uſque ad ilium oſſa non perueniunt. Altitudo utero gerentibus parua, cũ uterus diſtentus [m] tenuior fiat, alioquin ubi contrahitur craſſior efficitur. Poſitio uteri huiuſcemodi eſt; inferior pars, ubi perforatur, paulò infra eam regionem reſidet, qua cum oſſibus pubis recti muſculi abdominis committũtur; ibi enim uterus deſinit, & incipit genitale. At pars uteri ſuperior una cum lateribus non concluditur perpetuo iiſdem finibus, ſed uariis, pro magnitudine: nam quatenus magis diſtenditur,

c Gal. 1.6. epid. com. 2. & 14. de vſu part. c. 13.
d Gal. li. de vteri ſect. c. 3
e Gal. li. 14 de vſu par. c. 3
f Gal. li. de vuluæ diſſ. c. 4
g Gal. li. de vuluæ diſſ. c. 9
h Galen. 5. aph. com. 46.
i Gale. li 3. de nat. fac. c. 3. & lib. 2 de cauſ. ſymp. c. 3.
k Paulo ante.
l Gal. li. de vuluæ diſſ. ca. 2. & lib. 14. de vſu par. c. 4.
m Ga. li. de vulue ſect. c. 8

eatenus magis ilium ſpacia occupat,& umbilicum excedit;plerumque autem ab anteriori parte ſuperat oſſa pubis, a poſteriori [a] peruenit ad nexum recti inteſtini cum colo; anterior vteri pars,ſuperiectam habet veſicam, Π, in medio vtriuſq; reperitur aliquando omentum, [b] quod vteri os comprimens,non permittit mulieres compleri. Iam verò ex partibus,cum quibus iungitur vterus,aliis hæret duntaxat,aliis etiam innaſcitur; ſuperiori enim eius parti, poſteriori, & anteriori nullibi nectitur,ſolis autem lateribus illigatur vaſis,& [c] membranis ad ipſum pertinentibus,ita laxè vt contrahi,& diſtendi facilè queat. Suſpenditur etiam per duos proceſſus α,E,neruoſos,qui ab eius laterib.orti,& carnoſa quadam ſubſtantia farcti,ita vt rubri reddantur,aſcendunt ad inguina,& non ſecuſquam venæ,atque arteriæ,quæ in uiris feminis materiā afferunt ad teſticulos,peritoneum perforant,& chordas muſculorum abdominis oblique deſcendentium,iuncti cū muſculis. Habent enim mulieres muſculos ſubſtantia, ſitu, & figura ſimiles illis,qui ad teſticulos virorum deſcendunt; incipiunt enim vel ab oſſe pubis,vel ab eo ligamento,quod à ſpina oſſis ilium fertur ad ipſum,& per foramen chordæ muſculi oblique deſcendentis,vnà cum neruoſis proceſſibus vterum ſuſpendentibus,ex abdomine egrediuntur; breues autem ſunt,neque teſticulos aliquo pacto attingunt,ſed proceſſus ſuſpendentes, cum ex abdomine exceſſerunt vergunt verſus pubem,neque inter ſe iunguntur,ſed in extremo caui ſunt,ita vt tubæ finem,ſeu amplum foramen referant, adipe tamen infarctum:per hos proceſſus ex peritonio prodeuntes fit vt mulieres herniam patiantur. eiuſmodi nexus non minus neceſſarius fuit,quam ſitus,qui [d] ad ventrem,ad continendum fœtum, atque in lucem edendū fuit opportuniſſimus.

Cū vtero nectitur genitale,B, muliebre, per [e] quod, quaſi per canalem,& ſemen attrahit,& in lucem edit fœtum iam perfectum:hoc cum vtero præponatur,ſtomachi nomen inuenit,non ſecuſquā cæteri canales,per quos ad receptacula fit aditus.Conſtat autem ex ſubſtantia maxime idonea,quæ & in concubitu,& in partu dilatetur; [f] reliquo tempore conueniat,nam ſi maneret perpetuo aperta,refrigeraretur vterus;eſt enim carnoſa,& membrana,quemadmodum inuolucrum colis; tum laxa, & rara, ita vt facile diſtendatur,cum opus ſit,& rurſus concidat; quamuis autem in puellis mollitudinem præſeferat,firmiori ætate occalleſcit; & durior efficitur fiſtularum more;partim ex vſu veneris,partim ex fluxu menſtruorum, partim etiam ex partu.Continetur eadem venis,& arterijs euidentioribus, quam quæ in vteri ſinu conſpiciuntur. Deriuātur hæ vna cum neruis ab illis,quæ ab oſſe ſacro oriuntur,& ad imum vterum pertinēt, vt in [g] ſuperioribus oſtenſum fuit. Vbi verò cum cute terminatur genitale,ex vtroque efficitur mixta quædam ſubſtantia, D, non diſſimilis illi,quæ colis glandem tegit,hæc ornamentum præbet,& quaſi operculum. At cutis,quæ vtrinque ab exteriori parte piloſa prominet, adipē ſubiectam habet duriorem,quæ vetulis flaccida redditur. Figura genitalis teres eſt, & æqualis latitudinis,neque enim in anguſtum terminatur. Externa ſuperficies læuis,præterquam vbi cum aliis partibus nectitur. Interna item læuis,cum diſtenditur,ſed cum concidit ob rugas inæqualis efficitur. Totum autem genitale excauatum eſt, cum non aliud ſit quam [h] canalis; hic a ſumma parte cum ore vteri terminatur, ab ima ad externam cutem ſuo ore finitur,vbi confici mixtam ſubſtantiam diximus,ex cute,& genitali; non longè autem ab externo ore in ſuperiorem eius partem inſeritur collum Φ, veſicæ, C, vbi ex vtriuſque ſubſtantia proceſſus naſcitur,qui admittit vrinam,ſed nihil patitur retrocedere. In eodem genitali paulò interius adhuc membrana tranſuerſa deprehenditur in virginibus,ὑμένα græci dicunt, vnde hymenei nomen deductum eſt,quæ ex [i] cōcubitu deinde laceratur:eſt autem media perforata,ut etiam virginibus effluere menſtrua poſſint. Soranus non voluit ſeptum hoc eſſe membranam in canali genitalis adnatam, ſed rugas quaſdam ex grandioribus vaſis ad internum genitale pertinentibus,quæ poſteà diſtenduntur diſtento genitali ex concubitu. Ab exteriori parte genitalis latet ſub adipe pubis particula, L, colis marium non diſſimilis,quam Arabes [k] medici non ignorarunt. Oritur hæc ab oſſe pubis duplici initio,ſimiliter ligamenti ſubſtantiam habente, & referto ſanguine atriori.Habet etiam adiunctum vtrinque muſculum, M, euidentem, & vaſa,perinde ac coles,definitque in glandem veluti præputio tectam, quo inter ſe iunguntur externa latera,ac veluti alæ genitalis à parte ſuperiori. Longitudo genitalis tanta eſt, quantum diſtat eius os externum ab ore vteri;latitudo maior,& minor,cum plus,minusvè diſtendatur, ac contrahatur,vbi res poſtulat. Vtero gerentibus,cum ſurſum trahatur genitale, ſimul etiā arctatur. Quod ad ſitum attinet,inter externam cutem, & vteri os collocatum eſt genitale, quod non perpetuò rectā ſpectat,ſed modo in dextrum latus,modò in ſiniſtrum inclinat,ſub pubis oſſibus ſuper recto inteſtino iacens. Latitudine verò,ac longitudine veſicæ collum excedit,ſed à lateribus [m] illigatur laxioribus vinculis;membranis videlicet venarum & arteriarū, quæ in ipſum inſeruntur;à poſteriori parte recto inteſtino, cui hæret tantùm ad finem, quaſi [l] per communem tunicam:ab anteriori alligatur cum veſica,& eius collo.

Ad uteri autem & muliebris genitalis naturam,quam propoſuimus,perſpiciendam,ita moliri ſectionem oportet.Priuſquam aliquid diuidas,digitis oſtendere conuenit teſticulos a lateribus vteri; venas,& arterias,quæ ad eos feruntur;vaſa,quæ ad uteri cornua ſemen afferūt,unā

cum

a Gal. l de vulue ſect. c.1. & l.14. de uſu par. c.14.
b Gal. l.5. aph. cō.46.
c Gal. l.de vuluæ ſect. c.4.
d G.lib de vulue ſect. c.1.
e G.lib.de uuluæ ſect. c.7.
f G.ibid.
g Supra in hoc cap.
h Gal. l.de uulue ſect. c.7.
i Auic.l.3. fen.21.Tra. 1.cap.1.
k Auic.loco citato.
l Gal.l.de ſect. uuluæ c.7.
m G.lib.de uuluæ diſſ. c.4.

E
Π fi.1
α fig.1.
E fi.5.
F
B fi.5.
D fi.5.
G
Φ fi.1.
C fi.5.
L fi.7.
M fi.7.
H

TABVLA. LXVIII.



cum musculis, ac processibus neruosis ipsum suspendentibus: prætereà genitale, vna cum neruis, uenis, & arteriis, quibus continetur, & ad finem ipsius particulam illam, quæ colis imaginem refert; deinde diductis cruribus à pubis ossibus utrinque per os ceruicis usque ad podicem scalpello ducenda linea est, resoluẽdaque cutis usque ad aliquam inguinum portionem; quæ autem inter duas lineas media relicta est, à podice separanda, & ori genitalis adnexa relinquenda. Tum pubis ossa, quà inter se committuntur, secta prius cartilagine, ui quantum fieri potest, diducantur: quibus peractis, acuto scalpello separetur membrana pinguis, à uena, & arteria ad testiculos tendentibus, interim inspectis ramis, quos in uteri sinum transmittunt. Vbi scalpellus ad testiculos deductus fuerit; plexus ex eiusmodi venis, & arterijs, & vasa, per quæ semen fertur ad vteri cornua, pateſiant, & canales, qui à renibus ad vesicam pertinent, à membranis præcidantur, vt vesica vna cum vtero euellatur, dissectis venis, arterijs, neruis, membranis, quibus illigatur, & fibris denique, per quas cum imo reti intestini nectitur. Vt autem vteri os consideres, inuertenda est eius ceruix, sic etiam simul deprehendes citra sectionem foramen, per quod vrina in ipsam transit ex collo vesicæ, & si virgo adhuc est, membranam quam diximus perforatam. Tunc autem vesica diuidenda est, & spectandi canales, qui in ipsam inseruntur, cum musculo sito ad eius collum; diuidenda deinde in longitudinem vteri ceruix, diuidendus & totus vterus ab ore ad cornua; vt vtriusque substantiam, figuram, situm, vasorum inferiorum, superiorum, dextrorum, sinistrorum, coniunctionem diligenter intuearis.

E ... F (margin letters)

NOTARVM SIVE CHARACTERVM,
Qui figuris Tab. LXVIII. & LXIX. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXVIII. FIG. I. II. III. IV.

IN quatuor his præsentis Tabulæ figuris genitalium fœminæ picturam exhibentibus inscriptæ passim Literæ sic habent,

A	Peritoneum vna cum cute dissectum, ac inuersum.
B	Gibba iecinoris sedes.
	Portio caui hepatis.
	Truncus venæ portæ abscisus, vnà cũ ramis ab ipso deriuatis.
E	Vena caua.
Z	Arteria magna.
H	Radices venarum, & arteriarum, ad iecur, lienem omentum, intestina pertinentium.
Θ	Initium venæ pinguem sinistri renis membranam petentis.
I	Venæ, & arteriæ emulgentes.
K	Initium venæ pinguem dextri renis membranam petentis.
Λ	Renes.
M	Canales vrinam à renibus ad vesicam deferentes.
N	Venæ seminis materiam deferentes ad testes.
Ξ	Arteriæ materiam seminis ad testes deferentes.
O	Vterus.
Π	Vesica.
P	Anterior testiculi sedes.
Σ	Initium vasis semen ad vterum deferentis.
T	Portio prædicti vasis ad vterum pertinens.
Y	Vteri ceruix.
Φ	Musculus ceruicem vesicæ ambiens.
X	Labra muliebris pudendi.
Ψ	Radix arteriæ inferiorem mesenterij partem petentis.
α	Ligamenta ab utero, ad inguina pertinentia.
β	Vteri os.
γ	Vteri fundum.
δ	Vteri aperti substantia.
ε	Vteri fundi sinus.
ζ	Vteri ceruix aperta.
η	Linea vteri sinum veluti in duos diuidens.
θ	Vteri os apertum.
ι	Externum vteri extimam tunicam, à peritoneo ortam demonstrat, internum vero vteri cornua.

G

TAB. LXVIIII. FIG. V.

H

V	*FIgura refert genitales partes mulieris à cæteris corporis partibus resolutas.*
A	Prior pars fundi vteri.
B	Pudendum.
C	Ceruix vesicæ ad pudendum desinés.
D	Labra mulieris pudendi.
E	Processus neruosi ab vtero ad inguina pertinentes.
F	Testes.
G	Vasa quæ semen ad vterum afferunt.
H	Commune corpus ex vena. & arteria,

mate-

TABVLA . LXVIIII .



	materiam feminis ad tefticulos deferente.
I	Ceruix vteri.
L	Glandofum corpus, in quod terminatur uas femen deferens ad uterum.

FIG. VI. VII.

VI	Figura vterum à pofteriori parte oftẽdit vna cum tefticulis, & cęteris partibus genitalibus inuicem diductis, vt euidentiores fiant.
VII	Figura particulam refert, quæ in fęminis uirilis penis imaginem reprefentat.
A	Pofterior pars fundi uteri.
B	Pofterior pars pudendi.
C	Labra pudendi.
D	Proceffus neruofi ab utero ad inguina afcendentes.
E	Teftes.
F	Glandulofa fubftantia ad quam terminantur uafa femen ad uterum deferentia.
G	Commune corpus ex uenis, & arterijs feminis materiam ad teftes deferẽtibus.
H	Vafa femen ad vterum deferentia.
I	Vteri ceruix.
L	Particula uteri peni non abfimilis in fuperiora conuerfa.
M M	Duo mufculi, qui ab offe pubis ad latera nuperdictæ particulæ illigantur.
N	Labra muliebris pudendi.
O	Os pudendi.
P	Cauum fub abdomine uifcera continens.

E

F

De Inuolucris fœtus. *Cap. XI.*

VBi præfto fit cadauer mulieris vtero gerentis, operæ precium eft, non modo genitales partes fectione inquirere, fed & fœtus inuolucra; vt eorum vfum, fubftantiam, formam intelligentes, fummum naturæ artificium admiremur. Duo igitur cum fint fœtus inuolucra, commune eft vtriufque tegmenti vfum præbere, atque ita defendere fœtum valde tenerum, ac mollem. Proprie autem extimum, E, P, cũ vtero nectit [a] fœtum, neque ipfum errare patitur; fed illigatum feruat per carnofam quandam molem D, adiunctam, quæ venas, & arterias complectitur, per quas fpiritus, & fanguis ab vtero fœtui diftribuitur. Continetur eiufmodi moles fubftantia rara, & nigriore fanguine referta, quemadmodum lien, & coles. Hæc craffior eft, ita vt propè partum pollicis craffitudinem, A, æquet, multifque venarum, & arteriarum ramis, Q, quafi intexta diftinguitur. Oriuntur venæ à venis, arteriæ ab arterijs vteri, quà enim internam vteri fuperficiem attingit, D, afpeta eft, cum à ramis venarum, atque arteriarum, quibus innititur, perforetur, & totidẽ venas, atque arterias inde ortas accipiat, quæ ab ea parte, quà cum extimo inuolucro hæc iungitur, euidenter vndiq; fe oftendunt; fed in medio coeunt venæ cum venis, arteriæ cum arteriis, ita vt ex paruis multis fiant paucæ, B, grãdes, quę quafi radices tandem in duos truncos, C, G, venarũ, & totidem arteriarum terminantur; quatuor deinde hæc vafa inter fe iuncta, & capreolorum modo intorta per extimum, & intimum inuolucrum penetrant ad vmbilicum. Cœterum an à toto vtero, an ab aliqua eius parte oriantur venæ, & arteriæ quibus adnectitur, ac diftinguitur hæc moles, intelliges, fi eius figuram, ac fitum intuearis; qua ita inter fe coniuncta funt, & à fe mutuo pendent, vt vix poffint feorfum exponi. Figura igitur ferè rotunda, C, eft, ita vt offæ fit fimillima; fita autem eft ab altero latere vteri, & propriè ad eam partem in quam definit foramen vafis feminis; hinc fumunt initium venæ, atque arterię prędictę, neque enim oriuntur ab omnibus partibus vteri, fed ab illis dumtaxat, cum quibus nectitur hæc moles; quæ ita adiuncta eft extimo inuolucro, vt cum ipfo coalefcat; vocatur hoc græcè χώριον, b Latini fecundas dixerunt, quo nomine non tantum extimum, fed fortaffe etiam intimum fignificare voluerunt: eft autem χώριον membrana pellucida neruofa, vbi carnofum quafi gluten refoluas, qua illita eft ab externa fuperficie, & per quod cum interno vtero agglutinatur: ab interna parte vrinam cõtinet, quæ ex fœtu redundans feruatur inter hanc, & alteram membranam internum inuolucrum conftituentem, cum qua licet iungatur, nõ tamen coalefcit nifi ad molem carnofam iam dictam, vbi etiam venis, & arteriis prædita eft, nam cęteris partibus vafa admodum exilia & obfcura funt. Alterum inuolucrum, N, O, quod intimum eft, & à græcis ἄμνιον c nominatur fimiliter membrana eft, quæ fœtum proximè inuoluit, & fudorem d feruat, qui ad facilitatem partus conducit, perinde ac vrina in chorio referuata; cęterum ἄμνιον membrana tenuiffima eft paruis venis, I, atque arteriis, I, diftincta. Quo pacto inter chorion, & amnion fundatur vrina, intelliges, fi vmbilici natura prius exponatur, quæ à mole carnofa tranfit ad fœtum, perforato vtroque inuolucro. Inuolucra hæc reperiuntur in humano fœtu, qualia dicta funt, fed fecus in belluis, & qualia fuerunt e à veteribus defcripta. Porrò vmbilicus f quinq; canalibus continetur, longiori ductu inter fe iunctis; binis venis, & totidem arteriis iam dictis, quibus medius interiectus eft canalis οὐραχός, g quem incipere conftat à fuperiori parte veficæ fundi, & terminari ad chorion, vel potius relaxatum in ipfum degenerare. Venæ duæ h vbi fœtus cutem penetrarunt,

a Gal. li. 15 de vfu p. c. 4.
b Gal. 1. li. de fem. c. 7 & Ga. li. 15 de ufu p. c. 4. Celfus. li. 5 c. 25.
c Ga. li. 15. de vfu p. c. 5. & lib. de vuluæ fect. c. 10.
d Ga. li. 15 de ufu p. c. 5.
e Gal. li. 1. de fem. c. 7 & 15. de vfu p. c. 5. & li. de uuluæ diff. c. 10
f Ga. li. 15. de vfu p. c. 4. & lib. de form. fœtus c. 2
g Ga. li. 15. de vfu p. c. 5.
h Ga. li. 15. de vfu p. c. 4. & lib. de for. fętus c. 2.

Ta. 70. fi. quatuor.
EP fi. 2
D fi. 2.
G
A inferius fi. 1.
Q fi. 1.
D fi. 2.
B fig. 1
C fi. 1.
G fi. 2.
C fi. 3.
H
NO fi. 2.
I fig. 2
I fig. 2

TABVLA LXX.



trarunt,in vnam coeunt,quæ cum cauo iecinoris propè veſicam fellis committitur, validis in itinere circumdata membranis. At duæ arteriæ ſeorſum feruntur ſuper latera veſicæ ad os ſacrum,ibiq; in arteriam[a] magnam inſeruntur. Interdum[b] vna tantum vena, & una tantum arteria iungitur cum vracho,ſed arteria ad vmbilicum diuiditur in duas,vena vna manet: feruntur autem,vt ante dictum eſt. Præter hæc perſpicere etiam in fœtu licet canalem, [c] qui a magna arteria ad uenam,quam arterialem nominant,deriuatur; per quem perſpiratum obtinet a corde pulmo,ad quem fertur ſpiritus,primò per magnam arteriam,deindè per canalem hunc, & per venam arterialem: licet etiam inſpicere [d] oſtium commune ad baſim cordis inter venā cauam,& arteriam venalem cum operculo,quod permittit ſanguinem ad hanc ferri,non contra ab hac ad illam reuerti;alitur hoc ſanguine pulmo, in ijs qui utero geruntur, ſed in lucem editis [e] coaleſcit hoc oſtium,cum nutriatur pulmo tunc a vena arteriali;excæcatur, [f] & tunc dictus canalis cum pulmo perſpiratum habeat ab aere externo. E

a Ga.li.15. de vſu p.c. 4.& lib.de for. fœtus c.2.
b Falop.li. de anat.obſeruation
c G.li.6.de vſu par. c. vlt. & 15. de vſu par. c. 6.
d G.l.15.de uſu pa.c 6.
e G. ibid.
f G. l.6.de vſu par. c. vlt.

Ratio ſectionis huiuſmodi eſt;vbi detur,cadauer mulieris vtero gerentis:Ducatur ſcalpello linea vna in longitudinem à mucronata cartilagine ad oſſa pubis,ita altè,vt peritoneum penetret;altera tranſuerſa ab vno oſſe ilium ad alterum.Tum oris vndique reductis ſpectetur uterus turgidis uenis,atque arteriis diſtentus.Inſpiciatur etiam vena, & arteria, quæ per rectū abdominis muſculum ſurſum aſcendit;dein ſcalpello linea vna ducatur in longitudinem vteri;tranſuerſa altera,magna cura,ne quid violetur ex ijs, quæ uteri ſubſtantiæ ſubſunt: a ſecto vtero extimum fœtus inuolucrum reſolui debet,abruptis venis,atque arteriis ipſum nectenti bus,facilè enim abrumpuntur,cum iam maturus eſt partus: fœtum autem unà cum ſuis inuolucris extractum abluere oportet,ut ſanguine,qui ex vaſis emanat,deterſo,chorion intuearis,& offam ſimilem ſubſtantiæ lienis comperias, quæ deinde vnguibus, vel ſcalpello à chorio, cui ualde innaſcitur ſeparari debet ; quo facto chorion vniuerſum fœtum ambiens conſiderabis,quod pluribus locis ſcalpello diuides, & expulſa vrina inuertes : ſinens appenſum vaſis per amnium ad vmbilicum penetrantibus.Alterum inuoluerum,amnium videlicet,ſimiliter atque chorion inſpicere, incidere, & hauſto humore inuertere , atque iiſdem vaſis appenſum relinquere conuenit;ut autem finem canalis urachi in chorion cernere poſſis, ſcalpello venas, & arterias quæ ipſum amplectuntur,uſque ad umbilicum reſolues.Deinde præciſis vaſis vmbilici , fœtum ſuper ſcamnum collocabis,& à iugulo ad oſſa pubis per coſtarum cartilaginem ſiniſtri lateris ſcalpello lineam duces,quæ ad thoracis,& peritonei ſinum deſcendat. Sic patefient uenæ, quæ in vnum coeuntes ad iecinoris cauum progrediuntur ; arteriæ , quæ utrinque per veſicæ latitudinē tranſeunt ad lumborum ſpinam,vbi cum magna [g] arteria committuntur; canalis denique οὐραχὸς , qui veſicæ fundo à ſuperiori parte inſeritur, ſicque opera vniuerſa abſoluetur. F G

g G. li.15. de vſu pa. ca. 4. & de format fœtus,c.2.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXX. inſcripti ſunt , declaratio.

TAB. LXX. FIG. I. II.

I	*Figura monſtrat carnoſam molem quæ fœtum cum utero illigatum ſeruans uenas, & arterias complectitur, per quas ſpiritus,& ſanguis fœtui diſtribuitur.*
II	*Fig.refert ſitum fœtus in utero diuiſis inuolucris.*
A	Carnoſa moles nigriori ſanguine referta.
B	Vaſa,quæ per dictam ſubſtantiam diuiſa coeunt,vbi C.
C	
D	Carnoſa moles extimo inuolucro adnata.
E	Externa ſuperficies extimi inuolucri.
F H	Origo uaſorum umbilici à carnoſa mole paulo nuper dicta.
G	Commune corpus ex dictis vaſis vmbilicum conſtituens.
I	Vaſa, per amnion inuolucrum diuiſa.
L	Commune corpus uaſorum vmbilici.
M	Infans.
N	Exterior amnii inuolucri ſuperficies.
O	Interior.
P	Interior externi inuolucri ſuperficies.
Q	Vaſa per carnoſam molem diuiſa.

FIG. III. IV. H

III	*Figura oſtendit vterum à poſteriori parte,rectà,& tranſuerſim diuiſum,ut extima eius tunica ſe oſtendat.*
IV.	*Fig. Monſtrat fœtum a poſteriori parte adhuc extimo inuolucro obductum.*
A	Vteri fundum.
B	Poſterior uteri ſedes diſſecta, ac inuerſa.
C	Carnoſa moles ſubatro ſanguine referta.
D	Extimum fœtus inuolucrum ab exteriori parte.
E	Venæ per ipſum diuiſæ.
F	Vteri ceruix.

TABVLA . LXXI.

E

De Mammis. *Cap. XII.*

PRæter inſpectionem vteri,atq; inuolucrorum fętus,cum ſecatur cadauer mulieris, mã- Ta. 71. fi.1.
mas quoq; intueri oportet,quæ quamuis in pectore ſitæ ſint,non in vẽtre, qui in hoc
libro propoſitus eſt,ob conſortiũ [a] tamen,ac veluti germanitatem muneris,videntur
cum vtero tractandæ,quandoquidem vt hic ob propagationem fętum alit,ita mam-
mæ ob [b] eandem infanti iam in lucem edito lac pro alimento parant;atq; hoc munus propriũ
mammarum eſt in fęminis;nã alterũ quo cor [c] tegũt,fouent,ab externis iniurijs defendũt,per-
tinet cõiter ad mammas virorũ,& mulierũ,quod ſi mammarũ fabricã intuearis, ad eiuſmodi
munus maxime opportunã comperies;nã quod ad materiã attinet, continentur mammæ glã-
dula [d], A,ad centrum collocata;quæ ipſarum formã repręſentat;huic magnæ glandulæ paruæ A fig.1.
aliæ multæ inſident,adipe,& carnoſa membrana inter ſe cõnexæ,Superiecta eſt ſubſtãtia hæc
interna parte membranæ carnoſæ,extra tegitur à cute craſſiore.Vt autem materia hæc ad lac
gignendum maxime habilis eſt,ita ſubſtantia papillæ,ſeu capituli,in quod [e] mamma termina-
tur,maximè idonea eſt,quam ſugat infans,& ex qua eliciat lac;rara enim admodum eſt,quem
admodum ſubſtantia colis,& eodẽ modo tenditur;fibris etiam diſtinguitur,quæ procedunt à
vaſis per mammillas diſcurrẽtib.Cutis autem quæ ibi ſuperiecta eſt,tenuior eſt, & cũ ſubiecta
ſubſtantia illigatur;ita vt facile lac reddat.Nerui,qui ad mammas pertinent,oriuntur ab illis
ramis,qui pertinẽt ad muſculos thoracis;propriè autẽ papilla neruũ accipit,q prodit ex quin- F
to coſtarum interuallo.Venæ quæin mãmillas inſerũtur;interdũ aliqua ex parte oriuntur à iu-
gulari externa;perpetuo autem triplicẽ originẽ ducunt;aliæ,B,enim oriũtur ab illa vena,quæ
vbi ex thorace egreſſa ad alam procedit,cuti,muſculis thoracis,& mãmillis, ramos impertit.
Aliæ,C,D,oriuntur à venis,quæ ad ſummum humerũ tendunt,vnde rami deriuantur, tam ad
cutem,quã ad mammarũ ſubſtantiam pertinentes.Aliæ quæ non ad externã cutem, ſed tantũ
ad internã mãmarum ſubſtantiam pertinent,oriuntur a [f] venis,quę à iugulo ſub oſſe pectoris
procedunt;à quib deriuantur rami,qui per cartilaginũ interualla diſtribuuntur muſculis tho-
raci inſidentib.inde etiam mãmis:tendũt autem hæ vænæ ad ilia iunctæ cũ arteriis exilib.quæ
ſimiliter à iugulo ortę ſub oſſe pectoris deorſum ferũtur:per has mãmis [g] cũ vtero maximũ eſt
conſortiũ;ceſſat enim lac ſuperuenientib.menſtruis,& cũ mulier vtero gerit;reuertitur lac cũ
peperit.Nexus autem,ſeu coniunctio mãmarũ cum vtero ita habet.Venæ,atq; arteriæ iã di-
ctæ,quæ à iugulo deorſum ſub oſſe pectoris feruntur,ex thorace prodeuntes,per abdomen tẽ-
dunt ſub rectos muſculos quib.illigantur;ad mediã vero ipſarũ longitudinẽ in plures ramos
diuiduntur qui coeũt,atq; intexuntur cũ ramis aliarũ duarũ venarũ atq; arteriarũ quæ ſub ijſ- G
dẽ muſculis innatæ ſurſũ ferũtur;deriuantur hæ à grãdiorib.ramis venæ cauæ, & arteriæ ma-
gnæ,q per inguina ferũtur ad crura:ſed quia paulo ſupra harũ initiũ oriũtur venæ, & arteriæ
quæ vterũ alũt,idcirco maximũ conſortiũ habẽt cũ vtero,propter viciniã:vnde nõ mirũ,[h] ſi sã-
guis ab vtero ad mãmas,& inde ad vterũ trãsferatur,cũ rami & aſcẽdẽtiũ,& deſcẽdẽtiũ inter
ſe implicentur.Figura autẽ mãmarũ ſphęrã dimidiatã repręſentat, exteriori. n. parte rotun-
da fuit,vt minus iniurijs pateret,interiori verò plana,vt melius reſideret ſuper thoracẽ, qui
quatenus gibb.eſt,eatenus ſinuatur baſis mãmæ.Magnitudo mãmarũ nõ eadẽ eſt,ſed varia æ-
tate maiores,& minores fiũt,tũ prout ocioſè degũt vel lactant.Tenera ætate paruulæ ſunt,ve-
tulis laxæ,oblongæ,graciles;ætate firma tumẽt,præſertim cũ lactis copia diſtẽdũtur.Duę [i] aũt
mãmæ fuerũt effictæ, partim vt ſeruaretur æquilibritas vtriuſq; lateris,partim vt geminos ale-
re poſsẽt,partim vt ſi vna ægrotaret,altera quæ ſana eſſet,cõi munere fungeretur.Collocatæ [k]
mammæ ſunt in thorace à laterib.qui locus maxime idoneus fuit;neq; alias ibi partes colloca-
re neceſſe erat;& mãmæ ibi cõmodè cor tegunt, & ab illo perfectũ ſanguinẽ accipiunt ad lac
procreandũ; pro magnitudine aũt,& paruitate,varium ſpacium occupant;ſuperiectæ autem
ſunt inferiori parti muſculi adducentis brachium ad pectus.

Vt autẽ propoſita mãmillarũ natura cõmodè inſpiciatur,linea vna ſcalpello ducẽda eſt à H
iugulo deorsũ ad vmbilicũ:tũ altera à iugulo ad sũmũ humerũ qua ſectione adhibita, cutis à
mãmillarũ ſubſtãtia reſoluẽda eſt,inſpectisq; ramis vaſorũ ad ipſas peruenientiũ,ſeparãda mã-
milla eſt à muſculo,adducente brachiũ ad pectus,cui ſuperiecta eſt;& interim venę,& arterię
quæ per muſculos ad mãmillã perueniũt,inquirendæ.Coitus autẽ venarũ,atq; arteriarũ aſcẽ-
dentiũ,& deſcendentiũ,per quas transferri ſanguinẽ à mãmis ad vterũ;& ab vtero ad mãmas
retulimus,tunc manifeſtè oſtenditur,cum ſecatur abdomen,& propriè muſculi eius recti.

a Ga. li. 14. de uſu p.c. 4.
b Ga. ibid.
c Ariſt. lib. 4 de Part. ani. c. 10. & Ga. li. 7 de vſu p. c. 22.
d G. 5. aph. com. 39
e Ariſt. lib. 1. de hiſ. an. c. 12
f Gal. li. 14. de vſu p. c. 8.
g Gal. li. 14 de vſu p. c. 4. & c. 8
h Gal. li 14 de uſn p. c. 4 & c. 8.
i Gal. li. 14. de uſu p. c. 4.
k Gal. li. 7. de uſu p. c. 22.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Fig. I. Tab. LXXI. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. LXXI. FIG. I.

M*Ammas hæc figura repræſentat detracta cute,& membrana carnoſa.*

A	Glandula, quæ mammarum formam refert.
B	Venæ ab ea ortæ, quæ vbi ex thorace egreſſa ad alam procedit, cuti, muſculis thoracis, & mammillis ramos impertit.
CD	Venæ ab illis ortæ, quæ ad ſummũ humerum tendunt.
E	Cutis inuerſa.

A

VIDI VIDII DE ANATOME

Liber Sextus:

QVI EST DE PARTIBVS VITALI FACVLTATI inſeruientibus.

De Collo. Cap. I.

B E Xpoſitis ſuperiori libro partibus noſtri corporis naturali facultati inſeruientibus, illæ nunc ſequuntur, quæ pertinent ad vitalem; conſiſtit hæc in conſeruatione caloris innati, qui in corde ª continetur, tãquã in præcipua ſede, per cuius motũ partim frigido aere attracto, partim fuligine expulſa defenditur. Ad eiuſmodi perſpiratũ neceſſarius fuit pulmo, aſpera arteria, guttur, ſeptũ trãſuersũ, thorax, & tandẽ collũ, quorũ ſigillatim ſectionẽ perſequemur, ſi ante vſum, ſubſtantiã, formã vniuſcuiuſq; expoſuerimus; ſumemus initiũ à collo, per quod cõiungitur pectus cum capite; græcè autem dicitur αὐχὴν, & τράχηλος b fuit hoc à natura conſtitutum gratia c pulmonis; continet enim aſperam arteriam, & guttur, vnde aer permeat ad pulmonem: occupat collum id totum ſpacium, quod inter caput, & thoracem eſt; definitq; ad iugulũ materia ex qua conſtat, ſunt muſculi antea d expoſiti; tum ſeptem vertebræ, quas in ſpina recẽſuimus. e Poſtulat eius ſectio, vt detracta cute muſculos ſcalpello perſequamur, ordine prius expoſito; tum vertebras ſpectemus, quas tales comperiemus, quales diximus, f cum de oſſib.
C ageremus; inſpiciemus & in collo guttur cum aſpera arteria: ſed de horum ſectione in ſequentibus tractabitur. Cum collo proximè iungitur pectus ad quod iam pergimus.

De Thorace, & eius membranis. Cap. II.

Ta. 72. fi. duæ partis prioris C fig. 1 E St igitur pectus id totum, quod inter iugulum eſt, & ſeptum tranſuerſum; vocaturque à Græcis θώραξ, g quod vocabulũ latini quoque mutuantur: prior pars pectoris græcè dicitur ςῆθος, h eius medium ςέρνον, i C, ſed poſterior pars μετάφρενον, k Latera verò πλευρα nominantur. Factus eſt thorax, partim vt quæ in eo reſident uiſcera tueatur, l partim vt reſpirationis motũ pręſtet; quod ſi materiam, & formam intuearis, appoſitè ad propoſitum munus inſtitutũ fuiſſe intelliges. Materiam, præter cutem ſuperiectam, & internam membranam, præbẽt partim muſculi, partim oſſa; ab oſſibus defenduntur ſubiecta viſcera; à muſculis fit dilatatio, & conſtrictio ad reſpirationẽ neceſſaria. Muſculos quidem ſeptuagintatres ſupra diximus m ad reſpirationis motum accommodari; quorum n decem ad abdomen referuntur, reliqui ad thoracẽ: triginta o & vnus vtrinq;; quib. accedit ſeptum tranſuerſum ęquabiliter ad dextrã partẽ, atq; ſiniſtrã attinens. Oſſa thoracis ſunt duodecim vertebræ, cũ quib. vtrinq; duodecim coſtæ com
D mittuntur; quæ iunguntur à priori parte cum oſſe pectoris per cartilaginem. Cęterũ quæ forma ſit muſculorũ thoracis, & propriè ſepti tranſuerſi, quæ item coſtarũ, & integrarum, & ſpuriarum, quæ oſſis pectoris ac mucronatæ cartilaginis, abunde enarrauimus, partim ſecundo libro p qua de oſſib. partim quarto, q qua de muſculis; ex quibus totius thoracis forma colligitur. Latior r autem eſt homini, quã cęteris animantibus, quod brachia ab ipſo recedant; id qđ non euenit anterioribus cruribus quadrupedum. Situs iam expoſitus eſt, cum inter iugulum, & ſeptum tranſuerſum collocari ipſum dixerimus ſ.

H fig. 1 Sed ſatis de thorace, ad quẽ refertur mẽbrana, H, ὑποζωκώς, t quaſi ſuccingens, vt ad abdomẽ peritoneum. Vtriuſque vſus quodammodo u ſimilis eſt, nam vtraque tegit, alligat, inuoluit incluſa viſcera, ac vaſa; ſeptum tranſuerſum firmius reddit; ſed ſuccingens proprie muſculos,

a Gal. 5. de loc. aff. c. 1. & Ariſt. li. de reſp. c. 4
b Ariſt. li. 1 de hiſt. ani. c. 12. & G. 8. li. de uſu p. c. 1.
c Ariſt. li. 4 de Par. an. c. 11. & G. li. 8. de uſu p. c. 1
d Supra li. 4.
e Supra li. 2. c. 4
f Supra li. 2. c. 4
g Ariſt. li. 1. de hiſ. an. c. 7
h Ariſt. 1. li. de hiſt. an. c. 12
i Ga. li. 1. de ar. com. 67
k Ga. li. medicus. c. 10
l Ga. li. 13. de uſu p. c. 6
m Supra li. 4. c. 8
n Supra li. 4. c. 10.
o Supra li. 4. c. 8.
p Supra li. 2
q Supra l. 4
r Ariſt. li. 2. de hiſt. ani. c. 1
ſ Supra in hoc c.
t G. li. 2. de mot. muſ. c. 9
u G. li. 7. de c. 2. ana. ad.

qui inter coſtas ſiti ſunt, veſtit; efficitque ne pulmo, qui mollis eſt, oſſa pectoris dura proxime attingat; quæ proprio quoque inuolucro, quod περιόςεον, dicitur, ad eum finem circundantur; ſed interiecta ſuccingente membrana mitior adhuc redditur contactus. Subſtantia ſuccingentis eadem eſt, quæ aliarum membranarum, dura, tenuis, inæqualis, alba, validior quam peritoneum; durior tamen a poſteriori parte, quam a priori; raro autem adnatam habet adipem, eãque magis prope vertebras, vbi vaſa magna diſcurrunt. Venæ, G, quæ ad ipſam pertinent, oriuntur a vena ſine coniuge; ſicut arteriæ ab arteria magna; quãquã nonnullæ tam venæ, quam arteriæ ad ipſam peruenientes, deriuantur a vaſis, quæ ſub pectoris oſſe ad abdomen procedunt. Sed nerui quos ſuccingens membrana accipit, a ſexto pari neruorum cerebri proficiſcuntur. Figura eadem eſt, quæ caui thoracis, varia videlicet, ſuperne anguſta, inferne lata, latior adhuc a lateribus, breuior a priori parte, longior a poſteriori; foris gibba, intus caua, excepta poſteriori parte, quæ ob uertebras, & radices coſtarum, foris deprimitur, intus aſſurgit. Superficies interna læuis eſt, & quaſi aquoſo humore illita, præterquam vbi proceſſus quoſdam exigit, ad inuoluendum, & alligandum, vt ad longitudinem vertebrarum, vnde oritur ſeptum ſeparans dextram thoracis partem à ſiniſtra; præterea vbi alligat, atque inuoluit arteriam magnam, arteriam aſperam, gulam, venam ſine coniuge; tum a priori parte, quà cum oſſe pectoris committitur ſeptum, quod thoracem in longitudinem diuidit. Foramina, qua hæc membrana ſeptum tranſuerſum tegit, terna, non ſecus, atque ipſum habet; per unum tranſit vena caua, per alterum gula, per tertium magna arteria. Ad iugulum non peruia eſt uno foramine amplo, ſed pluribus, per quæ trãſeunt rami venæ cauæ, & arteriæ magnæ; gula, aſpera arteria, nerui, & illi qui a ſexto pari neruorũ cerebri, & illi, qui a ceruice ad ſeptum tranſuerſum feruntur; perforatur tandem a poſteriori parte a venis, & arterijs tendentibus ad ſpacia inter coſtas. Magnitudo reſpõdet magnitudini internæ thoracis; pertinet enim à poſteriori parte a prima vertebra ad vndecimam, vbi ſeptum eſt, per quod exit arteria magna; a priori a iugulo ad imã partem oſſis pectoris, cui ſeptum tranſuerſum innaſcitur: a lateribus a prima coſta ad ſuperficiem ſepti tranſuerſi, atque hoc pacto totum cauum thoracis circumdat. Ex iam dicta magnitudine ſitus etiam deprehenditur, oritur enim a ligamentis uertebrarum; coniungitur a poſteriori parte cum vena ſine coniuge, & cum magna arteria; a priori ſuperiecta habet vaſa, quæ ſub pectoris oſſe deorſum ad abdomen deſcendunt. De numero dubirari poteſt, an una ſit, an duplex, prout duplex etiam eſt membrana thoracem diuidens in longitudinem, cum qua iungitur, & ad quam iam pergimus.

Mẽbranæ igitur, L, quæ pectis in longitudinẽ diuidunt, διαφράττοντες [a] a Grecis appellatæ, multis & ipſæ nominib. utiles ſunt, nã & cor cũ ſuo inuolucro, M, continẽt, ac tuẽtur, [b] & vaſis iter tutũ præbent, & pectus in dextrã, & ſiniſtrã partẽ diuidunt, quo fit, ut vna perforata, altera ſeruari poſſit inuiolata, in qua pulmo citra noxam moueatur. Subſtantiã tenuiorẽ habẽt ſuccingẽtes mẽbranæ, intus plerumq; pinguedinis expertẽ; tantũ pingues ſunt ab exteriori parte, quã ſpectant ad cauũ thoracis; præſertim in hominib. pinguiorib. in quib. omẽto ſimiles uidẽtur; prope iugulũ glandulã adnatã habent, ubi uaſa diuiduntur; venas autẽ, & arterias accipiũt ab illis, quæ a iugulo deorsũ per os pectoris deſcendũt; accipiũt & vtrinq; ramulos a uenis quæ cũ neruis a iugulo deſcendunt ad ſeptum tranſuerſum, a quibus neruis ramos ẽt obtinent. Figura triãgulũ repræſentat, tam a dextro latere, quã a ſiniſtro inæqualiũ coſtarũ, quarũ quæ breuiſſima eſt, à iugulo per pectoris os, ac mucronatã cartilaginẽ ad ſeptũ trãſuerſum finitur; altera, quæ longiſſima eſt, a iugulo per dorſum ad undecimã vertebrã tendit; tertia media inter has duas ab oſſe pectoris per lõgitudinẽ ſepti trãſuerſi ad dorsũ progreditur. Superficies utriuſq; ab interiori parte aſpera eſt, ꝓpter fibras, & mẽbranas; ab exteriori, quã ad pulmones ſpectat, læuis, & quaſi aquoſo humore illita, interdũ aliqua parte adnaſcitur pulmoni. Magnitudo earũ à iugulo ad ſeptũ trãſuerſum, & a vertebris ad os thoracis pertinet. Oriũtur ambæ a mẽbrana ſuccingẽte, quã cũ illa cõmittuntur, ad os pectoris, ad ſeptũ tranſuersũ, ad vertebras; inæqualiter vero ambæ & coeunt, & inter ſediſtant; coeunt quidẽ iuxta dorſi longitudinem, quã cũ uertebris cõmittũtur; ſed a priori parte qua os pectoris attingũt; & eatenus inter ſe diſtãt, quatenus id latũ eſt; plurimũ quidẽ ſuperne ubi latiſſimũ; inde paulatim minus recedũt, ubi ipſũ anguſtius redditur; mediũ ſpaciũ inter utrãq; fibris, ac mẽbranulis repletur; quã cum ſepto trãſuerſo iungũtur, maxime inter ſe recedũt, vbi ſinũ efficiunt, q̃ æquat eam partem oẽm ſepti trãſuerſi, q̃ carnis eſt expers, ſed latior eſt a priori parte, q̃ a poſteriori, cõplectiturq. cor, cum ſuo inuolucro, & uenã cauã, quorum amplitudini reſpondet amplitudo ſinus huius tertii: nam duos alios ſinus, ſeu duo caua in pectore, unum a dextra parte, alterũ a ſiniſtra effici diximus ab his membranis, quatenus ſuperne deorſum feruntur. Sectio thoracis in hunc modum adhibenda eſt; cutis a thorace uniuerſo primo detrahenda eſt, & muſculi incidendi, quemadmodũ in ſuperiorib. demonſtrauimus [c] cum de muſculis ageremus; quib. remotis ueniendum eſt ad oſſa & primo ad vtrunque iugulum, quod a pectoris oſſe ſeparandum eſt, ualidis ligamentis q̃bus nectitur ualido, & acuto ſcalpello reſectis ea animaduerſione ne quæ ſubſunt, lacerentur, ſpectandaque tunc eſt cartilago, per quam iugulum cum pectoris oſſe committitur, quod hoc pacto reſolutum a pectoris oſſe, & a prima coſta attolles, & in exteriorẽ partẽ adduces, vt car-

Marginal notes: E; G fi. 1.; F; G; L fi.2.; M fi.2.; H

[a] G.li 7. de anat. admi. c.2. & li.6. de uſu par. c. 3.
[b] G.l.6. de uſu p. c.3.
[c] Sup. l.4. c.8.

A cartilago,per quam prima costa cum osse pectoris committitur, in conspectum veniens scalpello separetur,qua secta reliquarum costarum cartilagines similiter resolues, & thoracis os cum cartilaginibus à costis attolles,modo in dextrum,modò in sinistrum latus conuertens,inspicies tunc membranas,quæ ossi pectoris innatæ thoracem in longitudinem diuidūt: quibus inspectis pectoris os cum mucronata cartilagine à septo transuerso diuides,& sensim attollēs à membranis thoracem in longitudinem diuidentibus separabis; ita vt caput cadaueris inflectatur;venamque,& arteriam vtrinque sub ipso tendentem scalpello inter membranulas inquires,quas vbi laqueis alligaueris,os pectoris cum suis vasis à thorace auferens ad membranam costas succingentem accedes,quam hamulo prehensam auelles à costis;intuitus,numpulmo ipsi per fibras aliquas nectatur;tum singulæ costæ in exteriorem partem vi adducendæ,vt thoracis cauum vniuersum oculis subijciatur;id quod melius succedet,si dorso medio in longitudinem globus,aut lapis subiiciatur;sic enim magis thorax aperietur,vt ad partium, quæ ibi sunt sectionem transeatur.A summo igitur thorace ad neruosam partem septi transuersi dextrum neruum à membrana dextri lateris thoracem in longitudinem diuidente separabis,& similiter sinistrum à sinistra:vtrumque autem neruum iuxta septum transuersum præcidens ad ceruicem reijcies,vt deinde si placet,intueri eius originem possis.Dein reuertendū est ad duas
B membranas thoracem in longitudinem diuidentes,quas inter se diducere oportet,& a pericardio,ac septo transuerso resoluere,atque à thorace auferre,summa cura,ne insigne aliquod vas violetur.

De Gutture, epiglottide, & faucibus. Cap. III.

Ta. 72. fig. Vndecim. poste-riores. E St autem guttur caput asperæ arteriæ,quod græcè λάρυγξ [a] nominatur, factum à natura vt non solum prębeat aditum aeri,qui ad pulmonem fertur,vel ex eodem educitur,sed vt vocis [b] fit præcipuum instrumentum, qua mobrem nonmodo aperitur,vt attrahatur aer, aut clauditur,vt retineatur,cum necesse est;sed varie [c] dilatatur,atque astringitur ad vocem effingendam:habet autem in superiori,atque anteriori parte operculum, [d] G, H, quod versus G fi.1.3 H fi. 2. posteriorem flectitur,per quod,quasi per pontem transit cibus,& potus,neq; decidit in cauū asperæ arteriæ;ne autem in eādem illabatur,quod per vomitum redditur, efficit, cum astringitur tertia cartilago,ex qua constat guttur;constat enim ex tribus, [e] quas sigillatim exponere oportet;illud autem imprimis intueri licet,quod natura guttur meritò ex [f] cartilaginosa substantia constituit,siquidem caro cōcideret,neque aperta seruaretur ad respirationem;
C preterquam quod ad sonum uocis inepta esset;nam euerteretur ab aere:os vero partim gulā præmeret,partim oneri esset,& linguam deorsum traheret,præterquam quod musculos postularet,à quibus moueretur,adeò crassos,vt deformitatem in ceruice afferrēt,neque inflecti posset,& moueri ad vocem,quam insuauem quoque redderet;nulla igitur [g] substātia magis idonea accipi potuit,quam cartilago,quæ & maximè habilis est,ad propositum munus præstandum,& adiunctas partes minimè lædit.Ex cartilagine igitur effectum est guttur,quæ processu ætatis indurescit,ita vt os videatur;præsertim prima,& secunda;constat enim ex tribus,nō ex simplici,ob [h] duas commissuras necessarias ad eius motum;ex commissura primæ, & se-
A fig.1. cundæ dilatatur,& constringitur;ex commissura secundæ,& tertiæ clauditur,& aperitur.Prima, [i] A,& maxima cartilago ab anteriori parte sita est, foris gibba,intus sima, scuto oblon-
C fig.1 go similis; vnde θυρεοειδὴς,quasi scutiformis,græcè nominatur:exigit autem binos processus,C,
O fi. 3. 4. à superiori parte,vtrinquè vnum;& totidem ab inferiori,O,similiter vtrinque vnum:superiores longiores sunt;alliganturque per membranas cum osse hyoide;inferiores vero breuiores;
L fig. 2 atque hi cum lateribus secundæ cartilaginis,à posteriori parte coalescunt.Forma hæc ab externis iniurijs facile defenditur.At secunda,L,minor est,quam prima,sed maior quam tertia;
β fig. 1. γ fig. 2 maxime autem in posteriorem partē spectat uersus gulam:addit autē quod deest primæ ad circulum efficiendum:tāgitur anterior, β, eius pars ad radicem scutiformis. Superficies anterior læuis est,sed posterior iuxta gulam linea,γ,quadam assurgit;quæ duos sinus conficit ; supernè
δ fig. 8. versus posteriorem partem duo exigit tubercula,δ,oblonga,vtrinque vnum; quæ recipiuntur
D in finibus tertiæ cartilaginis;nam cum prima,vt dictum est,committitur, quatenus inferiores
ε fig. 8. eius processus innatos habet,& coalescentes in finib.ε,quos secunda in quadam eminētia impressos præfesert:Inferior pars secūdæ versus gulā tenuis deprehēditur,quā magis deorsum de-
P fi. 7. scendit ad originem eorum musculorum,qui in tertiam inferuntur.Figura, P, secundæ eadem est,quę annuli,quē Thraces sagittarij dextro pollice gestāt;habet enim eiusmodi annulus pro cessum latiorem;qui prohibet,quo minus prior pars pollicis in attrahenda chorda arcus vio-
I fig. 2. letur.Ab hac similitudine dicta est græcè κρικοειδὴς. [k] Tertia,I,ἀρυταινοειδὴς à similitudine oris vrcei;hæc vbi membranis tecta est,simplex apparet,quibus detractis,duplex deprehenditur; ita vt re vera, guttur ex quatuor , non ex tribus cartilaginibus constet:iunguntur enim duæ,
ε fi. 9 & 10. quibus tertia continetur,simul per ligamenta,& succingentem membranam,vna à dextro latere,altera à sinistro sita est:in medio sinus,ε,læuis,& rotundus apparet,vbi secundæ cartilaginis tuberculum recipitur;vtriusque huius tertiæ cartilaginis basis ampla est, & ab anterio-
ζ fig. 9. & 10. ri parte in longum processum definit: ad basim rimam quandam effici;tenuiorq; ac mollior reddita,pinguiorque vrcei l os,ζ,refert,quod clauditur in vomitu,neque finit aliquidin aspe-

[a] Gal. li. 7. de vsu p.c. 5.
[b] Ga. ibid.
[c] Gal. ibid.
[d] Gal. li. 7. de vsu p.c. 16.
[e] Ga. li. de vocal. Inst. sect. c. 4
[f] Gal li. de sect. Instr. vocis c. 6
[g] Gal. ibi. & lib 7. de usu p.c. 5
[h] Gal. li. 7. de vsu p.c. 12.
[i] Gal. li. de sect. Instr. uocis c. 4. & lib. 7. de usu p.c. 11.
[k] Ga. li. de sect. Instr. uoc. c. 4. & li 7. de usu p.c. 11
[l] Gal. li. de sect. Instr. uoc. c. 4. & li. 7. de usu p.c. 11.

ram arteriam delabi;facile autem flectitur,estque veluti γλωττίς, hoc est lingua capitis tibiæ: E nam aspera arteria tibiam, guttur tibiæ caput repręsentat; huic rimæ tertiæ cartilaginis quæ γλωττίς nominatur,superiecta est ἐπιγλωττίς, [a] G,H,quasi super linguam,operculum prohibēs ne cibus, & potus decidat in asperam arteriam.Habet hæc substantiam mollem,similem superiori parti tertiæ cartilaginis;estque pinguis,& ligamenti modo flectitur,& membrana inuoluitur:confert adeps quam habet,ad facilem transitum aeris,& prohibet ne motu exsiccetur.Nascitur,operculum ab anteriori parte primæ cartilaginis,basi,z,deorsum curuata, inde initio tendens triangulum imitatur:cuius vertex,α,ad gulam introrsum porrigitur;quà ad palatum spectat,gibbum est,ac mollius;quà ad guttur,cauum,& multò durius.Deprimitur à cibo,& potu,sed rursus attollitur à musculis,qui à medio osse hyoide ad ipsum feruntur; huiusmodi sunt cartilagines cum operculo,quibus guttur continetur;cius musculi supra quarto [b] libro sunt à nobis expositi,sicuti tertio [c] libro nerui,qui ad ipsum perueniunt maxima ex parte à sexto pari neruorum cerebri;præsertim ab eorum ramis recurrentibus; quamquam & à primo pari neruorum medullæ dorsi;aliqui etiam ad guttur proficiscuntur. Nunc tamen paucis musculorũ munus repetemus. Aperitur guttur magis quam soleat,cum musculi ociosi sunt primo ad maiorem respirationem,deinde etiam ad maiorem vocem; clauditur ad cohibendũ anhelitum,& idcircò etiam vocem;dilatatur,& astringitur ad vocis modulationem. Musculi F alii aliud ex his muneribus præstant; sed qui aperiunt, vbi minus actionem suam perficiunt, dilatant;sicuti qui claudunt, vbi similiter suam actionem minus perficunt, astringunt.Aperiũt autem quatuor illi,qui tertiam,cartilagionem ad secundam adducunt versus partem posteriorem;incipiunt enim à secunda versus gulam,& tendunt ad tertiam. Claudunt duo illi, qui ab interna,ac media parte primæ cartilaginis ad tertiam ascendunt; adeò autem validi sunt in claudendo,vt prohibeant anhelitum,& renitantur [d] omnibus musculis thoracem constringentibus;adducunt autem tertiam cartilaginem ad primam. Claudunt etiam alij duo tertiã cartilaginem quasi marsupium,qui ad basim eius nati,per ipsam feruntur;imitãturque munus eorum musculorum,qui anum,& ceruicem vesicæ claudunt.Dilatant,qui separãt primam cartilaginem à secunda,& sursum attrahunt;dilatatur enim tunc guttur,non secusquam thorax, cum ascendit; Dilatationi ergo præsunt duo illi, qui ab inferiori latere ossis hyoidis descendunt ad cartilaginem scutiformem.Astringunt,qui primam cartilaginem ad secundam adducunt,veluti duo illi,qui ab osse thoracis & duo alij, qui à gula proficiscuntur ad cartilaginem scutiformem;præterea duo illi qui,à prima descendunt ad secundam.

Locum vbi caput asperæ arteriæ,hoc est guttur residet,Græci φάρυγγα,[e] Latini fauces nominarũt;Continet hic & glandulas,& vuam. Glandulæ quæ ibi sunt,mutiplicem vsum præbent, G duæ enim quæ collocatæ sunt ad finem asperæ arteriæ,& radicem gutturis, vtrinque vna ad eum locum madefaciendum [f] pertinent;duæ aliæ supra guttur oblongæ à superiori parte deorsum tendentes,laxiori substantia præditæ,& eodem inuolucro,quo totum os inuolutæ,tenuiori tamen,tam guttur,quam gulam madefaciunt, appellantur græcè ἀντιάδες,& παρίσθμια,[g] quasi iuxta ἰσθμοι.Est enim in [i] faucib. ἰσθμὸς, [h] hoc est angustia loci,vbi extremum gulæ,& asperæ arteriæ situm est,vbi item glandulæ propositæ,in quarum medio conspicitur vua,quam mox subiiciemus. Hæ solæ inter glandulas teguntur membrana neruosa,quæ perforata est manifestis foraminibus,vnde humor ad linguam,& guttur madefaciendum exire facile possit. Aliæ glandulæ caua illa replent,quæ sub auribus sunt uersus fauces;conferunt autem ad vasorum deriuationem,non secusquam illæ,quæ ad inguina sunt,aut ad alas. Vua dicitur à Græcis γαργαρεὼν ἡ κίον, σταφυλή;[k] quãquã postremum vocabulum magis inflãmatã partem,quã partẽ simpliciter significat.Latini [l] siue inflammata sit,siue inflammatione careat,vuam appellant.Conspicitur hæc hiante ore ab extremo palato ad fauces descendens, quasi parua columna, vbi nasi foramina penetrant in os.Numeratur autem inter instrumenta vocis,quod sit [m] quasi plectrũ,& ad magnitudinem,atque elegantiam vocis conducat;sed simul etiam temperat [n] aerem,ne frigidior ad pulmonem penetret;prohibetque ne cum aere puluis in guttur,& asperã H arteriam feratur. Adde,quod materia à capite destillans per vuã percolata descendit ad guttur madefaciendum.Substantia vuæ caro est,eodem inuolucro quo os obducta,ad quam vasa pertinent deriuata ab illis quæ sunt in palato.Figura pyramidem imitatur,cuius basis ad palatum est,pendet enim à carne illa,quæ in extremo palato glandis substantiam repræsentat; tenuior verò pars deorsum spectat.Harum partium sectio in sequentibus exponetur, quà de sectione aliarum quæ in thorace continentur.

a Gal. li. 7. de vsu p. c. 13. & 16.
b Supra li. 4. c. 4
c Supra li. 3. c. 2
d Ga. li. 7. de vsu p. c. 14.
e Hip. & Gal 3. progn. com. 16 & 4 de loci. aff. c. 3
f Gal li. 2. de sem. c. 6
g Gal li. 11 de usu p. c. 5.
h G. 3. aph. com. 26. & li. de musc. sect. c. 15.
i Gale. li. 7. de usu p. c. 5. & lib. 6. cata top. c. 3.
k Hipp. 3. progn. 23.
l Cels. li. 7. c. 12.
m Ga. li. 7 de vsu p. c. 5.
n Ga. li. de caus. morbor. ca. 8. & li. 11. de vsu p. c. 11.

G fi. 1. & 3
H fi. 2.
z fi. 11

NOTA-

TABVLA. LXXII.



 E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LXXII. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXXII.
Pars prior.

FIG. I. II.

Prima & Secunda figura thoracem & eius membranas ostendunt.

A Cutis vna cum musculis inuersa.
B Costæ effractæ, ac in exteriora conuersæ.
C Os pectoris.
D Mucronata cartilago.
E Costarum cartilagines.
F Musculi, qui inter costas siti sunt.
G Vasa, quæ per succingentes membranas diuiduntur.
H Membrana thoracem succingens, & proprie inferius H. sedem notat pericardio propriam.
I Pulmonis fibræ.
L Membrana, quæ thoracem in longitudinem diuidit.
M Cordis inuolucrum.

TABVLA LXXII.
Pars posterior.

FIG. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.

Vndecim hæ figuræ Guttur Epiglottidem, ac fauces demonstrant.

A Prior pars cartilaginis scutiformis.
B In Prima figura ostendit asperam arteriam à priori parte, in Tertia à latere.
C Superiores processus cartilaginis scutiformis, quibus cum humilioribus processibus ossis hyoidis illigatur.
D Humiliores processus ossis hyoidis.
E In Prima figura ostendit os hyoides à priori parte, in Tertia à latere.
F Longiores processus ossis hyoidis præcisi.
G Apex epiglottidis.
H Interna epiglottidis superficies.
I Tertia gutturis cartilago à posteriori parte.
L Posterior pars, secundæ cartilaginis.
M Posterior pars asperæ arteriæ quæ gulam respicit.
N Ostendit primam gutturis cartilaginem à latere. F
O Inferiores processus primæ cartilaginis quibus cum secunda committitur.
* Posterior, ac interna superficies cartilaginis scutiformis.
P Interna superficies secundæ cartilaginis.
Q Anterior pars secundæ cartilaginis quæ tangentibus occurrit.
R Posterior pars eiusdem secundæ cartilaginis.
S Tertia cartilago in duas partita.
T Hoc loco tertia cartilago nihil præter gutturis membranas continet.
V Processus tertiæ cartilaginis vrcei os efformantes. G
X Qua tertia cartilago cum secunda alligatur.
Y Epiglottis.
Z Basis epiglottidis.
α Apex epiglottidis.
β Prior pars secundæ cartilagiais quæ tangentibus occurrit.
γ Linea assurgens in posteriori parte secundæ cartilaginis.
δ Duo tubercula secundæ cartilaginis quæ in sinus primæ inseruntur.
ε Sinus secundæ cartilaginis in quos inferiores processus primæ inseruntur.
ζ Prior pars tertiæ cartilaginis quæ vrcei os imitatur. H

De

De Pulmone. Cap. IIII.

Ta. 73. fi. sex. PVlmo, quem Græci πνεύμονα [a] dicunt, ad respirationem fuit à natura institutus, vt refrigeraret cor, quamquam confert & ad retinendum anhelitum; est enim veluti cisterna aeris, quem [b] temperat, ne frigidior ad cor aspiret. Cum dilatatur pulmo, impletur aere frigidiore, quem cordi impertit; cum contrahitur, expellit calidiorem, & ueluti fuliginem, quam excipit à corde: dilatatur auté, & contrahitur, non per se, [c] sed motu thoracis; cuius musculi, cum dilatant, aut contrahunt thoracem, simul etiam dilatant, vel contrahunt pulmonem. Comprimitur pulmo compresso thorace, dilatatur dilatato thorace; non secusquam fabriorum [d] folles, ne inane spacium ibi sit, impletur aere, ita vt pulmonis motus referri ad thoracem debeat; dilatatur autem, & contrahitur in pulmone potissimû aspera arteria, cuius cartilagines per ligamenta, quibus nectuntur, magis vel minus inter se recedunt; membranæ autem, quæ circulum cartilaginis absoluunt, motum in latitudinem faciût: per hunc motum pulmo efficitur non solum respirationis instrumentum, sed [e] etiam vocis; cuius materiam constat esse [f] aerem, qui ex eo redditur; sed præter munus respirationis, ac vocis, præbet pulmo eum quoque vsum, vt cum cor vehementius palpitat, molliter ipsum excipiat; maximè autem habilis est pulmo, qui proposita munera exequatur, siue materiã spectes, B siue formam. Materia [g] primo est aspera arteria, D, H, deinde arteria B, venalis; hæc ad ipsum D fig. 1 H fi. 2. B fig. 1 C fig. 1 cor, illa ad pulmonem aerem affert: his accedit vena C, arterialis, quæ à corde ad pulmonem alendum sanguinem adducit: hęc grandior est, quod pulmo multum postulet alimentum, ob calorem ac motum, & ob sanguinem tenuem, qui facile absumitur. De aspera arteria primum agamus, tum de vena arteriali, & arteria venali.

Canalem, qui à gutture ad pulmonem fertur, græci τραχεῖαν ἀρτηρίαν, & βρόγχον, [h] quod constet ex bronchijs, hoc est circulis cartilaginum: latini asperam G, O, arteriam vocant. Diceba- G fi. 3. O fi. 4 tur hæc ab antiquis [i] arteria simpliciter, qui alias arterias sub venarum nomine complectebantur; sed deinde additum est vocabulum, aspera, vt distinguatur à venis pulsantibus, quæ dictæ [k] sunt arteriæ à iunioribus. Eius vsus est transitum præbere aeri, quem attrahimus, & expellimus respirantes, quo fit, vt ad vocem quoque pertineat. Fuit autem necessaria, tum vt temperetur aer, qui attrahitur, tum vt effingatur vox; propterea non potuit ori proxima collocari, quamobrem debet aspera arteria inter respirationis, & vocis instrumenta numerari: habuit hæc & materiam, & formam ad vtrumque munus maximè habilem; constat enim [l] ex cartila- Q fi. 3: P fig. 3. gine, Q, & ligamentis membranosis, P, illa ad vocis sonum apposita est, & ne conniueat ob motum pulmonis, sed pateat ad respirationem; hæc ad motum respirationis pertinent; interijciuntur enim partibus cartilaginosis, quæ sunt veluti annuli, ac circuli, non tamen integri, neque O fi. 4. enim, O, a posteriori parte qua gulã attingunt cartilago est, sed mẽbrana, [m] quæ cedat cibo per C gulam transeunti; ab vno quoque igitur circulo quarta pars detracta sit, vnde [m], C, literæ græcæ figuram repræsentant, & σιγμοειδεῖς [n] nominantur. Talis autem manet à gutture ad pulmonem, in quo ramorum asperæ arteriæ cartilago figuram variam habet, vt quadratam, triangulam, rhomboidem, ne comprimatur, & cõniueat, dum mouetur pulmo. Teguntur eiusmodi cartilagines perinde atque ossa membrana, quæ non solum eas inuoluit, sed descendens, etiam confert ad illigandum inferiorem annulum cum superiori; procedens verò in posteriorem partem replet vna cum membrana cui nectitur id totum spacium circuli, quod a cartilagine detractum est; Habet enim aspera arteria duplicem [o] tunicam, vnam quidem ab externa parte, alteram ab interna. Externa membranis cartilagines alligantibus valide innascitur; proficiscitur que à membrana succingente; quæ vt alias partes, ita asperam arteriam inuoluit. Interna tenuis, densa, & moderatè sicca est; tenuis quidem, nam si crassa fuisset, occupasset internû spacium; densa, quia si fuisset rara, non defendisset [p] cartilaginem ab influentibus succis; qui sepenumero acres sunt, & erodunt; sicca, quia si humida fuisset, vocem reddidisset raucam. Ha- D bet interna hæc tunica fibras [q] rectas, per quas aspera arteria breuior fit, & longior; assurgit enim cum deglutimus, vt quæ communis sit etiam gulæ; quamquam ligamenta etiam circulos inter se nectentia conferunt ad motum in longitudinem; nihil autem pertinet ad dilatationẽ, aut contractionem asperæ arteriæ interna tunica; nam perficitur hæc per membranã, quæ cartilaginibus interiecta est; cum pulmo enim dilatatur, & contrahitur, dilatatur [r] etiam, & cõtrahitur aspera arteria; quo spectant vt diximus, ligamenta in orbem cartilaginibus interiecta. De forma scire licet figuram asperæ arteriæ foris teretem [s] esse, a posteriori tamen parte planam, qua cum gula committitur; sed intus cauam, cum canalis sit. Idonea est eiusmodi figura, quæ & magis ab iniurijs defendatur, & magis capax sit; refert tota imaginem trunci, cuius Hfi. 3. 4 quasi radix sit guttur, & quasi rami partes, quæ in pulmonis fibras distribuuntur, H, primò binæ, deinde plures. Superficies autem externa inæqualis est, præsertim à lateribus, & a parte anteriori, nam cum distenditur, membrana magis prominet, quam cartilago; contra cum relaxatur: interior verò superficies, licet inæqualis sit, ob cartilagines excedentes, læuis tamen de prehẽditur, ac veluti pingui humore illita, neque fibris vllis aspera efficitur. Magnitudo perti-

net à

a Arist. lib. de respira. c. 1
b Gal. li. 7. de vsu p c. 8.
c Gal. li 7. de vsu p c. 9. & 5 de locis aff c. 3
d Ga. li. me dicus c. 11
e Ga. lib. 6. de par. usu c. 9
f Gal. li de sect. Instr. voc. c. 3. & li 6. de usu par.
g Ga. lib. 7. de usu p c. 2. & c. 8
h G. li. 7. de vsu p. c. 3.
i Arist. li. 1. de hist. an. c. 12
k G. li. 6. de Placitis c. 9. & 7. de Administr. anat. c. 4
l Ga. li. 7. de usu pa. c. 3. & 4.
m Ga. li 7. de usu p c. 3.
n G. li. 7 de usu p. c. 4
o G. li. 7. de usu p. c. 7
p Gal. 7. de vsu p. c. 4. & 7.
q Gal. ibid. c. 3
r G. li. 7. de vsu p. c. 4
s G. li. 7. de vsu p. c. 3. & c. 7.

net à gutture, vſq; ad quartam vertebram thoracis; vbi bipartita tendit ad pulmonem, in quem totum diuiditur. Huius ſitus etiã colligitur. ab anteriori enim parte eſt collocata, ſubiecta muſculis, qui ab oſſe pectoris tendunt ad os hyoides, & cartilaginem ſcutiformem; & tecta membrana carnoſa, ac cute; à gutture verò ad pulmonem fertur: à poſteriori parte [a] ſuperijcitur gulæ à lateribus adiunctos habet neruos recurrentes. Sed ſatis de natura aſperæ arteriæ, E

a Gal. li. 7. de vſu par. c. 7.

Oritur vena, C, arterialis à ſublimiori parte dextri ventriculi cordis; aſcenditque per dextrum latus aſperę arteriæ; ſtatimque in duos ramos diducitur, qui ad pulmones feruntur, vnus à dextra parte, alter à ſiniſtra; vterque autem eodem modo in duos ramos partitur, F; & hi rurſus in quatuor; ſicque deinceps maiores in minores; donec vterque ramus diuidatur à ſuo latere in totam pulmonis ſubſtantiam; habet vena hæc duplicem b tunicam, non ſecuſquam arteriæ, & eiuſdem craſſitudinis, atque idcircò dicta eſt arterialis: eſt enim vena, quatenus venarum more ſanguinem diſtribuit ad alendum pulmonem: ſed quod c ad tunicam ſpectat, naturam retinet arteriarum: duplex autem, & craſſior facta fuit eius tunica, partim vt contineat tenuiorem ſanguinem, quo alitur pulmo; partim vt reſiſtat, neq; comprimatur motu thoracis, & pulmonis, aut abrumpatur impetu ſanguinis, qui cum reuertitur ad cor, nõ poteſt admitti ob oſtium exquiſitè clauſum Habet d vena arterialis canalem, per quem ad baſim cordis coniungitur cum arteria magna: pulmo enim in ijs qui in vtero geruntur, perſpiratum obtinet à corde, & propriè e ab arteria magna, quæ per canalem dictum venæ arteriali, & per hanc pulmoni ſpiritum impertit: habet hic canalis naturam arteriæ, & euidenter conſpicitur; ſed deinde in lucem editis exiccatur, ita vt funiculum referat. C fig. 1 F fig. 1 F

b Gal. lib. 6 de vſu par. c. 10.
c Gal ibid.
d Gal. 6. de vſu par. c. 21.
e Gal. ibid. & lib. 15. de vſu par. c. 6

Arteria venalis initium, B, ſumit à ſublimiori parte ſiniſtri ventriculi cordis, & in pulmones diſtribuitur, in duos ramos diuiſa; ac deinde in plures, non ſecuſquam vena arterialis; ſed tunicam f habet ſimplicem venarum modo, atque idcircò appellata eſt venalis, cum alioquin ſit materia continens ſpiritum, ſeu aerem, qui à pulmonibus fertur ad ſiniſtrum ventriculum cordis; ſed vtrum cum aere ſanguis per hanc arteriam feratur, dubium eſt. Veteres g ſolum aerem per ipſam ferri dixerunt; aſſerentes, ſi in ea reperiatur aliquid ſanguinis, in cadauerum ſectionem; id non contineri ibi ſecundum naturam, ſed ui quadam in illam exprimi, dum belluæ interimuntur. Recentiores h aſſerunt ſanguinẽ in ea ſecundum naturam contineri, quod oculis ſe deprehendiſſe aiunt, cum aperto thorace viuentis belluæ, & educto ſanguine ex corde ſecto ipſam deinde arteriam venalem diuiſerunt; inueniſſe enim in ea ſe ſanguinem affirmãt, quem cenſent non potuiſſe à corde in ipſam exprimi. Addunt, ſi cor exprimere ſanguinem cogeretur, faciliorem vim habiturum per magnam arteriam; exiſtimãtque in pulmone arteriam hanc haurire ſanguinem à vena arteriali; atque ipſum ferre ad ſiniſtrum ventriculum cordis; qui alioquin nihil videtur à dextro ſanguinis accipere poſſe. Sed vtcumque res ſe habeat, conſtat arteriam hanc venalem ſimplicem, ac tenuem tunicam i habere venarũ modo, id quod natura molita eſt, vt promptè, ac facile in pulmone aerem, qui per aſperam arteriam fertur ex hauriret, atque ad cor deferret. Coniungitur autem ad baſim cordis arteria venalis cum vena caua, ita vt veluti per commune oſtium ſanguis ab hac ad illam feratur: oſtium hoc operculum k habet ita collocatum, vt permittat ex vena caua ad venalem arteriam ſanguinem ferri: ſed ab hac prohibeatur reuerti ad illam: apparet oſtium manifeſtè cum ſecatur abortus, ſed poſtea in lucem editis, paulatim ex toto clauditur: nam ante neceſſarium erat vt pulmo per arteriam venalem ſanguinem acciperet à vena caua, quo aleretur, & creſceret; ſed deinde in lucem editis, alitur ex ſanguine, quem à dextro l ventriculo cordis ad ipſum affert vena arterialis. Horum trium vaſorum interualla referta ſunt molli ſubſtantia, fungi modo laxa, a qua & vaſa defenduntur, & externus aer concoquitur, priuſquam ad cor penetret, non ſecuſquam cibus a ventriculo, priuſquam feratur ad iecur, ad quem vſum propoſita pulmonis caro maximè idonea eſt, laxa, leuis, ac ferè alba, quaſi ex ſpuma concreta; nutritur m enim ex ſanguine puriſſimo, flauo, tenui, ſpumante, qualem a corde accipit, cui mutuam n gratiam refert, aerem impertiens. Differt ſanguis pulmonem nutriens ab eo, qui iecur, quod longè tenuior ſit, ab eo, qui lienem, quod cum tenuitate flauum colorem habeat. Inuoluitur autem pulmo velamento o quodam tenui, quod a membrana ſuccingente uaſa inuoluente, & ſeptum in longitudinem thoracis efficiente proficiſcitur: accipit hæc ramulos a neruis p ſexti paris, qui ad ventriculum feruntur. Sequitur forma, quam pulmo nullam propriam habet, ſicuti nec iecur, ſed talem accipit, qualem permittunt corpora, cum quibus iungitur; cauus, †, enim eſt, qua cum gibbis partibus committitur, vt retro, & a lateribus, ita vt priorem vnguis partem repræſentet; ſed anteriori parte gibbus, †, eſt, poſteriorem vnguis partem referens. Superficies eius externa læuis eſt, & quaſi glutinoſo humore illita; quibus verò partibus ad latera alligatur, propter fibras aſperitatem præfefert. Caua, quæ ad pulmonem attinent, rami ſunt trium propoſitorum vaſorum. Magnitudo q tanta eſt, quanta duos ſinus thoracis, dextrũ, & ſiniſtrũ impleat; licet autem pulmo unus ſit, poteſt vt duplex r numerari, cum in dextro ſinu thoracis ſit, & in ſiniſtro, quæ duæ partes dirimuntur ſepto medio in longitudinem: iunguntur tamen per aſperam arteriam per venam arterialem, per arteriam venalem, quæ tamquam trunci bipartitæ ſunt in dextram, & ſiniſtram partem. B fig. 1 G H † fig. 1. † fig. 2.

f Gal. lib. 6. de vſu par. c. 10.
g Gal. li. 6. de vſu par. c. 17.
h Valuerd. lib. 6. c. 14.
i Gal. lib. 7. de anato. aggr. ca. 4. & 6. de vſu par. c. 10.
K Gal. 6. li. de vſu par. c. 21 & lib. 7. de vſu p. c. 6.
l Gal. lib. 6 de vſu par. c. 10. & 11.
m Gal. li. 6 de vſu p. c. 10.
n Ga. ibid.
o Gal. li. 7. de Plac. c. 4.
p Gal. 4. li. de loc. affe. c. 5. & lib. de neruor. ſect. c. 10.
q Gal. li. 7. de vſu p. c. 9.
r Ariſt. lib. 1. de hiſto. ani. c. 16

Vtra-

TABVLA. LXXIII.

Vtraque vero duas habet fibras, A, G, (græci λοβοὺς appellant) vnam superiorem, quæ breuior est, alteram inferiorem, ad costas spurias, quæ longior, nec reperitur quinta [a] à veteribus cōscripta in homine, vt in simijs, & canibus, in quibus ea substernitur venæ cauæ, cum ex septo transuerso excedit, priusquam penetret ad inuolucrum cordis. In hoc autem vena caua statim cum excedit ex septo, in cordis inuolucrum penetrat, neque eget fibra à parte dextra, cui inhæreat. Amplectitur pulmo per has fibras cor, [b] quasi per digitos. Colligitur situs ex magnitudine iam dicta: nam cum impleat sinus thoracis, constat in illis contineri vbi dorso alligatur per asperam arteriam, cordi per arteriam venalem, & venam arterialem; ossi thoracis per septum; prope dorsum, per membranam succingentem. Hactenus de pulmone, cuius sectionem, vna cum sectione cordis trademus.

a G. l. 6. de vsu p. c. 4.

b G. l. 6. de vsu pa. c. 2. & 4.

E
A fi. 1.
G fi. 2.

F

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXXIII. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXXIII. FIG. I. II.

Prima & Secunda figura Pulmonem ostendunt.

A Pulmo, ab eius sima parte.
B Arteria venalis.
C Vena arterialis.
D Aspera arteria a priori parte.
E Diuisio arteriæ venalis in pulmones.
F Diuisio venæ arterialis.
G Pulmonis fibræ ab eius gibba parte.
H Aspera arteria a posteriori parte.
H Diuisio asperæ arteriæ in pulmones.
I Musculi, qui a posteriori parte secundæ cartilaginis ad tertiam ascendunt.
L Epiglottis.
M Tertia gutturis cartilago,
N Musculi qui in basi tertiæ cartilaginis collocantur.
O Posterior pars asperæ arteriæ qua gulæ insidet.
P Membranæ, quæ inter cartilagines asperæ arteriæ collocantur.
Q Cartilagines asperę arteriæ.

G

FIG. III. IV.

A Prior pars cartilaginis scutiformis.
B Superiores processus primæ cartilaginis.
C Inferiores.
D Epiglottis.
E Primum par ex propriis gutturis musculis.
F Glandulæ, quæ ad radicem asperæ arteriæ collocantur.
G Prior pars asperæ art.

FIG. V. VI.

A Ostium venæ arterialis.
B Tres membranæ ad ostium venæ arterialis collocatę, quæ sanguinem in dextrum cordis ventriculum regurgitare prohibent.
* Interior tunica uenæ arterialis.
C Diuisio uenæ arterialis in pulmones.
⊖ Exterior tunica venæ arterialis.
D Ostium arteriæ uenalis.
E Diuisio arteriæ venalis in pulmones.

H

De

De corde, & pericardio. Cap. V.

Ta. 74. 75. fig. duodecim. A B fi. 1. F fig. 1 C fig. 1 — INter cor, A,B,& pulmonis fibras, F,quas veluti digitos complecti ipſum diximus, [a] collocatum eſt cordis inuolucrum,C,ac veluti arcula, quæ περικάρδιος [b] græcè nominatur. Cõtinet hæc cor, vna cum ſuis auriculis,ac vaſorum initijs inſtar peræ;ipſumque defendit ab externis iniurijs,ita vt liberè in ea dilatari poſſit:habet autem ſubſtantiam ſimplicem,membranã ſine fibris craſſiorẽ, [c] & duriorem,ſine adipe,ſiue externam, ſiue internam ſuperficiem ſpectes:adeps.n.ad membranas pertinet,quæ thoracem in longitudinem diuidunt.Figura huius inuolucri reſpondet [d] figuræ cordis, eſt enim veluti nux pinea, & conus à latiore baſi incipiens,& in mucronem obtuſiorem definens. Superficies interna læuis eſt,& tenui humore illita;externa ſimiliter læuis,præterquam vbi per fibras priori, & poſteriori parte,atque à lateribus nectitur cum membrana ſuccingente,& cum ſepto,quod thoracem diuidit in longitudinem.Foramina quinque in ea deprehenduntur;vnum,per quod ingreditur vena caua,alterum,per quod exit;tertium, per quod tranſit vena arterialis ; quartum,per quod arteria magna,quintum,per quod arteria venalis,atque hoc duplex eſt, ſiquidem vena hæc priuſquam ex pericardio egrediatur;bipartita deprehenditur. Magnitudo re-
B ſpondet magnitudini cordis,tanta enim eſt, quanta complecti ipſum [e] poſſit, ita vt ſine vllo impedimento in ea moueatur. Quod ad numerum attinet, tota vna, & eadem eſt;Reſtat ſitus;hic idem eſt,qui cordis,quod in ipſa reſidet,ita tamen vt nullibi cum ea alligetur,ſed vndique ab ipſa [f] pariter diſtet,nam & humor veluti ſerum quoddam in ipſa deprehenditur, præſertim in pueris,ac mulieribus,quod calorem cordis temperat; & prohibet, ne perpetuo motu exſiccetur.Oritur membrana hæc à membrana inuoluente venas, & arterias, quas per eam tranſire diximus.Baſis paulò ſublimior eſt,quam quinta vertebra thoracis,diſtatq; æqualiter ab oſſe pectoris,& à vertebris,à dextris,& ſiniſtris coſtis;at mucro innaſcitur ſepto trãſuerſo, magisque ad ſiniſtrum latus, quam ad dextrum ſpectat, & ad anteriorem partem, quam ad poſteriorem;id quod facit etiam mucro cordis,ad quod iam pergimus.

Ad cor pertinet ſola facultas vitalis:conſiſtit hæc in conſeruanda vita,quæ calore continetur,cuius [g] fons in corde eſt,à quo calor in vniuerſum corpus diffunditur.Conſeruatur calor, & cum ipſo vita,attractione aeris frigidioris,& expulſione fuliginis: attrahitur aer ex [h] pulmone,cum cor dilatatur;expellitur fuligo,cum contrahitur.At cum dilatatur, & contrahitur cor, [i] dilatantur ſimul,& contrahuntur arteriæ in vniuerſum corpus diſtributæ,quo fit,vt cu-
C iuſque partis calor conſeruetur.Refertur igitur vitalis facultas ad cor,ad hanc refertur & ira, & honoris cupiditas.His ita conſtitutis,veniendum eſt ad materiam,& formam cordis ad eiuſmodi facultatem maximè appoſitam.

Materia cordis ſubſtantia eſt durior,[k] & non minus rubra,quam caro muſculorũ,cui facul-
G fig. 8 tas ipſa vitalis,motus cordis,ac arteriarũ tribuitur:cõtinetur hæc [l] triplici genere fibrarũ, G, nam per rectas attrahit,per tranſuerſas,expellit,per obliquas retinet: maximè autem inter ſe compactæ ſunt ad mucronem,vbi ſubſtantiam efficiunt denſiorem,quã ad baſim.Tegitur ſubſtantia cordis tenui membrana valde inhærente,qualis ea eſt,qua muſculi inuoluuntur. Diſtribuitur per cordis ſubſtantiam non vnus dũtaxat neruulus ex ſexto pari neruorũ cerebri, ſed
R fi. 12 plexus,R,ad baſim eius nectitur ex complurib.neruis,qua vena arterialis incipit ad ſiniſtrum latus declinare iuxta canalem illum,qui ab arteria magna pertinet ad arteriam venalem: ab
α fi. 12. hoc ergo plexu neruoſa ſubſtantia oritur quæ baſim cordis complectitur,& plures ramulos,α, licet obſcuros transfert per cordis ſubſtantiam.Cæterum nerui ex quibus hi plexus componũ-
N fi. 12 tur,quinque ſunt,ſed aliquando quatuor.Primus,N,incipit à magno ramo ſiniſtri nerui ſexti paris,paulo infra initium recurrentis,vnde reflectitur ad venam arterialem ſiniſtrã, & ad propoſitum plexum aſcendit.Secundus,L,& tertius,I,à ſiniſtro latere oritur illius plexus,D,quẽ in ceruice efficit ſextum par neruorum cerebri,& inde ad cordis baſim,& proprie ad plexum deſcendit,interdum tamen non duplex eſt,ſed ſimplex. Quartus,Q,incipit à recurrente ner-
D uo ſiniſtri lateris & ſimul cum ſecundo,ac tertio deſcendit ad plexum. Quintus, T, & vltimus per dextrum latus fertur,ſumit autem duplex initium,vnum tenuius ab externa parte illius plexus,qui ex ſexto neruorũ pari in ceruice reſidet;alterum,M,craſſius à neruo eiuſdẽ ſexti paris,qui dextrum recurrentem profert; nam cum in cauũ thoracis deſcendit,auctũ priori
E fig. 3 initio fertur,ad plexum cordis latens ſub arteria ad ſiniſtrũ iugulum tendente.Vena, E,etiam caua priuſquam cor ſubeat,diducitur,[m] quæ cordis baſim coronæ modo circumdat, id quod
E fig. 3 facit etiam arteria,[n] E,quæ à magna arteria deriuatur.& ſimiliter baſim cordis coronat. In-
Q fi. 3. naſcitur membranæ quæ cordi inhæret adeps,Q,iuxta baſim,quæ proceſſus quoſdam exigit, radiorum modo verſus mucronem deſcendentes.Ad ſummam baſim ſubſtantia quędam [o] cartilaginoſa deprehenditur;in maioribus verò animalibus os [p] vbi firmiter illigantur vaſa, quæ aut in cor penetrant,aut ex eodem egrediuntur;forma nunc ſequitur, ad quam referuntur figura,ſuperficies,caua,magnitudo,numerus, ſitus. Figura cordis eadem eſt,quæ coni; [q] a baſi
A fig. 3 ,A,enim latiori incipiens,ad mucronem,D,acutum definit, non ſecus quàm nux pinea.

[a] Supra in cap. antecedenti.
[b] Gal. li. 7. de anato. aggr. c. 3.
[c] G li. 6. de vſu p. c. 16.
[d] Gal. li. 6. de uſu p. c. 16.
[e] G li. 6. de uſu p. c. 16
[f] Gal. ibid.
[g] G. li. 6. de uſu p. c. 7.
[h] Gal. li. 2. de præſag. expul. cap. 7.
[i] Gal. li. de Pulſib. ad Tyron. c. 5.
[k] Gal. li. 7. de anato. admi. c. 8.
[l] Gal. lib. 6 de vſu pa. c. 8
[m] Gal. li. 6. de vſu pa. c. 17.
[n] Ga. ibid.
[o] G li. 6. de vſu p. c. 19.
[p] Ga. ibid. & Ari. li. 3. de par. an. c. 4
[q] Gal. li. 6. de vſu par. c 7

Superficies externa læuis eſt, præterquam vbi adnata eſt adeps, aut ad baſim, propter va- E
ſa, quæ ad cordis ventriculos pertinent; inæqualis etiam eſt propter auriculas adiunctas, de
quibus paulò poſt agemus. Interna autem ſuperficies ad caua, ſeu ventriculos cordis ſpectat,
a Ga. lib 6 de vſu pa. c.9 ad quos iam aggredimur. Diſtinguitur cor a duobus ventriculis, quorum vnus à dextra par-
te, alter à ſiniſtra collocatur. Inter hos ſeptum b mediū interiectū eſt, ex ſubſtantia cordis; dif
ferunt autem inter ſe ſitu, magnitudine, figura, & ſubſtantia. Siniſter, X, I, precipuus eſt, ferè in X.I.fi.7
b Gal. li.6. de vſu par. c.17. medio collocatus, ſi cordis craſſitudinem ſpectes, ita vt cor ipſius cauſa factum eſſe videatur; C fig.7
nam dexter, C, ſiniſtro adnexus videtur, quamuis grandior c ſit, cum à baſi magis verſus mu-
c Ga.lib.6. de vſu par. c.16. cronem deſcendat ad lunatam figuram; ſiquidem à dextro latere cauus eſt, gibbo externo re
ſpondens, à ſiniſtro curuus propter ſeptum medium, quod ea parte aſſurgit. At ſiniſtri ventri
culi figura non ſimiliter lunata eſt, ſed pyramidis modo ſupernè latior, infernè acuta; nam ſu-
perficies medij ſepti quæ reſpondet ſiniſtro ventriculo caua eſt, & non gibba, vt quæ dextro.
d Gal. li 6. de vſu par. c. 16. Subſtantia ſiniſtri d ventriculi durior, & craſſior eſt, ac ſolidior, dextri vero tenuior, & mol-
lior, ac minus ſolida: pondus tamen dextri ventriculi, & ſiniſtri æquale eſt, nam quanto læuior
eſt e ſubſtantia dextri, quam ſiniſtri, tanto grauior eſt ſanguis, qui in dextro continetur, quam
e Gal. ibid. qui in ſiniſtro.

Septi vero quod medium eſſe diximus inter vtrumque ventriculum, ſuperficies inæqualis F
eſt, propter riuulos, aut ſulcos, qui longè euidentiores ſunt in ſiniſtro ventriculo, q̃ in dextro;
f Gal. li. 2. de nat. fac. c.15. & Ga. li 6. de vſu par. c.17. quorum tñ nullus ab vno ad alterū penetrat, vt nõnulli f voluiſſe videntur. Sed vt ſupra g oſtẽ
dimus, cum de arteria venali ageremus, qua de pulmone, ſanguis ex dextro ventriculo cordis
penetrat in ſiniſtrum, non proxime ſed per arteriam venalem, A, V, quæ cũ aere affert aliquid A V fi. 3.
ſanguinis ad ſiniſtrum ventriculum cordis, quem ſanguinem arteria venalis in pulmone acci-
pit à vena arteriali: Nullum foramen conſpicitur in ſepto medio inter dextrum, & ſiniſtrum
g Sup. cap. 4. ventriculum; quãquam dicere poteris, portionẽ aliquam ſanguinis in dextro extenuatam tran
ſire ad ſiniſtrum per foramina obſcura. Fibræ h aũt neruoſæ, rotundæ, tenues, quæ in vẽtriculis
h Ga. lib.6. de uſu p.c. 8. deprehenduntur, membranas alligant ad vaſorũ ora collocatas; de quibus tunc agemus, cum
quatuor vaſa, duo ad dextrum, duo ad ſiniſtrum ventriculum attinentia expoſuerimus. Ergo
ad dextrum ventriculum duæ i venæ pertinẽt, ad ſiniſtrum totidem arteriæ. Siniſter, quẽ præ
i Gal. li 6. de vſu p.c. 11. & 14. cipuum eſſe diximus, vitalem ſpiritum k continet, vniuerſo corpori diſtribuendum per ma-
gnam arteriã, A, M, quã profert in ſingulas corporis partes diuiſam. Idẽ accipit arteriã, A, V, A M fi. 3.
k Gal. li 6. de vſu p.c. 7. quæ quod ſimplicem tunicam habeat venarũ modo, venalis l dicta eſt, per quam aer a pulmo A V fi. 3.
ne ad ipſum fertur: refrigeratur autem calor, qui in corde reſidet, tamquam in fonte, per ae-
l Gal. li 6. de vſu p.c. 10. rem frigidiorem, quem cum m dilatatur, attrahit à pulmone, & per fuliginem, quam ad eun-
dem detrudit, cum contrahitur, tranſit aer frigidus a pulmone ad cor, & calidus, ſeu fuligo n à
corde ad pulmonem per venalem arteriam, quaſi per canalem. Ex ijs, quæ dicta ſunt, tam de G
m Gal. li.6. de uſu p.c. 2. magna, quam de venali arteria, colligitur munus ſiniſtri ventriculi, in quo non tãtum ſpiritus,
atq; aer continetur, ſed aliquid ẽt ſanguinis tenuioris, ac iam perfecti. Dexter o uentriculus
n Gal. ibid. & lib.8. de vſu par. c. 2 ſanguinem partim præparat ſiniſtro, partim diſtribuit p pulmoni; quamobrem & uenam ca-
uam, V, C, accipit, à qua ſanguinem hauriat, & arterialẽ, V, A, uenam profert, per quam imper- V C fi. 3.
tiat pulmoni materiam alimenti, ali enim pulmonem diximus q ſanguine prius à corde ex-
tenuato. Ex his duabus venis ad dextrum cordis ventriculum attinentibus, ſatis apparet, qua V A fi. 3.
o Gal.3. de nat. fac c. 15. & 6. de vſu p.c.17. le ſit dextri uentriculi munus. Sed qua parte ſita ſint quatuor prædictorum vaſorum ora, &
quo pacto claudantur, nunc dicendum ſupereſt. Primum os, ſeu foramen, A, illud ponemus, A fig. 7 8.
quod ad venam cauam attinet, quæ cum dextro ventriculo cordis coniungitur ad ſuperio-
p Gal. li 6. de uſu p.c. 10. & 11. rem partem dextri lateris; non tamen in ſummo eiuſdem ſuperioris partis, ſed r iuxta auri-
culam, D, quam mox ſubiiciemus; inhæret vena hæc partim ſubſtantiæ cordis, in quam peruia D fig.6
q Supra in Cap. antecedenti. eſt, partim dextræ auriculæ. Secundum foramen, L, primo longè anguſtius, à ſuperiori, ac latio L fig. 9
ri parte dextri ventriculi iuxta dextrum latus medij ſepti propè magnam arteriam ſitum eſt. H
Tertium foramen, F, rotundum, & amplum ad ſiniſtrum cordis ventriculum attinet. Situm F fig.11
r G li.6. de vſu p.c.15. autem eſt à latere ſiniſtro, ad finem baſis propè s ſiniſtram auriculam cordis. In hoc definit
s Gal. ibid. arteria venalis, quæ à pulmone ad cor aerem affert. Quartum, A, quod longè maius eſt, tertio, A fi.10
t G.li.6. de uſu p.c 11. & G.l.6. de uſu p.c.14. & lib.7. de vſu pa.c.9. in medio ſublimioris partis cordis iuxta foramen venæ arterialis ſitum eſt. Exit per quartum
truncus magnæ arteriẹ, quæ in omnes partes corporis diuiditur. Huiuſmodi ſunt ora quatuor
vaſorum ad cor attinentium; ſingula autem t membranis quibuſdam clauduntur, quæ non
ſinunt aut materiam, quam cor attrahit, cum dilatatur, extra ferri, vbi contrahitur; aut illam,
quam expellit, cum contrahitur, in ipſum reuerti, vbi dilatatur. Ita autem figuratæ, & colloca
tæ ſunt membranæ illæ, vt ad ora vaſorum materiam ad cor adducentium, nimirum venæ ca-
u Gal. ibid. uæ, & arteriæ venalis, ab externa u parte incipientes, intus ſpectent in ventriculos cordis; ſic
aptatæ, vt non ſinant, quod dilatato corde attractum eſt, retrocedere, cum contrahitur. Alia
verò quæ ad ora vaſorum materiam ex corde educentium pertinent, ad magnam ſcilicet ar-
teriam, & venam arterialem, ab interna parte cordis incipientes, x extra feruntur, & cum
x Gal. ibid. cor dilatatur, ita aſtringuntur, ut non permittant ad ipſum reuerti, quod contracto iam ex-
pulſum eſt.

Habet

A Habet unumquodque ex prædictis foraminibus tres membranas, [a] excepto eo, quod ad arteriam venalem attinet, in quo duæ tantum reperiuntur; neque enim debuit ad unguem claudi, cum contrahitur cor; sed necesse fuit rimam aliquam relinqui, per quam [b] fuligo ad pulmonem expelleretur: sed vena caua, uena arterialis, arteria magna foramina habent, [c] singula tribus membranis contenta, a quibus penitus clauduntur; proprie autem os venæ cauæ ambit tenuis membrana, quæ ipsum totum amplectitur, procedensque aliquātisper versus finum (B fi. 7. 8) dextri uentriculi in tres, B, diuiditur, quarū quælibet trianguli modo acuta finitur paulo supra (G fi. 7. 8) dimidium longitudinis ventriculi; ad finem autem uniuscuiusque nectuntur fibræ, G, aliquæ neruosæ, quæ in uentriculi latera uersus finem inferuntur, neque ullibi aut membranæ, aut fibræ cordi illigantur, præterquam ad initium, & finem. Prohibent hæ, [d] quominus sanguis, qui, cum cor dilatatur, ex uena caua in dextrum uentriculum ingreditur, in eandem reuertatur, cum contrahitur, tunc enim clauduntur, nam cum dilatatur, cedunt, & sanguinem permittunt in dextrum uentriculum penetrare. Secundum foramen, cui in dextro uentriculo uena (O fi. 9) arterialis respondet, tres [e] similiter membranas, O, habet, ortas a membrana ipsum circundante, & versus ipsam uenam arterialem procedentes, quarum quælibet in figuram semicirculi incipit a trunco uenæ arterialis, ubi aliquantulum assurgit; dein crassior reddita, dilatatur extra cor, & aliquot tubercula exigit, in sublimiori parte cordis impressa: ab his tuberculis tres membranæ oriuntur ad lunatam figuram, quæ nullibi inhærent uasi, præterquam ad tubercula; à figura autem græcæ litteræ. C, σιγμοειδεῖς [f] nominantur. Hæ membranæ cum aperiuntur, permittunt, vt contracto corde exeat sanguis, ad pulmonem alendum; sed cum clauduntur, prohibent, ne idem dilatato corde retrocedat. Foramen uero per quod arteria uenalis in sinistrum cordis uentriculum penetrat, circumdatur à membrana, quę non [g] in tres, sed in (H fi. 11.) duas, H, tantū diuiditur grandiores, intro ad ventriculum spectantes: finiuntur hæ in mucronem validiorem; occupat vna sinistrum latus, altera dextrum huius ventriculi: habet vterque (N fi. 11.) mucro processus, seu fibras, N, quasdam neruosas, quæ ab ipso incipientes inferuntur ad finem ventriculi in substantiam cordis. Aperiuntur [h] hæ membranæ, cum dilatatur cor, à quo permittunt attrahi aerem ex pulmone; sed cum cōtrahitur, clauduntur, ac retrocedere ipsum prohibent, ita tamen, vt [i] aliquid fuliginis expelli sinant. Supereſt os magnæ arterię per quod à sinistro ventriculo cordis distribuitur spiritus uitalis in totum corpus. Habet autem tres mē- (D fi 10.) branas, D, & grandiores, & validiores; incipiunt hę ab ore, & ad vasis cauum spectant ad figuram spiculorum; quamobrem τριγλώχινας, [k] quasi trisulcas græci appellant: habent singulæ se- (O fi. 10) micirculi speciem, in cuius medio est mucro, O, cartilaginosus deorsum spectans in ventriculum cordis sinistrum, in quem similiter spectant latera semicirculi mucronata: clauduntur hæ dilatato corde, nequæ spiritum retrocedere sinunt, quē apertæ admiserūt eodē cōtracto. Hæc (B. C. fi. 3.) de vasis, foraminib. & mēbranis: ꝓximū nūc est, vt cordis auriculas, B, C, persequamur. Imitantur hæ eas, quæ vtrinq; capiti adnexę sūt, nō quidē vsu, sed situ; [l] sūt. n. appēdices vtrinq; summo cordi adnexę, quasi auriculę capiti, ad eū usū à natura cōstitutę, vt prohibeāt ne vena caua, aut arteria venalis, iuxta quas collocatæ sunt, abrumpantur, [m] cum cor magna ui, spiritū, (D fi. 2.) & sanguinē ab illis attrahit: remittitur eiusmodi uis, quod sanguis in dextra auricula, D, con- (G fi. 2.) tentus, à dextro ventriculo, & spiritus in sinistra, G, à sinistro alliciatur; quo fit, vt cor nō adeò vehementer sanguinē attrahat ex vena caua, & spiritum ex arteria venali; sunt. n. auriculæ ꝓpositæ gibbæ à parte externa; ab interna uerò quę uentriculo cordis respondet, cauę; impletur cauū [n] dextræ auriculæ sāguine; sinistræ spū, cū cor cōtrahitur; cōtra exhauritur utrūq; cū cor dilatat: qua de re factæ fuerunt à natura ex substātia tenuiori, [o] laxiori, & neruosa magis, q̃ sit substātia cordis, & triplici fibrarum genere similiter contenta, quas tenuis, ac neruosa caro uel uti cutis amplectitur, quæ facile poteſt relaxari & impleri, cum cor contrahitur, & facile rursus distendi, & exhauriri, cum dilatatur; sed quoniam sanguis difficilius sequitur attractus, uel (D) expulsus quam spiritus; idcircò dextra auricula laxiorem habet substātiam, quā sinistra, quæ spiritui inseruit. Figura vtriusque auris ab ampliori basi in mucronem desinit, foris gibba, intus caua. externa utriusque superficies æqualis est, nisi sicubi ob adipem assurgit; interna inæqualis, & aspera, finibus quibusdam ac fibris distincta: superat dextra magnitudine sinistrā. Numerus iā manifestus est, cū vtrinque [p] unā posuerimus: manifestus est & situs, cū vna à dextro latere, altera à sinistro superioris partis cordis collocetur, ac dextra quidē ab (A fi. 2.) anteriori parte venę cauę in lōgitudinē procedit, superiori parte basim, A, cordis excedēs, sinistra ab anteriori sede uenalis arterię collocata minus assurgit. Referūtur tā aures, quā vasa, & eorū ora ad uētriculos, quos ad caua ptinere cōstat, & idcirco ad cōformationē cordis, cuius magnitudo, numerus, situs, nunc paucis absoluet. Scire igitur licet, cor nō secus q̃ cerebrū hoī maius esse, q̃ cęteris animalib. ꝓportione sui corporis; quātū ēt sit demōstrat inuolucrū pericardiū ī quo cōtinetur: numero vnū [q] dūtaxat effinctū fuit, ꝙ pręstet, vt vnū principē ī ciuitate, ita ī corpore animalis vnā esse partē pręstātissimā. Residet tādē cor ī [r] pericardio; ꝓprie āt (A fi. 1.) eius basis, A, ī medio [s] thoracis sita est, si lōgitudinē anteriorē spectes, à iugulo ad septū tran- (B fi. 1.) suersū; basis magis à iugulo distat, q̃ mucro, B, à septo; si posteriorē, basis vicinior est primę vertebrę thoracis, q̃ mucro duodecimę, ita vt ꝙ ad lōgitudinem attinet, basis in medio exquisite

[a] G. loco citato & capite 15. eius dem libri.
[b] G. l. 6. de vsu p. c. 15.
[c] G. locis citatis.
[d] G. l. 6. de vsu p. c. 11.
[e] G. li. 6. de vsu p. c. 11. & 14.
[f] G. l. 6. de vsu p. c. 14.
[g] G. l. 6. de vsu p. c. 11. 14. & 15.
[h] G. l. 6. de vsu p. c. 11. & 14.
[i] G. l. 6 de vsu p. c. 15.
[k] G. l. 6. de vsu p. c. 14.
[l] G. l. 6. de vsu p. c. 15.
[m] G. ibid.
[n] G. ibid.
[o] G. ibid.
[p] G. l. 6. de usu p. c. 15.
[q] Arist. lib. 3. de partibus ani c. 4
[r] G. li. 6. de vsu p. c. 16.
[s] G. li. 6. de vsu p. c. 2.

a G. l.6.de usu p. c. 2. & Arist.l.1 de hist ani. c. 17.
b G.li.6.de vsu pa.c.2. & Arist. li. 1.de hist.an. c. 17.
c Ga.lib.6. de usu p.c. 4.

sita sit superioris,& inferioris partis,est etiam sita in [a] medio dextrę, & sinistrę prioris,& po- E
sterioris,sed à basi reliquū cordis corpus sensim fert in sinistrā,& priorē partē,ita vt mucronis
pars posterior in anteriora conuertatur, & dextra excedat medium os pectoris versus sini-
stram;id quod proficiscitur à vena caua,quæ supernè cordi affixa,ad dextram, & posteriorē
partem ipsum trahit,quo fit,vt mucro in contrarias vergat; in [b] anteriorem scilicet, & sini-
stram.Hactenus de corde,& partibus ad thoracem pertinentibus.Quod attinet ad sectionem
eorum,quæ thorace includuntur;postquam apertus ipse fuerit, vt ante ostensum fuit, facile
erit cor vna cum pericardio manibus prehendere, atque in hanc, & in illam partem dimoue-
re,& ita pericardij situm,ac formam spectare;licebit quoque & pulmonis fibras numerare,vi
dereque quatuor eas esse,neq; enim adest quinta,quam à canibus,& simijs ad homines tran-
stulisse Galenus [c] videtur.Vbi hæc diligenter inspexeris,inuolucrum cordis pericardium di-
uides,& spongia humore,quem continet,siccato,à cordis vasis separabis, ita vt similiter ner-
uus recurrens minimè laceretur.Occurret tunc vena caua.quæ à septo transuerso, ad cor fer-
tur vna cum duobus ramis,qui ab illa in externam partem cordis deriuantur;occurret & eius
dem nexus cum dextra cordis auricula;occurret & vena sine coniuge,quę à caua supra basim
cordis nascitur, sed hæc melius se ostendet, si dextram pulmonis partem versus sinistrum la- F
tus attollas,& sinistram rursus versus dextrum. Post hæc cor manibus prehendendum est, vt
vena arterialis,arteria venalis,magna arteria,qua cum basi cordis committuntur,spectentur.
Vena quidem arterialis vicina est dextræ auriculæ subalba,& inter cordis vasa minimè subli-
mis.Arteria venalis subnigra est,venarum modo,propè sinistram auriculam latens, humiliori
parte,quam aliud aliquod ex vasis cordis collocata. At magna arteria in medio basis cordis
sub arteriali vena quodammodo latens deprehenditur: cum huius ramis neruos recurrentes
inquires & neruorum plexum ad basim cordis, qua vena arterialis incipit ad sinistrum latus
vergere.Iam vero vt pulmonis forma,quæ desidet, assurgat, & ad naturalem statum reuerta-
tur:scalpello foramen fiat inter cartilagines asperæ arteriæ, in quod demittatur fistula, per
quam pulmo inflatus intumescat, aspera arteria super foramen compressa. Pulmone relicto
aggredi ad cordis sectionem oportet in hunc modum. Scalpello ad radicem dextræ auriculæ
in dextrum ventriculum demisso vsque ad mucronem sectio ducatur,ventriculoque digitis di
stento spongia sanguis detergatur,quem ex vena caua,& arteriali quoque exprimes, quo sic-
cato,in conspectum veniet dexter ventriculus vniuersus, in quo stylo diductas tres membra-
nas ad os venæ cauæ sitas inspicies:euidentius autem patefient,si scalpellus ex dextro ventri
culo in venam cauam demissus auriculam secet;tunc enim non solum membranæ, sed ipsius G
quoque auriculæ cauum patefiet; quod si plumbeum stylum in coronalem venam demittas,
qua ratione cor cingat,obseruabis. Rursus in dextri ventriculi parte sublimiori digito venæ
arterialis initium inquires,quod scalpello apeties,vt sanguine per spongiam deterso tres mē
branæ appareant in ipsam arterialem venam spectantes,quas stylo diductas discernes; quod
si transuersa præcidatur vena,duplex eius tunica,ob quam arterialis nominata est, cernetur.
Eadem ratione & sinister cordis ventriculus aperiendus est scalpello ducto à sinistræ auris
radice vsque ad cordis mucronem, & sanguine similiter deterso, vt & amplitudo conside-
tur,& substantia crassior, & stylo inueniantur duæ membranæ ad os arteriæ venalis colloca-
tæ.Facilius autem inuenientur,si scalpello diuidatur venalis arteriæ os, in cuius superiorem
partem demittendus est stylus plumbeus, vt qua ratione in pulmones distribuatur,patefiat.
Tum ad eundem sinistrum cordis ventriculum reuerteris; digitoque in sublimiorem partem
demisso, magnæ arteriæ os inuenies, quo diuiso tres membranas ibi collocatas intueberis.
Occurret etiam tibi ortus arteriarum, quæ externam cordis superficiem coronant: ad basim
verò cordis inuenies vasorum radices cartilagini,ac substantiæ duriori illigatas. Ablato cor-
de, perpendes quo pecto aspera arteria ex membranis,& cartilaginibus constituatur, & in
pulmonem diuidatur:expediet tunc aliquam pulmonis fibram præcidere, & stylo venæ arte- H
rialis,& arteriæ venalis ramos persequi; dilacerataq. membrana spectare pulmonis substan
tiam vasis inhærentem:potes & asperam arteriam à gutture,& gula separare,& vna cum pul
monibus è thorace auferre,vt gula citra sectionem se ostendat,vnà cum neruis sexti paris ip-
sam amplexantibus.Quod si tunc maxillam ad mentum diuidas,& in vtramque partem didu
cas,unam inspicere poteris;guttur verò resolutum extrahes, detractisque musculis,cartilagi-
nes,ex quibus componitur,una cum epiglottide scalpello inter se diduces, ut uniuscuiusque
formam,ac situm inuestiges.

TABVLA . LXXIIII .



E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LXXIV. & LXXV. inſcripti viſuntur, declaratio.

TAB. LXXIV. FIG. I. II.

I *Figura oſtendit cor, vna cum pulmonibus aperto tantum pericardio.*

II *Figura cor à priori parte, vna cum vena caua, arteria magna ac vena arteriali.*

A Baſis cordis.
B Mucro cordis.
C Pericardium apertum.
D Dextra cordis auricula.
E Vena caua.
F Pulmonis fibræ.
G Siniſtra cordis auricula.
H Vaſa, per ſubſtantiam cordis diuiſa.
I Pinguedo baſim cordis ambiens.
VC Vena caua.
AM Arteria magna.
VA Vena arterialis.

FIG. III. IV. V. VI.

III *Figura cor à poſteriori parte, vna cum omnibus vaſis quæ uel ab ipſo exeunt, uel ad ipſum penetrant, oſtendit.*

IV *Cor à dextro latere demonſtrat, aperta uena caua, ut foramen ab ipſa ad arteriam uenalem pertinens in conſpectum ueniat, id quod etiam in quinta ſe oſtendit.*

VI *Monſtrat canalem à uena arteriali ad arteriam magnam procedentem.*

A Baſis cordis.
B Dextra cordis auricula.
C Siniſtra.
D Mucro cordis.
E Venæ, & arteriæ coronariæ.
F Vena caua aperta.
G Foramen à vena caua ad arteriam venalem pertinens, tenui quadã membrana obductum.
H Arteria venalis.
I Diuiſio arteriæ venalis in pulmones.
L Dexter cordis ventriculus apertus.
M Vena arterialis.
N Truncus arteriæ magnæ à corde prodeuntis.
O Truncus arteriæ magnæ deſcendentis.
P Canalis à vena arteriali ad arteriam magnam procedens.
Q Adeps radiorum modo per cordis ſuperficiem diuiſus.
VC Vena caua.
VA Vena arterialis.
AM Arteria magna.
AV Arteria venalis.

TAB. LXXV. FIG. VII. VIII. IX.

VII *Figura oſtendit dextrum cordis ventriculum nonnihil apertum, vt membranæ ad oſtium venæ cauæ collocatæ ſe oſtendant.*

F

VIII *Eundem ventriculum magis adhuc apertum.*

IX *Eundem ventriculum minus, ſed verſus ſiniſtrum latus apertum.*

A Vena caua aperta.
B Tres membranæ ad oſtium venæ cauæ collocatæ.
C Dexter ventriculus apertus.
D Dextra cordis auricul a aperta.
E Venæ, & arteriæ coronariæ.
F Cordis mucro.
G Fibræ per ſubſtantiam cordis diuiſæ.
H Truncus venæ cauæ ſupra ipſum cor aſcendentis. G
I Truncus venæ cauæ à iecinore ad cor aſcendentis.
L Vena arterialis aperta.
M Dexter cordis ventriculus magis verſus ſiniſtrum latus apertus.
N Fibræ per ſubſtantiam cordis diuiſæ.
O Tres membranæ ad oſtium venæ arterialis collocatæ.
P Dextra cordis auricula aperta.

FIG. X. XI.

X XI *Figuræ hæ oſtẽdunt ſiniſtrũ cordis ventriculum, magis, aut minus apertum, vt membranæ ad vaſorum oſtia collocatæ in conſpectum veniant.* H

A Truncus arteriæ magnæ apertus.
BC Siniſter cordis ventriculus apertus.
D Tres membranæ ad oſtium magnæ arteriæ collocatæ.
E Craſſitudo ſiniſtri ventriculi.
F Arteria venalis aperta.
G Siniſtra cordis auricula aperta.
H Duæ membranæ ad oſtium arteriæ venalis collocatæ, quarum altera in longitudinem diuiſa eſt.
I Carnoſa, ac dura tubercula, quib. mẽbranarum fibræ illigantur.

TABVLA LXXV.


VII
Venæ cauæ ostium in Cor.
VIII
IX
Venæ arterialis ostium in Cor.
XII
X
Arteriæ magnæ ostium in Cor.
XI
Arteriæ venalis ostium in Cor.

L Cordis ſubſtantia.

M Fibræ per cordis ſubſtantiam diuiſæ.

N Fibræ ad robur membranarum.

O Mucrones membranarum quæ ad oſtium arteriæ magnæ collocantur.

FIG. XII.

XII. *Figura neruos ad cor pertinentes oſtendit.*

A Nerui ſexti paris neruorum cerebri.

B Nerui ſeptimi paris.

C Fibræ, quæ a neruo ſexti paris profectę deſinunt in membranam ipſum ambientem.

D Dura, ac neruoſa ſubſtantia oleam referens.

E F Neruorum ramuli, qui a prædicta ſubſtantia ad ſeptum tranſuerſum, & initium meſenterij pertinent.

G Craſſior ramus ſexti paris, a quo recurrentes nerui proficiſcuntur.

H Rami ſexti paris, qui ad radices coſtarum inſeruntur.

I Tertius cordis neruus.

L Secundus.

M Craſſius initium quinti nerui cordis.

N Primus cordis neruus.

O Initia neruorum recurrentium.

P Nerui recurrentes.

Q Quartus cordis neruus.

R Plexus neruorum ad baſim cordis.

S Nerui ſuperius os uentriculi amplexantes.

a Ramuli per cordis ſubſtantiam diuiſi.

A

VIDI VIDII DE ANATOME

Liber Septimus:

B

QVI EST DE CAPITE, MEMBRIS, ET DE SECTIONE Viuorum.

De Capite. *Cap. I.*

T. 76. 77. fig. sexdecim. THoracis, ac partium vitali facultati inseruientium naturam, & sectionem superiori libro complexi sumus; sequuntur nunc instrumenta facultatis animalis, quorum natura similiter ac sectio referẽda est. Ordiemur à capite, in quo maxima ex parte continentur. Videtur [a] caput factum fuisse à natura, propter cerebrum, quod est domicilium [b] facultatis animalis, & idcircò sensus & motus: reperiuntur [c] tamen animalia veluti cancri, & crustacea omnia; quæ quamuis sensu, & motu prædita sint, vel carent capite, vel id rude omnino habent, atque informe. Eorum cerebrum in [d] thorace situm est, ita vt non debeat ἐγκέφαλος [e] à græcis appellari, quasi in capite, cum in eo minime collocetur. Constat igitur caput [f] non fuisse factum pro-
C pter cerebrum; cum in pectore quoq; reperiatur, sed propter aliam partem, oculos nimirum, vt ex sublimiori loco tamquam ex specula prospiciant, quæ distant, quemadmodum in naui, qui malum conscendunt; lõgius enim prospiciunt, quam qui manẽt in puppi. Quod si obijcias easdem crustaceas belluas oculis præditas, quamuis capite careant: neque etiam propter oculos factum esse caput videtur, cum in pectore quoque collocentur: respondebimus & huiusmodi, & [g] cœteris perfectioribus animalibus, quæ plurima distantia cernere debuerunt, necessarium fuisse caput, vnde tamquam ex sublimiori parte, quæ remota sunt cernerentur. Quamobrem oculorum gratia effictum fuisse caput à natura fatendum est: sed cum non possint tutò ferri per longum iter molles nerui, quales illi sunt, qui à cerebro ad oculos tendunt, cerebrũ propè oculos collocari opus fuit, & idcirco in capite; quamobrem caput primò factum [h] fuit propter oculos, atque alia sensuum instrumenta; deinde propter cerebrum. Substantia capitis non est caro, aut sola quemadmodum ventris, aut iuncta cum ossibus, quemadmodum tho-
D racis; sed os dumtaxat, neque enim debuit distendi quemadmodum venter, [i] ob cibum, potionem, partum; neque dilatari, & contrahi ad respirationem, vt thorax. Iure autem ex osse effictum fuit caput, vt stabile esset, & quas includit partes, tueretur, [k] neque enim opus fuit substantia musculorum, qua capitis partes mouerentur; tantum enim mouetur, quà cum ceruicis vertebris cõmittitur. Quot, & qui musculi hoc munus perficiantur, quarto [l] libro enarrauimus. Nominatur os capitis græcè κρόνιον, [m] quasi κρανός, hoc est galea, latinè verò caluaria. Hãc constituunt quam plura ossa, per varias [n] commissuras inter se iuncta, præsertim per suturas, neque enim solida est; eò autem spectant suturæ, vt partim exitum præbeant, fuligini, partim quasi foramina sinant parua vasa ab internis partibus ad externas permeare, & ligamenta à dura membrana cerebri exire ad componendum [o] pericranium: est enim περικράνιον [p] mẽbrana eodem modo caluariam tegens, quo περιόστεον, reliqua ossa; tegitur deinde pericraniõ car

nosa

a Gal. li. 8. de vsu p. c. 2.
b Gal. li. 2. de plac. c. 7 & 8. lib. de vsu p. c. 4.
c G. li. 8. de vsu p. c. 2
d Gal. ibid. & c. 4
e Gal. ibid.
f Gal. ibid. c. 5
g Gal. li. 8. de vsu p. c. 5.
h Gal. li. 8. de usu p. c. 5.
i Arist. li. 2 de Partib. ani c. 9. & Ga. li. 7. de usu p. c. 21.
k Gal. 7. de vsu p. c. 21.
l Supra li 4 c. 3
m Gal. 7. de usu p. c. 21. & Arist. li. 1. de histo. ani. c. 7. & G. 8. de usu p. c. 9
n G. li. 9. de usu p. c. 1. & 17.
o Ga. li. 11. de usu p c. 18 & li. 8. c. 9
p Ga. li. me dicus c. 11. & lib. 8. de usu p. c. 9

nosa membrana,cute,ac pilis,à quibus omnibus defenditur cerebrum.Vt autem dura cerebri E
membrana,à qua oritur,in duas diuiditur,superiorem,& inferiorem:ita & περικράνιον,licet cum maiori difficultate,in superiorem, & inferiorem separetur.Superior cum membrana carnosa coniungitur,inferior cum caluaria,vnde perioftij loco est,vestit autem pericranium os,musculos temporum,vsque ad os iugale.Figura [a] capitis est quasi pila à lateribus vtrinque depressa.Magnitudo respondet magnitudini cerebri,quod in [b] homine proportione totius corporis, cum ceteris animalibus conferatur,maximum est.Collocatum autem est caput supremum, cõmittiturque cum prima,& secunda vertebra ceruicis,ita tamẽ,& vix posset erumpere, validè enim astringitur,non solum ab ossibus,sed etiam à ligamentis,& à musculis.Si suo loco exiret periret statim respiratio vna cum vita,non tamen ita arctatur,vt non possit in priora,& posteriora,atque in latera moueri, quemadmodum ostendimus, cum [c] de musculis capitis agemus.

a Ga.li. artis medi.c. c.11.
b Arist.li.2 de Par.ani. c.7.& li.1. de hist.ani. c.16
c Supra li. 4.c.8

De Crassa,& tenui membrana cerebri. Cap. II.

INter cerebrum, & caluariam,membranæ interiectæ sunt duæ, quas græci communi vocabulo aliarum μήνιγγας [d] uocant:prima,A,crassa est,& dura,secunda tenuis,& mollis;illa ad naturam ossis;hæc ad naturam cerebri magis accedit:crassa enim membrana [e] media est inter os,& tenuem,tenuis inter crassam,& cerebrum,non solum situ,sed etiam substantia . Tenuis dicitur græcè χόριον [f] à similitudine chorij inuolucri fœtus,vt quæ similiter,atq; illud plurimis venis,atque arterijs distinguitur;per arterias pulsat tenuis membrana,ita vt dilatata ad crassam accedat,à qua rursus,recedit,cum contrahitur:quo fit vt crassam quoque simul pulsata cogat , neque enim suo motu mouetur, sed crassa a tenui , hæc ab arteriis quæ multæ per ipsam discurrunt;alligat enim venas,atque arterias,& cerebrum inuoluit, [g] ac stabile reddit vniuersum,neque diffluere patitur.Excepta enim callosa substantia,ipsum vniuersum ambit, & per eius anfractus,atque vsque ad internos ventriculos penetrat;quod si hac detracta,cerebrum nudetur, [h] planum fiet,neque orbicularem figuram amplius retinebit, non solum in viuente animali,sed etiam in mortuo,quamuis iam concreuerit: prohibet [i] tandem,ne contactu crassioris membranæ cerebrum lędatur,ob quam causam circumdat etiam processus,quos cerebrum exigit,vt neruos,spinæ medullam, instrumenta olfactus . Substantia iam exposita est,cum tenuem,ac mollem membranam proposuerimus.Externa superficies æqualis est, læuis,& aquoso humore illita;tantum prominet,qua eminentiores partes inuoluit.Altera membrana,quam crassam,& duram esse retulimus,media [k] cum sit inter caluariam,& tenuem, nõ solum situ,sed etiam substantia,efficit ne caluaria suo contactu tenuem offendat,venas item , & arterias ad tenuem transmittit,membranulas profert,quæ per caluariam transeuntes pericranium membranam [l] constituunt;est tandem cerebri non tegmentum, vt tenuis,sed propugnaculum aduersus ictus.Substantia iam manifesta est,cum membrana sit crassior,& dura:scire tamen licet magis crassam esse in inferioribus partibus,vbi cerebrum totũ sustinet,quam in superioribus.Figura eius eadem est quæ internæ caluariæ,quam obuoluit,quamquam & septũ quoddam efficit inter priores partes cerebri & posteriorem illis adiunctam,& aliud,G,rursus inter dextrum,& sinistrum cerebri latus ad figuram falcis;cuius mucro iungitur cum processu octaui ossis caluariæ diuidente instrumenta olfactus.Incipit autem vbi definit posterior ventriculus,seu appendix cerebri dorso,I,spectante ad caluariam acie,L,ad cerebri corpus,F,callosum.Superficies crassæ mẽbranæ externa aspera est,propter fibras,& ligamẽta,quibus nectitur:interna lęuis,lucida,sine adipe,aquoso humore madens,vt cum tenuis dilatatur,& ipsam astringit,facile ab ea recedere possit.Quod attinet ad caua seu foramina,crassa membrana vndique solida est;præterquam vbi ex eius finibus uasa producuntur; tertio [m] enim libro quã de venis ; ostendimus decem sinus a crassa membrana duplicata confici,in quibus tamquam in uenis continetur sanguis.Ex his duo in ceruice,octo in caluaria continentur; quorum hæc ratio est,quod dura membrana,qua cauum attingit,quod in duriore processu ossis temporũ; partim in processu lambdoide ossis occipitij effictum est , duplicatur, & ibi quasi lacum , ac fontem efficit,a quo prædicti sinus ex [n] membrana duplicata emanant. Primus,& secundus, vterque a suo latere procedunt sub cerebri basim per processum lambdoidem ossis occipitij, ea de causa sinuatum ad glandulam in osse sphenoide contentam;ibique inter se iunguntur, tertius,& quartus.Oriuntur vtrinque vnus ad fontem;qua ad summum duri processus ossis tẽporum perueniens angustior redditur;ibi enim perforata dura membrana , deorsum in priorem cerebri partem,per dorsum duri processus feruntur ad eandem glandulam in osse sphenoide collocatam,ubi cum duobus primis coeunt.Quintus,H,& sextus,H,eodẽ loco a fonte proficiscuntur,quo tertius,& quartus,ascenduntque per posteriorem regionem ad eam partem ossis occipitij,vbi duo latera lambdoidis inter se coeunt,ibique inter se iungũtur, vbi rursus lacum,R,alterum efficiunt,a quo septimus,& octauus sinus oriuntur.Septimus,G, quidem recta ad fontẽ sub sutura sagittaria procedit, & ad octauũ os terminatur.Octauus,V,vero inter cerebrum,& posteriorem eius partem,quæ appendix est,recta progreditur ad glandulam illam,

d Gal. li.8. de usu p.c. 8.& c.9
e Ga. ibid. c.9
f Gal. ibid. c.8
g G li.8.de vsu p.c.8
h Ga. ibid.
i G.li. 8.de usu p.c.9
k G.li.8.de usu p.c.9
l G li.8.de usu p.c.9
m Supra li. 3.cap.10.& Ga. li.9.de usu p.c.6
n Ga. ibid. & lib. 9.de anat. aggr. c.1

F — A fi.1 — L fi.2 — G — G fi.3 — I fig.3 — L fig.3 — F fig.4 — H — H fig.2 — R fig.2 — G fi.2 — V fig.8

A M fig. 2 I fig. 2. illam, quæ κωνάριον a dicitur, quod pineæ nucis similitudinem referat inter clunes in extremo tertio ventriculo sitam. Ab his finibus complures venæ, M, deriuantur, quas abunde expofuimus, qua de b venis. Habet igitur crassa membrana tot foramina, I, quot venæ sunt, quæ ab his finibus proficiscuntur; quibus accedunt parua ad os ithmoides, & quæ aditum præbēt neruis, & medullæ a cerebro prodeuntibus, & pituitæ à cerebro ad os destillanti. Magnitudo crassæ membranæ cauo caluariæ vbi continetur, & tenui membranæ, quam continet, respondet. Numero crassa membrana vna est, licet in duas diuidi posstit, in superiorem & inferiorem, & in plures etiam partes, cum septa, & processus exigat, de quibus iam egimus. Situs expositus est, cum c inter tenuem membranam, & caluariam collocata sit; cohæret autem vbique caluariæ, præterquam ad sinum ossis sphenoidis vbi glandula residet pituitam cerebri excipiens; arctius autem illigatur ad basim, & lambdoidem suturam, quàm superioribus partibus. Sed satis de membranis.

a Ga. lib. 8. de usu pa. c. 14
b Supra li. 3. c. 10.
c Gal. li. 8. de vsu p. c. 9.

B

De Cerebro. Cap. III.

Ta. 76. & 77. PErgamus ad cerebrum, statuentes ipsum animalis d facultatis principium esse, & non modo mentis, sed etiam sensus, & motus, quos alijs partibus impertit; licet e per se non sentiat, nisi per membranas; neque moueatur, nisi per arterias, quæ in membranis continentur. Compositio cerebri maximè habilis est ad proposita munera exequenda, quod facile apparebit, siue materiam, siue formam spectes. Materia propria cerebri substantia est, quæ vt cordis substantia, spiritum vitalem, ita animalem proferre potest: f hæc neruis simillima est, quos profert, mollior tamen, vt rerum omnium imagines admittat, quæ per sensus, quasi per nuntios afferuntur: mollior g autem est à priori parte, vnde maximè oriuntur nerui, per quos sentiendi facultas distribuitur, durior à posteriori, quam παρεγκεφαλίδα h Herophilus vocabat, cum sub nomine ἐγκέφαλον i priorem cerebri partem dumtaxat significaret. Cerebri substantiam Plato caluariæ medullam k esse voluit, cum aliam poneret in spina, aliam in ossibus, cumque ipsam nominaret, addebat ἐγκεφαλίτην, l quasi cerebri, vt ab aliis separaret. Vt autem Platonis hæc sententia tolerabilis est, ita illa maxime reprehendenda, quæ ad Praxagoram, & Philotimum refertur, quod scilicet substantia cerebri excessus sit medullæ spinæ, neque enim eadem est substantia vtriusque, licet aliquo pacto similis videatur. Quod vero tenui membrana C inuoluatur, satis supra declaratum est; complures autem venæ, & arteriæ licet admodum exiles per cerebri substantiam discurrunt.

Quod attinet ad formam, cerebri, totius figura eadem est, quæ membranæ crassioris, in qua continetur: hæc verò non multum distat à figura caluariæ, & capitis, quam intuemur: vt autem caluaria ab inferiori parte magis plana est, quam a superiori, & à lateribus, ita etiam cerebrū.

E fi. 3. Exteriores cerebri particulæ anfractibus, E, quibusdam distinguuntur septis à tenui membrana: deprehenduntur hæc magis in anteriori parte; nam posterior, cum durior sit, magis stabilis est, neque ita eget tenui membrana succingente minutas particulas; cumque minor sit, facilius alimentum haurit, quam anterior, quæ cum magna sit, vt commodius alatur, plurib. eiusmodi anfractibus, & altioribus eget. Superficies, quamuis propter anfractus inæqualis sit, & non plana, læuis tamen tota sentitur. Infunt m in cerebro ventriculi, in quibus sunt & canales, & particulæ complures, quibus cerebrum continetur, vt plexus retiformis, corpus callosum, fornix, conarium, clunes, processus vermiformis, peluis, infundibulum, glandula, quorum omnium vis, & natura explicanda est. Diuiditur cerebrum in quatuor n ventriculos; quorū duo,
O fi. 7. ,O, à priori parte, vnus à dextro latere, alter a sinistro siti sunt sub eo loco, quē a dura membra-
I fig. 7. na, quæ a fronte versus occipitium tendit, diuidi in dextrum, & sinistrum diximus. Tertius o I,
D in medio inter posteriorem, & priorem partem veluti veluti via est ab his ad quartum, λ, qui in
λ fig. 8. posteriori parte, quam παρεγκεφαλίδα p vocant, situs est. In anteriorib. q ventriculis ex vitali
spiritu, & aere, qui per nares attrahitur, cōficitur spiritus animalis; ad cuius confectionem ma-
E fig. 7. ximè pertinet plexus E, venarum, atque arteriarum, qui ex cerebri venis, atque arteriis ad similitudinem retis in prioribus cerebri r ventriculis confectus, per medium ventriculum trāsiens fertur ad posteriorem. Coniungitur a priori parte dexter ventriculus cum sinistro, super ne per substantiam quandam albam, duram, calli modo, quam Anatomes professores callosū
o fig. 6. corpus, o, F, appellant. Situm est hoc corpus in medio prioris partis cerebri, quamuis magis
F fig. 4. spectet versus posteriorem; vbi digitis separetur dextra pars a sinistra, cernitur prominens magis in medio, quam a priori, aut posteriori parte: proficiscitur autem magis ab interna parte, quæ durior est, quam ab externa, quæ mollior, & anfractus quosdam habet. A lateribus superio-
G fi. 4. ris partis callosi corporis, duo quasi riuuli, G, per substantiam cerebri in longitudinem procedunt, quos euidenter deprehendes, vbi vtrinque cerebri substantiam digitis diducas: hi pituitam, quæ supra corpus callosum contrahitur ad nares ferunt, omnia enim quæ in cerebro s redundant, aut tenuia sunt, aut crassa; quæ tenuia, vt vapores, si valde tenues sint, per caluariæ substantiam exhalāt, si minus tenues, per suturas; quæ crassa, partim per iam dictos riuos, ad nares feruntur, partim ad palatum per duos canales, quos paulò post subiiciemus ad peluim, infundi-

d Gal. li. 12. de usu p. 2. Ga. li. 8. de usu p. c. 4. & 1. de tu. val. 13.
e Gal. li. 1. de cau. sym pto. c. 8
f Gal. li. 5. apho. com. 69.
g Gal. li. 8. de usu p. 6 & lib. 2. de temper. c. 3
h Gal. li. 8. de usu p. c. 6
i Ga. ib. c. 4
K Aristo. 2. li. de Part. ani. ca. 7. & Gal. li. 8. de usu p. c. 4
l Gal. ibid.
m Gal. li 8. de usu p. c. 10. & 14.
n Gal. li. 8. de usu p. c. 10. & 11.
o Gal. loc. dictis.
p G. li. 8. de usu p. c. 11.
q Gal. li. 8. de usu p. c. 10. & 9. de vsu p. ca. 4. & 16. de usu p. c. 10
r Gal. li. 8. de usu p. c. 11.
s Gal. lib. 1. de tu. ualet c. 13.

fundibulum,& glandulam pertinere.In inferiori autem parte corporis callosi, & proprie in E
medio eius in longitudinem linea,P,assurgit versus posteriorem partem latior,sed uersus prio P fig.6
rem,paulatim redditur angustior,descendit hæc vsque ad corpus,Q,quod fornicem refert, & Q fig.6
cum eo nectitur efficiens septum quoddam medium, à quo dexter ventriculus à sinistro
separatur.licet aũt hoc septum ex cerebri substantia confectum sit, adeo tamen tenue est, vt
totum pelluceat ab inferiori parte corporis callosi ad superiorem fornicis. Ita aũt siti sunt
dexter,& sinister ventriculus, ut vterque mediam longitudinem sui lateris occupet: eatenus
enim distat à fronte, pars prior vtriusque, quatenus posterior ab occipitio, quibus locis tan-
tum ab externa cerebri superficie distat, quantum externum latus ab externa cerebri super-
ficie,quæ spectat ad tempora; interno aũt latere dexter, & sinister uentriculus per uniuersam
longitudinem callosi corporis non magis à se recedunt,quam sit longitudo tenuis,ac pelluci
di septi,quod retulimus; sed extra corpus callosum tam versus frontem, quam uersus occipi-
tium magis diducuntur,ut qui non membrana dumtaxat cerebrum inuoluente,sed bona etiã
ex parte substantia cerebri separentur,quo fit ut non recta procedant, sed à priori, & po-
steriori parte oblique;quibus partibus magis à se recedunt,quam in medio ubi tenue septum
duntaxat interiectum est.extremum vtriusque tam à priori,quam à posteriori parte obtusum F
est,ac rotundum posterius; extremum per cerebri substantiam descendit,in priorem partem
conuersum,ibique definit,ubi oriuntur instrumenta olfactus,& nerui,qui videndi facultatem
ad oculos deferunt.Interna superficies vtriusque læuis est,& illita aquoso humore,qui in vtro
que deprehenditur,præsertim recenti cadauere;ima tamen vtriusque pars quæ ad tertium,&
communem uentriculum spectat,aspera est. Est igitur tertius ventriculus communis quidam
sinus,cui tam dexter, quam sinister respondet, ubi uersus partem posteriorem septo non am-
a Ga.lib.8. de vsu partium ca. plius inter se dirimuntur; transeunt [a] per hunc ad quartum spiritus animales,qui in duobus
prioribus confecti sunt:habet igitur tertius à priori parte primum, & secundum à posteriori
quartum ventriculum; superne tegitur,corpore,G,fornicis modo constituto,de quo mox age G figu.
mus;ab inferiori parte,quæ quasi uallis quędam caua est,oritur canalis,R,ac veluti riuus, qui 7.
vsque ad glandulam residentem in osse sphenoide recta descendit: fertur per hunc pituita à R figu.
cerebro ad propositam glandulam, unde ad palatum destillat. Vbi definit a posteriori par- 8.
b Ga. li. 8. de vsu pa. c.14. te tertius sinus,cernuntur [b] clunes,X,& testes ad, N, initium quarti ventriculi: ibi alter ca- G fig.8
canalis,Q,ac ueluti riuus angustior descendit similiter per substantiã cerebri ad glãdulam, N fig.8
non tamen recta sed uersus partem priorem; ita ut cum altero riuo proximè dicto iungatur, Q fig.
& per utrumque delabatur pituita,quam in cerebro superat ad glandulam. A clunibus uero 8.
& testibus,ubi definere tertium uentriculum diximus, incipit quartus,P,qui paruus est, nec P fig.8.
circundatur vndique cerebro, sed à superiori parte: nam ab inferiori sita est medulla,quæ à G
clunibus incipiens,per quartum uentriculum ad spinam dorsi descendit.efficit autem inferio-
rem,λ,partem quarti ventriculi, qui extra clunes dilatatur,& excauata sinum refert,illi quem λ figu.
in calamo ad scribendum incidimus non absimilem. Continetur in quarto ventriculo humor 13.
similiter aquosus: nam tenuis membrana quam (licet obscure uidemus succingere alios tres
uentriculos,in quarto minime deprehenditur: ob hanc igitur causam, & ob inferiorem sub-
stantiam,quæ non est amplius cerebrum,sed medulla;sunt qui censeant hunc quartum sinum
non ponendum esse inter uentriculos cerebri. Supersunt nunc exponendæ aliquot cerebri
partes ad prædictos uentriculos attinentes, ut corpus fornicis modo cameratum, substantia
nucis pineæ similis,testes,peluis,infundibulum,glandula,& cerebri processus.Vocatur igitur
c Ga. l.8.de vsu par.c. 11.& 9. li. de anato. admin.c.4. à græcis [c] ψαλιδοειδές,G,corpus,Q, cameratum, testudinis, seu fornicis modo constitutum, G fig.7
eiusdem magnitudinis,ac substantiæ,cuius esse diximus corpus callosum. Nascitur,T,autem Q fig.
à posteriori extremo duorum primorum uentriculorum, ubi in priorem partem conuertun- T fig.6
tur.Statim atque ortum est,separatur à substantia ventriculorum,& in priora procedens, an-
gustius redditur,donec in mucronem,S,finiatur ad priorem partem tertii uentriculi, ubi con S fig.6.
iungitur cum substantia cerebri, & duobus prioribus uentriculis substratum tertium tecti
modo tegit.Figura eius triangula est laterum inæqualium; primum,T,T,T,quod breuius est,à H
posteriori parte unius uentriculi ad posteriorem alterius pertinet.Secundum,& tertium late- TTT figu. 6.
ra,T,Q,S,constituunt,unum ventriculi dextri,alterum sinistri, iuxta quæ transit plexus,G,ar T Q S
d Supra in hoc cap. teriarum,quem in prioribus uentriculis residere [d] diximus. Anguli omnium trium laterum fig. 6.
nectuntur cum substantia cerebri ab inferiori parte tantum, cum latera ipsa a cerebro abce- G fig.6
dant;a superiori uero parte angulus ille,qui acutus est,& antrorsum spectat,cum cerebri sub
stantia coalescit.Inferior,G,pars huius corporis,quę caua est,& fornicem repręsentat,& ideo G fig.7
e Ga.l. 8.de vsu par.ca. 11. ψαλιδοειδές [e] nominatur, tertium uentriculum tegit;superior,quæ est gibba,lineã,R,habet in R fig.6
longitudinem assurgentem,cum qua septum necti diximus, quo duo primi uentriculi diuidun
tur.Præstat [f] hoc corpus eundem usum,quem fornix in ædificiis; sustinet enim quæ superie-
f Gal. ibid. cta sunt,ualide,& quæ subiecta sunt, offendi ab illis minimè permittit; defendit igitur ter-
tium uentriculum;defendit & uasa,quæ à sinu duræ membranæ ad retiformem plexum ferun
g Ga.l. 8.de vsu par.ca. 14. tur.A posteriori parte propositi corporis,sita est substantia,τ,glandulæ similis,gręci [g] κωνάριον τ figu.
à coni similitudine seu nucis pineæ,uocant: nascitur hæc ex cerebri substantia ab inferiori 13.
parte

A parte tertii ventriculi verſus quartum.Baſis deorſum,apex ſurſum ſpectat,cohæret à poſterio
σ fi. 13 ri parte priori parti teſtium,σ,cerebri,ſępiuſque dum extrahitur cerebrum,manet alligata ve-
næ,cuius [a] diuiſioni præeſt;neque enim alium vſum habet,quam glandulæ,quæ vaſa fulciũt,
quà in ramos deriuantur.Vena igitur,quam ex octauo ſinu craſſioris mēbranæ ad cerebri ple a Gale.li.8.
xum retiformem ferri diximus,ad radicem huius ſubſtantiæ bipartita eſt,ita vt vnus ramus ad de vſu p.c.
dextrum,alter ad ſiniſtrum ventriculum proficiſcatur:hanc ergo diuiſionem fulcit κωνάριον; ne 14.
que enim factum eſt,quod nonnullis placuit, [b] vt pylori modo in ventriculo non permittat b Ga. ibid.
ſpiritum ex tertio ventriculo tranſire ad quartum,niſi vbi iam confectus eſt, ſed cum cerebrũ
diuidatur in priorem partem,quæ tres primos ventriculos continet,& poſteriorem quę quar-
tum,vbi prior cum poſteriori committitur,inter tertium,& quartum alia ſubſtantia depręhẽ
ρ fig.13 ditur ad initium medullæ dorſi,cuius humilior pars clunes,ρ,ſimul iunctas repræſentat a quib.
σ fig.13 γλουτίον, [c] ſuperior teſtes,σ,à quibus διδύμιον à græcis appellata eſt:hæc tam ſupernè,quam re
tro ſoluta eſt,nec iungitur cum vlla parte,ſed tenui membrana inuoluitur;prohibet [d] autem c Gal ibid.
ne cerebri moles decidat,ſuper canalem,qui à tertio ventriculo ad quartum fertur,& ipſum d Ga. ibid.
obturet.In poſteriori parte cerebri vbi quartus ventriculus continetur,ad finem canalis, qui
z fi. 13. poſt clunes in quartum ventriculum penetrat,proceſſus,z,oritur, qui quod vermem referat,
B σκωληκοειδὴς [e] græcè nominatur;in poſteriora autem procedẽs,quarto ventriculo impẽdet,vtro e Ga.ibid.
φ † fig. 14. que extremo,φ,✝,acuto in ſpeciem cornu,quorum vnum ad priorem, alterum ad poſteriorem
partem ventriculi ſpectat.Subſtantia eius eadem quæ cerebri eſt, ſed flexus habet, & anfra-
ctus,quemadmodum vermes.Galenus [f] ei vim tribuit claudendi quartum ventriculum, ita f Gal.ibid.
vt non ſinat ad ipſum ex tertio ventriculo transferri ſpiritum,niſi iam confectum.Recentiores
negant [g] opus eſſe hoc itinere clauſo, cum ſemper patere debeat; adduntque non mo- g Valuer-
ueri eiuſmodi proceſſum,ſed eandem vim habere, quam habet reliqua ſubſtantia cerebri. da li.5.c.8.
Nos quid in hac controuerſia ſtatuendum ſit,aliis tradendum relinquimus; tantum addimus,
eiuſmodi formam,ad quarti ventriculi tegmẽtum aptari; ſed opus nec ne ſit interdum eo adi
tu clauſo;poſſitq; nec ne à vermiformi proceſſu,cum naturali motu mouetur,intercludi, aliis
M fig.9 nunc diiudicandum relinquimus. Ad baſim cerebri reſidet pars,M,alia,quæ pituitam ſuper
10.11. nè detruſã excipit:appellatur hæc gręcè πτύελος,[g] & χοάνη,quod quaſi peluis ſit, aut infundibu h Gal.li.9.
lum.Duo igitur riuuli,& quaſi canales,quos à tertio ventriculo, & principio quarti deorſum de vſu p.c.
ferri diximus ad pituitam educendam,in vnum coeunt foramen,a cuius lateribus tenuis mem 3.
brana cerebrum tegens proceſſum exigit ſuæ ſubſtantię,ſed venis magis exilibus diſtinctum.
C Figura huius proceſſus eadem eſt quæ infundibuli,quo vtimur ad liquores in vaſa oris angu-
ſti infundendos, ne per fluant,ſiquidem ſupernè latus eſt,peluis modo,ſed deinde degenerat
N fig.9 in fiſtulam,quæ per foramen in craſſa membrana exciſum deſcendit ad glandulam,N, ibique
10. 11. alligata finitur:ſub craſſa enim membrana reſidet glandula quadrata, ſuperne caua, inferne
gibba in ſinu inſculpto in oſſe ſphenoide,cuius ſubſtantia durior eſt,& denſior quam reliqua-
rum glandularum,vndique inuoluta tenui membrana,à fine infundibuli orta;per hanc mem-
branam illigatur glandula cum oſſe ſphenoide,& cum duobus grandioribus carotidum arte-
o fi. 9. riarum ramis, o, ad latera glandulæ diductis, neque enim ibi reperitur admirabile illud rete,
10.11. quod à veteribus [h] traditur, ſed veſtigium,p, quoddam ipſius;neque facta eſt à natura hæc
p fig.9. glandula,vt fulciat vaſa,ſed vt pituitam ſuæ ſubſtantiæ non alienam excipiat,quæ per infun- h G.li.9.de
10. dibulum deſcendit,non modo à duobus riuis,quos diximus in vnum commune foramen deſi- vſu p.c.4.
nere,ſed etiam ex poſteriori parte tam dextri,quam ſiniſtri ventriculi deorſum ſpectante, &
ex corpore calloſo;neque enim deſtillat inde ad nares per inſtrumenta olfactus,homine ſecũ
dum naturam habente,ſed deſcẽdit per glãdulã hanc:quatuor enim quaſi canales, duo vtrin
que ad latera glandulę in oſſe ſphenoide ſiti ſunt;duo verſus partem priorem ad illa foramina
pertinentes,per quæ exit ſecũdum par neruorum cerebri:per hos delabitur pituita ad oculos;
D & inde per proprium foramen in cauum naſi;alij duo in poſteriorem partẽ tendunt,ad rimã,
quæ inſculpta eſt a priori parte illius foraminis,per quod grandis ramus carotidis arteriæ in-
greditur:deſcendit pituita non ſubitò,ſed paulatim à glandula per hanc rimam ad palatũ, ad
quod deſtillat etiam per alia foramina,per quæ nerui,venæ,& arteriæ tranſeunt.Ex his quæ in
† fi.15. caluaria cõtinentur,proceſſus † adhuc reſtant,quos cerebrum exigit.Huiuſmodi ſunt ſeptem
16. paria neruorum,medulla ſpinæ,& duo proceſſus,quaſi nerui molles,qui a prioribus ventricu-
lis cerebri ad octauum os caluariæ cribri modo perforatum,deſinunt,odoris facultatem præ-
bentes.De quibus ſigillatim tractatum eſt in tertio [i] libro;nunc tranſeundum,eſt ad reliqua i Supra li.
inſtrumenta facultatis animalis,quæ extra cerebrum ſunt. 3.c.2. & 3.

E

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, QVI Figuris Tab. LXXVI. & LXXVII. inscripti visuntur, explicatio.

TAB. LXXVI. FIG. I. II.

A Dura cerebri membrana.
B Ductus vasorum per duram cerebri membranam.
C Septimus sinus ex dura membrana cō plicata à lacu in occipitio ad os frō tis procedens.
D Cauum inter duas squamas ossis frontis.
E E Interna, ac externa squama ossis frontis.
F Cutis frontis resecta.
G Septimus sinus duræ membranæ apertus.
H H Quintus, ac sextus sinus.
I Parua foramina, per quæ à prædictis sinibus impertitur sanguis tenui membranæ.
L Anfractus cerebri tenui membrana obducti.
M Vasa, per tenuem mēbranam diuisa.
N Posterior pars anterioris cerebri.
O Os occipitii.
P Dura cerebri membrana inuersa.
Q Vasa per duram membranam diuisa.
R Lacus, siue torcular, vnde septimus, & octauus sinus emanant.

FIG. III. IIII.

A Dura cerebri membrana inuersa.
B Tenuis membrana inuersa.
C Vasa per tenuem membranam diuisa.
D Vasa per duram membranam diuisa.
E Anfractus cerebri.
F Vasa in prima figura per cerebrum diuisa, in secunda corpus callosum.
G Processus in prima figura duræ membranæ falcem referens, in secunda sinus inter cerebrum, & superiorē callosi corporis superficiem humore madens.
H Vasa quæ ab octauo sinu prædictæ falci impertiuntur.
I Dorsum processus falcem imitantis, quo duræ membranæ illigatur.
L Acies dicti processus, qua corpus callosum respicit.

FIG. V. VI.

V *Figura ostendit dimidiam cerebri partē in orbem vsque ad callosum corpus dissectam sursum inuersam, ac ad latus appositam, vt dexter ex prioribus cerebri ventriculis se ostendat.*

A Cerebri anfractus.
B Interna cerebri substantia.
C Dura membrana inuersa.
D Tenuis membrana inuersa.
E Aures.
F H Dexter cerebri ventriculus.
G Plexus retiformis ad dextrum ventriculum pertinens.
I Exiles venę à dicto plexu ad uentriculi substantiam procedens. F
L Superior dextri ventriculi sedes.
M Prior pars cerebri ad frōtem spectās.
N Posterior, quæ ad occipitium.

VI *Figura ostendit corpus callosum in posteriora conuersum, vt eius inferior sedes vnà cum corpore psallidoide sē ostendat.*

O Inferior callosi corporis superficies.
P Linea in inferiori sede corporis callosi, qua cum superiori psallidoidis illigatur.
QRST Corpus psallidoides.
R Linea qua corpus psallidoides cū calloso illigatur.
S Mucro corporis psallidoidis. G
TTT Basis eiusdem corporis.
T S Latera.

TAB. LXXVII. FIG. VII. VIII.

VII *Figura monstrat inferiorem sedem corporis pallidoidis, in posteriora conuersi, vt vena, quæ ab octauo sinu duræ membranæ deriuata, bonam partem plexus retiformis effingit, in conspectum veniat.*

VIII *Ostendit posterius cerebrum à dura mē brana liberatum, vbi & testes inuicē disiuncti sunt, vt euidentior fieret meatus à tertio ad quartum uentriculū penetrās.* H

A Dura membrana inuersa.
B Tenuis membrana inuersa.
C Cerebri substantia.
D Duo priores cerebri ventriculi.
E Plexus venarum, & arteriarum in prædictis ventriculis collocati.
F Vasa, à dictis plexibus ad priores ventriculos deriuata.
G Inferior superficies corporis psallidoidis.
H Vena, quæ ab octauo sinu duræ membranæ ad tertium cerebri ventriculum sub corpore psallidoide collocatum progreditur.

I Diui-

TABVLA LXXVI.

I Diuisio prædictæ venæ in duas, ad initium tertij ventriculi.

L Posterius cerebrum dura membrana liberatum.

M Processus vermem referens.

N Substantia testes referens.

O Portio cerebri subliuida.

P Canalis in medio tertii ventriculi ad glandulam in osse sphenoide collocatam procedens.

Q Canalis à tertio ventriculo ad quartum penetrans.

R Alter canalis ab initio tertij ventriculi ad eandem glandulam descendens.

S Interna caluariæ superficies dura mẽbrana obducta.

T Os ithmoides dura membrana obductum.

V Octauus sinus duræ membranæ.

X Substantia clunes referens.

F I G. IX. X. XI. XII. XIII. XIV.

A Sinus in osse occipitij.

B Cerebri processus mammillares.

C Inferior sedes anterioris cerebri.

D Sinus ossis ithmoidis.

E Septum ex osse prædictos sinus dirimens.

F Sinus mammillarium cerebri processuum gratia insculpti.

G Venę per duram membranam diuisę.

H Vena a dura ad tenuem membranam procedens.

I Venæ per tenuem membranã diuisæ.

L Olfactus organa.

M Infundibulum.

N Glandula extremum infundibuli excipiens.

O Insigniores rami carotidum arteriarũ duram membranam perforantes à latere glãdulæ cerebri pituitam excipientes.

P Plexus vasorum retis speciem referẽs.

Q V Quintus sinus duræ membranæ apertus.

R V Sextus similiter apertus.

S T Sinus in osse occipitij ad processus cerebri recipiendos.

X Y Medulla spinæ antequam ex caluaria prodeat, proprie tamen, Y, notat sinum calami apicem referẽtem; qui dimidiam partem quarti ventriculi constituit.

Z Processus vermen referens.

α Initium medullæ spinæ, qua cum posteriori cerebro committitur.

β Quintum par neruorum cerebri.

γ Sextum.

δ Rami à venis ad quintum & sextum duræ membranæ sinum tendentibus orti. E

ε Septimum par neruorum cerebri.

ζ Portio anterioris cerebri propriam retinens sedem.

η Canalis, qui à tertio vẽtriculo ad quartum procedit, vbi. κ.

κ

θ Portio cerebri medullæ originem præbens.

λ μ ν ξ Sinus ad initium medullæ dimidiam quarti ventriculi partẽ constituẽs.

ο Qua medulla ex caluaria egreditur.

ϖ Qua medulla cum posteriori cerebro alligatur.

Clunes. F

σ Testes.

τ Glandula conarion.

υ Inferior pars posterioris cerebri.

φ Prior pars vermiformis processus.

χ Sinus dimidiam quarti ventriculi partem constituens.

ψ Posterior pars processus vermiformis.

ω Qua medulla cum posteriori cerebro committitur.

F I G. XV. XVI.

XV *Figura monstrat inferiorem cerebri sedẽ à dura membrana liberatam ut nerui ab eo prodeuntes appareant.* G

XVI *Cerebrum ab inferiori parte unà cum dura membrana è caluaria exemptũ.*

A Cerebri anfractus.

B Posterius cerebrum.

C Processus vermem referens.

D Posterior pars anterioris cerebri.

E Olfactus organa.

F Primum par neruorum cerebri.

G Commune corpus ex vtroque neruo primi paris.

H Secundum par neruorum cerebri.

I Prima radix tertij paris.

L Secunda.

M Tertia, ac crassior.

N Octauum par neruorum cerebri. H

O Quartum.

P Quintum.

Q Sextum.

R Septimum; proprie tamen inferius, R, nonnullos ostendit à medulla ad sextum par augendum procedẽtes.

S Inferior cerebri sedes dura membranã obducta.

T Truncus tertii paris neruorum cerebri.

V Prima radix tertij paris.

X Secunda.

Y Tertia.

Z Cerebri processus mammillares.

TABVLA LXXVII.



E

De Oculis. Cap. IIII.

ERgo instrumenta facultatis animalis,quæ extra cerebrum ſunt,aut ad ſenſum ſpectant,aut ad motum;agemus ante de ijs,quę ad ſenſum,& primo ad viſum;de oculis nimirum,quorum natura explicanda eſt;quæ vt aliarum partium,in fine conſiſtit,& idonea compoſitione ad illum exequendum.Finis [a] igitur oculorum eſt viſus;quamuis autem ex pluribus particulis,ex quibus componitur, vni [b] præcipuè tribuatur videndi facultas,reliquis vſum aliquem ſuppeditantibus,ad totum tamen oculum refertur,cuius eſt quaſi [c] anima.Ad compoſitionem ſpectat materia,& forma:Præſtant oculo materiam ſimplices partes;ex quibus componitur;tres ſcilicet humores,& ſex,ſeu ſeptem tunicę,vnà cū palpebris,muſculis,neruis,quas ſigillatim perpendemus,vbi totius oculi formam enarrauerimus.Formam intelligo accidentia,non illam,quæ eſt de genere ſubſtantiæ,quemadmodum videndi facultas.Continetur hæc conformatione,magnitudine,numero,& ſitu.Ad conformationem [d] pertinet figura,ſuperficies,caua.Figura oculi rotunda eſt,vt orbis,quę & plus in ſe ſubſtantiæ continet,proportione magnitudinis,& minus iniurijs obnoxia eſt,quæ cęteræ figuræ. F Superficies oculi à priori parte læuis eſt,quemadmodum & palpebræ,à quibus tegitur, nam facile aperitur,& ſine moleſtia clauſus ſeruatur;à poſteriori aſpera,vt validius à ſuo cauo contineatur.Caua,quæ in oculo ſunt,ad partes ſingulas,magis quam ad totum oculum pertinent; idcirco à nobis ſigillatim quà de partibus exponentur. Magnitudo vt alijs animalibus, ita homini ea eſt,quæ & vſum præſtet,& ſpeciem decoram præſeferat;reſpondet autem cauo oſſiū in quo continetur.Binos [e] fabricata eſt natura oculos,non ſolum, vt cum vnus læditur alter vſum præſtet;id quod communiter ſpectauit in omnibus partibus, quas duplices effecit; ſed etiam vt ſimul cerni,plura obiecta poſſint;plura enim vident (vt prouerbio fertur) duo oculi,quam vnus.Situs [f] merito fuit in loco ſublimiori,nempè in capite;quod oculorum gratia factum eſſe diximus, [g] ex quo tamquam ex ſpecula,quæ longius diſtant,melius proſpiciūt; merito autem in priori parte fuiſſe collocatos dicemus,ſiue vtilitatem,ſiue materiæ neceſſitatem intueamur,nam ad ea quæ agenda ſunt,in poſteriori parte inutiles fuiſſent; neque enim aliud commodum attuliſſent,præterquam tutelam earum partium.Materiæ neceſſitas etiam requirebat,vt in priori parte collocarentur, cum ob [h] exquiſitum ſenſum molles neruos accipere G debuerint,qui à priori parte proficiſcuntur,ſicut a poſteriori,duri, atque habiles ad motum: iure igitur reſident vtrinque inter os frōtis,& primum,ac tertium malarum:conſtituunt hæc ſimul iuncta ſinum rotundum,qui intro procedens,veluti in trianguli mucronem finitur:in hoc igitur ſinu oculus continetur,vbi vndique defenditur;ſupernè a ſupercilio,infernè a gena,a lateribus a naſo,& oſſe iugali.Sed de oculo ſatis in vniuerſum tractauimus:perſequamur nunc ſeparatim eius partes:ordiemur autem ab intimis;ſicque ad extimas pergemus.Omnium maximè intimam eſſe conſtat humorem;quem a glaciei ſimilitudine Græci nominant κρυσαλλοειδῆ. [i] χ,Conſiſtit autem ſimitudo in ſplendore:ſplendet enim,& pellucet hic humor,perinde ac glacies;non tamen durus eſt,ſed eatenus concretus; quatenus extra oculum eductus non fluit. Figuram [k] fere rotundam habet,quæ magis ab iniurijs defenditur,& pluribus ſuis partibus recipere obiecta poteſt,quam ſi plana prorſus eſſet; non tamen ex toto rotunda eſt, ſed a priori parte ita depreſſa,υ,eſt,vt non multum promineat,a poſteriori penitus rotunda eſt;quod ſi rotunda penitus eſſet,facilius elaberetur,neque firmiter ſuo loco maneret.Superficies autem læuis admodum,& lubrica eſt,præterquam vbi nectitur,ϕ,ciliaris color albus,ac ſplendens,[l] qui H maximè idoneus eſt,ad rerum quas ſpectamus imagines accipiendas.Quamobrem merito Galenus [m] inter oculi particulas illi potiſſimum tribuit videndi facultatem;nam & ſitus eo loco eſt,vnde probè cernere poſſit,quæ ſub aſpectū cadunt;a poſteriori enim parte reſidet,ω, in humore vitreo,a priori tenuiſſima tunica,ψ,o,tegitur,è cuius regione altera,I,l, ſita eſt,quæ veluti cornu laternæ pellucet;ſiquid autem inter hanc,& propoſitum humorē,interponatur,[n] prohibetur aſpectus.Sed præſtat,antequam eiuſmodi tunicas exponamus,vitrei humoris,ω,θ, naturam enarrare.Dicitur hic Græcè ὑαλοειδής,[o] quod referat vitri colorem,ſeu ſplendorem:pellucet enim vt vitrum,non tamen ſplendet vt glacies,& idcircò ſimilis eſt vitro iam refrigerato,quod pertinet ad ſplendorem;ſed quod ad duritiem,non adeò concretus eſt, vt ſi ex oculo extrahatur,figuram ſuam retineat;non tamen aquæ modo fluit,ſed vitrū fuſum imitatur. Eius magnitudo longè ſuperat magnitudinem cryſtalloidis;occupat enim bonam partē oculi.Forma dimidiatam pilā repræſentat,cuius pars,quæ rotunda,& conuexa eſt,in poſteriora ſpectat ſed plana ſuperficies in anteriora:hæc autem media eatenus ſinuatur,quatenus poſteriorem partem humoris cryſtallini,proxime nullo medio interiecto excipit; ita vt reſideat cryſtallinus in vitreo,quaſi pila in aqua,cuius dimidium ſupernatet,dimidium mergatur. Munus vitrei humoris eſt cryſtalloidem non ſolum continere, ſed etiam [p] alere, neque enim ſanguine alitur,qui longè diſſimilis eſt,ſed vitreo humore, qui quanto albedine, & craſſitudine ſanguinem ſuperat, tanto ſuperatur à cryſtalloide.Tegitur vitreus humor à priori parte, quæ plana eſt,tunica,quæ quod cilia referat,ciliaris,G,ξ,appellatur:à poſteriori vero,quæ conuexa eſt,

a Gal.li. 1. methodi c. 5.
b Gal. li. 1. de cau ſym pt.c.2
c Ariſt.li.2 de ani.c. 1.
d Ga. li. de conſtitut. art.c.5
e Ga.li. 10. de vſu p. c. 1.
f Gal.li.10. de vſu p.c. 1.& li.8.de vſu p.c.5
g Supra c. 1.
h Ga.li.10. de uſu p.c. 1.
i Gal.li.10. de uſu p.c. 1.
K Ga.li.10 de uſu pa. c.2
l Gal.li.10. de vſu p.c. 1.
m Ga. li.10 de uſu p.c. 1.
n Ga.li.10. de vſu p.c. 1.
o Ga.libid.
p Ga. li.10 de uſ.p.c.1

T.78.fi. viginti priores
χ fi.20
υ fi.18.
ϕ fi.19.
ω fi.10.
ψ fi.20
• fi.16.
I fi.20.
l fi.4.5
ω fi.20.
θ fi.10.
G fi.20
ξ fi.14.

A xa eſt, tunica retiformi; *, quam Græci nominant ἀμφιβληστροειδῆ. a In enarrandis duobus a Ga li.10.
*fig.8. oculi humoribus trium tunicarum, à quibus proximè tegũtur, mentionem fecimus, arachnoi de vſu par.
dis, ciliaris, & amphibliſtroidis, quas nunc ſigillatim exponere oportet, ſumpto initio ab c.2
*figu. 10. arachnoide, ✝, ſic dicta à Græcis, b quod ſimilis ſit araneæ telæ; tenuis enim admodum eſt, b Gal. libel
& pellucida, quemadmodum ceparum tunica; neque ſolum lucida eſt, ſed tenuis; ita vt perin lo de ocu-
de àc ſpeculum, rerum imagines accipiat, ſolida tamen eſt; tegit autem cryſtalloidem humo- lis.
rem, vt diximus à parte anteriori; nam poſterior nuda penitus in tunica vitrei ſita eſt: defen-
dit eundem ab vuæ tunicæ contactu; & idonea eſt, in qua (vt diximus) imprimantur tanquam
in ſpeculo rerum imagines. Humorem vitreum à poſteriori parte, & à priori etiam in cauo
*fig.8. vbi cryſtalloides continetur, inuoluit retiformis, *, C, quam græci ἀμφιβληστροειδῆ c à retis ſimi- c Gal. li.10
C fi.20 litudine appellant: conficitur autem ex neruo, qui à cerebro videndi facultatem afferens, in- de vſu par.
ſeritur in poſteriorem oculi ſedem; in cuius ſubſtantiam penetrans, ſtatim dilatatur, ac mol- c.2
lior redditur, & in tunicam degenerat, paruulis venis, atque arteriis diſtinctam; ita verò mol-
lis eſt, vt vbi ex oculo detracta ſimul colligitur, cerebri ſubſtantiam referat, ex aqua madefa-
ctam. Tegit igitur perinde atque album oui membranula illa tenuis interna, poſteriorem par-
tẽ vitrei humoris vniuerſam, ſimilem videlicet dimidio ouo, quod tranſuerſum inciſum fuerit:
B ad id d autem effincta fuit à natura, vt humori cryſtalloidi partim idoneam ſedem præſtet, d Ga. li.10.
partim alimentum ſuppeditet; nam vbi neruus, à quo oritur, deſtitutus tenui membrana ce- de vſu par.
rebri in hanc tunicam degenerat, ab ea plures venas, & arterias accipit, quam propoſita tuni- c.2
ca poſtulare videatur: ſpectant hæ ad vitreum humorem alendum, e à quo deinde ali cry- e Gal. li.10
ſtalloidem diximus. Tegit priorem partem planam vitrei humoris, præter tunicam retifor- de vſu par. c.2
mem, alia, quæ ob nigros quoſdam proceſſus, quibus quaſi radiis diſtinguitur, aliis, f hoc eſt f Gal. li.10
G fi.20 palpebris, ſeu palpebrarum pilis ſimilis eſt, atque idcircò ciliaris, G, ξ, à recentioribus voca- de vſu par.
ξ fi.14. tur. Sed re vera non eſt in tunicis oculi numeranda, cum non ambiat oculum, vt aliæ, ſed tan- c.2
tum priorem partem humoris vitrei, vndique in gyrum ambiat, definatque ad cryſtalloidem
humorem in medio ſitum, cui alligatur, ita vt magis ligamenti vſum præbeat, quam tunicæ; te
git autem totam vndique priorem partem humoris vitrei in gyrum; & definit ad cryſtalloi-
D fi.20 dem in medio ſitum, cui illigatur: naſcitur hæc à duplici tunica; accipit enim ab vua, D, quam
proximè ſubiiciemus, proceſſus illos nigriores; reliquam verò materiam ab arachnoide, quæ
priorem cryſtalloidis humoris partem extra vitreum prominentem inuoluit. Quod ſi dixeris,
tam eiuſmodi materiam, quam ipſam arachnoidem à retiformi, & à neruo illo molli dilatato
proficiſci, non decipieris, cum & ſubſtantiæ ſimilis ſit, & nullum aliud initium, vnde oriatur,
ibi ſe oſtendat: habent enim aliæ tunicæ oculi omnes vt diuerſæ ſunt, ita diuerſum initium ma
C nifeſtum: Subſtantia arachnoides, retiformis, & maxima etiam ex parte ciliaris eadem omniũ
videtur, ea nimirum, quam dictus neruus mollior effectus ſuppeditat. Vſus ciliaris eſt, non ſo-
lum tegere priorem vitrei humoris partem, ſed per proceſſus illos nigros, & ligare, & alere.
Oriuntur proceſſus illi nigri vt diximus, ab vua tunica ad quam nunc aggredimur. Vocatur
x fig.6. hæc à Græcis χοροειδής, g quod inſtar χορίου, hoc eſt extimi inuolucri fœtus, multas venas, x, at- g Ga. li.10
x fig.6. que arterias, x, inter ſe alliget, & intexat. Vocatur & ῥαγοειδής, h quod vuæ acinum imitetur, de vſu par. c.2
cuius initium eſt tenuis membrana, quæ à cerebro ad oculum cum neruo deſcendit, venas, at- h Gale. lib.
que arterias ſecum afferens; Hæc membrana ſtatim atque ad oculos peruenit, dilatata in tuni medic. ca.
cam degenerat, vitreum & cryſtalloidem humorem vna cum tribus iã dictis tunicis inuoluen 11. & lib.
u fig.6. tem, ita vt rotunda ſit, nõ tamen ex toto, cum ab anteriori parte deprimatur, u, & ſuperficiem 10. de vſu
habeat non conuexam, ſed planam, qua parte nigrum oculi ſpectamus, in cuius medio perfo- par. c.4.
ſfig. 6. rata eſt, paruo foramine, ſ, quod Græci κόρην. i Latini nominant pupillam, per quod fit viſus. i Gal. li.10.
Vuæ color in anteriori parte quam planam eſſe diximus, niger eſt, non tamen omnibus eodem de vſu par.
modo; ex cuius coloris varietate naſcitur oculus cæſius, glaucius, niger; neque enim tenuis hu 4.
mor, quem paulo poſt ſubiiciemus, hanc colorum varietatem affert, in oculi nigro, in quo re-
ſtat idem color, etiam vbi ille humor fuerit effuſus. In poſteriori vero & interna parte vuæ
D color multiplex deprehenditur, ad initium quidem albus, tum cæruleus, ac viridis veluti iris;
deinde fuſcus, qui color in nulla k alia parte corporis reperitur, aut neceſſarius eſt; ab eo K Gal. lib.
enim recreatur vitreus; & cryſtallinus humor, cum ſplendor, lux, albedo, externa diſſoluit; ita 10. de vſu
vt vna tunica non modo tegmentum ſit, & interſtitium inter vitreum humorem, & tenuem; par. c.3.
quem poſtea ſubiiciemus, ſed veluti l auxilium aduerſus noxam ſplendoris; præterquã quod l Gal. ibid.
alligat iam dictas tunicas, atque humores, quibus alimentum affert, per venas, atque arterias,
quas à tenui membrana cerebri obtinuit. Superficies eius interior è regione uitrei humoris
aſpera m eſt, ſed iuxta cryſtalloidem læuis; & mollis, ne contactu moleſta ſit, atque idcircò m Ga. li.10
etiam madefit ab humore tenui. Externa verò aſpera propter proceſſus, quos ad ciliarem tu- de vſu par.
nicam exigit; tum dura, qua cum cornea coniungitur, ne ab ea offendatur. Cæterum foramen c.4.
ſpiritu n diſtenditur uiuente animali, in cadauere concidit, ac ruit, vbi ſpiritu deſtituitur. n Ga. ibid.
Madefit pupillæ interna pars, quæ perforata non eſt, ab humore tenui, ibi contento, à quo c.5.
mollior redditur; nam hoc effuſo exſiccatur; & dureſcit, ac cryſtalloidem humorem lædit. Sed
ſatis de vua, pergamus ad corneam.

A dura

A dura membrana,quæ a cerebro cum neruo videndi facultatem præbente descendit ad oculũ,& quà in ipsum inseritur latescit,& crassior redditur,ac durior,tunica nascitur, quę oculum vniuersum tam a priori,quam a posteriori parte circumdat. E

Vocatur autem a posteriori parte σκληρότης, a H, a sua duritie, vbi non solum dura est, sed etiam crassa, ac minimè pellucida; sed ab anteriori parte, qua nigrũ oculi tegit, pellucet,vt cornu laternæ & in paruulas squamas diuiditur,& idcirco a cornu dicta est græcè κερατοειδής,b,I,*l*,ita vt referat diuersam substãtiam a reliqua tunica facta ex membrana dura, & magis etiam promineat;quamobrem quibusdam c non videtur eius pars censenda. Interna superficies a posteriori parte vuæ tunicæ,proxime,ac valide innascitur;sed a priori, qua pellucet,distat ab ea,quam depressam esse diximus,ac perforatam. Externa vero a posteriori parte, vbi cum alijs membranis,ac vasis nectitur,aspera est,a priori læuis,& lubrica,ubi pellucet, & pura,atque alba est. Eo autem pertinet,vt non solum tamquam inuolucrũ tegat, sed vt parte sua pellucida,ac pura,permittat rerum aspectabilium imagines cerni,id quod prohibet ne rugas contrahat,ac duplicetur,quemadmodum d senibus; distat autem a priori parte ab vua, vt diximus; distat & ab humore crystalloide.

a Ga. li. 10. de usu p. c. 2. & 4.
b Gal. li. 10 de vsu pa. c. 3.
c Falopius de anato. admin.
d Aristo. 5. li. de gene. anim. c. 1
H fi. 20
I fi. 20
l fi. 4. 5

Medium spacium quod alioquin inane esset,replet tertius quidam humor, qui quod aquosus sit,splendidus,& magis fluat,quam vitreus,nominatur Græcè à nonnullis ὑδατοειδής, à nostris vero recentioribus albugineus,L,quod album oui subactum referat, vt veteres e tradiderunt;nam licet tenuior sit,quam vitreus,non tamen fluit,vt aqua: implet autem non f solum id spacium,quod inter corneam,& vuam est,ac crystalloidem,sed etiã quod inter vuam, & pupillam,quà perforata non est;ita vt contineatur tam à priori,quam à posteriori parte ipsius. Superficies eius interna plana est,sinuata tamen è regione eminentiæ crystalloidis humoris;exterior gibba,in speciem pilæ dimidiatæ. Prohibet g hic ne cornea ruget,& supra crystalloidem humorem decidat;non permittit exsiccari vuam tunicam, defenditque humorem crystalloidem,à vi lucis,ac splendoris externi. Apparet eius vtilitas,vbi effundatur;nam h sic exsiccatur vua,& cornea crystalloidem attingit,ita vt impediat visum,id quod facit etiã vbi concrescat,& suffusionem faciat.

e Gal. li. 10 de vsu p. c. 5. & 6. & Gal. lib el-lo, de ocu-lis c. 4
f Ga. lib. 10 de vsu pa. c. 5. & 6.
g Ga. loc. dictis.
h Ga. ibid.
F
L fi. 20

Vestit prædictam tunicam alia,N,quam efficiunt chordę musculorum oculum mouentium, non tamen totam vestit,sed vsque ad nigrum oculi dumtaxat,quà σκληρότης dicitur, nam à priori parte,vbi ad oculi nigrum pellucet,& cornea vocatur,cessat tunica,quam efficiunt chordæ musculorum,neque corneam vestit: præbet autem usum,non solum tegmenti,sed etiam ligamenti; arctius enim retinet oculum in suo sinu:huic superiectum est album oculi,quæ tunica ,*d*,oritur a membrana,pericranio inuoluente caluariam;ita verò adhæret tunicæ, quam musculorum i chordæ efficiunt, vt vix resolui ab ea possit, quamobrem Græci ἐπιπεφυκότα quasi adnatam, & adhærentem vocant, continet enim oculum, & cum vicinis partibus committit: vestit autem solummodo priorem partem, in cuius medio perforata est ad nigrum oculi; à superiori verò, & inferiori parte ad palpebram procedens efficitur eius tunica interior. Constat enim palpebra cute, membrana carnosa, & tandem ex eadem membrana, pericranio, quæ album oculi efficit: iunguntur hæ tres substantiæ simul & adfinem, palpebræ illigantur cum cartilagine oblonga, tenui, molli, quæ oras vtriusque palpebræ ambit, vbi pili nascuntur: vocatur hæc particula græcè ταρσός. k Inter cutem, & membranam carnosam,interiectus est humor pinguis;præterea fibræ tenues, carnosæ eorum musculorum, à quibus moueri palpebram diximus quarto l libro, qua de musculis faciei; quamquam non mouetur m inferior,sed superior dumtaxat,quæ clauditur, & aperitur. Ne autem siccentur, prouidit natura partim pinguem humorem iam dictum, partim eum, quem oculi angulus præbet,à quo madefiant. Propria substantia ex qua efficitur palpebra, maximè idonea est ad oculi operculum efficiendum,per quod non solum defenditur, sed tempore somni etiam clauditur,vix enim dormire licet oculis apertis. Belluæ,quæ duros oculos habent,veluti crustaceæ;cancer,cammarus,pagurus,palpebris quidem carent; quod non ita externis noxiis offendantur, sicuti quæ mollibus oculis prædita sunt; tempore autem somni recipiunt oculos in interiori sinu. Substantia igitur palpebrarum in homine maximè idonea est,quæ claudatur,& aperiatur,& oculum tangat sine noxa, cum mollem,ac læuem superficiẽ habeat. Cæterum cartilago,quæ palpebræ oram ambit,eo spectat, n vt pilorum acies crecta, in priorem partem retineatur. At pili non o permittunt paruulas bestiolas, puluerem,& exigua corpuscula ad hos penetrare; hæc siquidem prius pilis inhærescunt, quam ad oculum penetrent. Eodem spectant,& superciliorum pili, p qui quæ a capite decidunt,retinent,neque permittunt in oculos defluere. Restat vterque angulus oculi, in quo duplex glandula continetur,vna superior,altera inferior,vim habens madefaciendi,perinde atque illæ, quæ sitæ sunt sub lingua: proprie q autem in angulo interno, qui ad nasum spectat, paruula quædam substantia,*c*,est,tegens canalem ibi insculptum in ossis squama, per quem humor in oculis superans fertur ad nares. Quod si ob aliquod infortunium eiusmodi substantia intereat, præter voluntatem assidue r effluunt lachrymæ,non sine magna molestia. At vbi eiusmodi caro secundum naturam habeat,effluunt lachrymæ, ex duobus foraminibus paruis, non tamen adeo vt

i Gal. li 10 de usu p c. 2.
k Gal. li. 10 vsu pa. c 7
l Supra li. 4. c. 2.
m G. l. 10. de vsu p. c. 9. & 10.
n Ga. li 10 de vs. p. c. 7.
o Ga. ibid.
p Ga. ibid.
q Ga. li. 10. de usu p. c. 11
r Gal. li. 10 de usu pa. c. 11.
N fi. 20
G
d fi. 2.
H
c fig. 1

sen-

A sensum lateant, siquidem deprehenduntur ad angulum oculi internum, vnum in superiori palpebra, alterum in inferiori; patet per vtrumque foramen aditus in communem sinum, & canalem, quem diximus in squama ossis procedere ad nares: per eadem foramina exprimitur interdum sanies in eo sinu contenta. In angulo oculi interno præter dictam substantiam est glandula à parte inferiori, sed à superiori, sita est cartilago, cuius finem tegit glandula: cartilago hæc paruula est inuoluta membrana, quæ album oculi constituit: vsus eius cartilagines videtur esse, vt stabiliat eo loco oculi tunicas, efficiatque vt humor inde facilius penetrare

h fig. 3 ad nasum possit. Altera cartilago, *h*, tecta similiter membrana, quæ constituit album, sita est in superiori parte oculi, ita vt incipiens ab exteriori parte anguli interni oculi, oblique feratur versus externum; refert autem quartam partem trochleæ; sinum enim habet similem illi, per quem in trochlea fertur funis; per hunc sinum transit chorda quinti musculi, oculi; vt facilius ipsum circumuertat. Sed præstat oculi particulas omnes, quas abundè enarrauimus summatim recensere. Sunt autem hæ præter palpebras, & angulos, tum præter musculos, præter duplices neruos, & mouendi, & videndi facultatem afferentes, quos tertio [a] libro conscripsimus, sunt inquam tres humores, cryttallois, vitreus, & aquosus, tum feptem tunicæ, arachnois, retiformis, ciliaris, vua, cornea, album oculi, & ea quæ oritur à chordis musculorum. Scire autem licet circulum illum, qui in priori parte oculi, inter album, & nigrum deprehendi-

a Supr. lib. 3. c. 2.

B tur, à coloris varietate [b] iridem appellari: efficiunt hanc varietatem septem substantiæ, quæ ibi inter se committuntur. Prima, vt ab externa parte incipias, est album oculi; secunda est tunica orta à chordis musculorum; tertia cornea, quarta vua, quinta retiformis, sexta humor cryttallinus, septima humor vitreus; quibus absolutis, ad reliqua sensuum instrumenta aggrediemur, & primò ad odoratum, tum ad auditum, deinde ad gustatum, & tandem ad dentes.

b Gale. lib. med. c. 10.

c Vidus li. 4. de tuen. val memb. c. 3

De instrumento odoratus, auditus, gustatus, & de dentibus. Cap. V.

d Gal. lib. de vtilitat. respi. cap. vlt. & libello de caus. resp. & lib. de vsu pul. c. 2

Ta. 78. fig. sex poster.

ODoratui præesse nasum, inter omnes conuenit, quod eius foraminibus clausis nullus percipi odor possit. At sit ne in ipso, an intra caluariam præcipuum domicilium eius facultatis, quæ odores percipit, dubium controuersumque est; id quod à nobis alibi [c] tractatum est. Pertinet igitur nasus ad odoratum; pertinet & ad reficiendos spiritus animales in anterioribus ventriculis cerebri; reficiuntur [d] enim ex aere, qui ad eos per nares fertur, cum inspiramus; pertinet & [e] ad respirationem, quandoquidem nisi magna necessitas vrgeat, non respi-

e Gal. in libello de caus. respi.

C ramus per os; sed hoc clauso, per nasum fertur ad os, guttur, asperam arteriam, pulmones, & tandem ad cor aer; qui vbi iam in corde calefactus est, per easdem vias rursus, & per nasum expellitur: idem confert [f] ad sonum vocis, & tandem pertinet ad pituitam; [g] quæ ex cerebro in ipsum detruditur, vel proximè, vel per foramen ab oculo [h] ad eius cauum spectans; à naso autem materia partim per foramina externa educitur, partim per interna [i] in os defluit, vnde postea excreatur. Abutitur natura naso ad omnes eiusmodi vsus, quem odoratus gratia [k] præcipuè fabricata est; maximè autem habilis est nasi constitutio ad proposita munera omnia exequenda: habet enim musculos, [l] si quos habet, vt vbi subita respiratione opus est, contrahi eius alæ possint. Constat ex osse, & substantia cartilaginosa, vt pateat ex ijs, quæ à cerebro per ipsum expelluntur; & tum odoribus, tum aeri, qui partim ad cor, partim ad cerebrum aspirare debet. Tegitur intus tunica, quã accipit à crassa cerebri membrana per parua foramina, in octauo osse caluariæ, quod mox subijciemus. Continuatur [m] hæc membrana per interna nasi foramina, quæ transeunt ad os cum tunica vestiente linguam, palatum, asperam arteriam, guttur, nam & hæc quoque oritur à processibus crassæ membranæ, qui ex caluaria prodeunt per foramina ad os spectantia; tenuior tamen est in naribus hæc tunica, quam

f Gal. li. de voc. Instr. sect. c. 2.

g Gal. lib. 8 de vsu pa. cap. 6. & in li. de instr. olfactus.

h Gal. li. 1. de tu. val. c. 13. & Ga. lib. 10. de vsu part. c. 11.

i Gal. li. de instr. olfactus.

D in ore; vtilisque est ad tegendum, & ad præbendum sensum cartilagini, quæ alioquin sensus est expers. Diuiditur internus nasus medio septo in duas nares; ita vt vtrinque sit insigne foramen, quod rectà à superiori parte deorsum tendit; sed duo alia [n] alia habet foramina interna, quæ paulò supra dimidium longitudinis eius tendunt ad os, non tamen rectà, sed è regione gutturis; at paulò vlterius, ne aer frigidior ad pulmonem aspiret, aut secum adducat puluerem, & minuta corpuscula; adhærent enim hæc faucibus, neque in asperam arteriam penetrant. In summo naso ad initium situm est octauum os caluariæ, quod Græci a spongiæ, σπογγοειδὲς, [o] à cribri similitudine ἠθμοειδὲς vocarunt: distinguitur enim multis minutis foraminibus, quæ non feruntur rectà [p] a superiori parte deorsum nisi pauca: nam pleraque tortuosa sunt, id quod factum est, ne frigidior aer subito ad cerebrum aspiret, quod eueniret, si foramina illa recta essent, & multo magis si pauciora, & minora: retinent foramina hæc interdum pituitam, quæ ex cerebro expelli debet, nam vbi crassior sit, ob iter angustum, & tortuosum, non facilè descendit.

k Gal. 8. li. de vsu par. c. 6

l Gal. li. 11. de vsu par. c. 17.

m Ga. li. 9. de vsu par. c. 16.

n Gal. li. de Instr. odoratus.

o Ga. li. 8. de vsu par. c. 7

p Ga. ibid. c. 6.

Audi-

Auditus præcipuum inſtrumentum eſt aer ª, qui in intimo foramine auris reſidet, vbi dila- E
tatur neruus quinti paris,per quem à cerebro ſpiritus mittitur vim audiendi impertiens. Au-
ris b autem via eſt,per quam permeant externa obiecta ad inſtrumentum auditus.Sunt obie
cta auditus ſoni,qui ex aere percuſſo proficiſcuntur;quamobrem & præcipuum inſtrumentũ
quod ſimile eſſe debet naturæ obiecti, neceſſe eſt aeris c ſubſtantiam retineat. Quinti autem
paris neruorum illorum,qui à cerebro oriuntur, pars grandior, ac mollior ad intimam aurẽ,
vt diximus terminatur; minus autem mollis eſt, quam neruus,qui affert ad oculos vim uiden-
di,minuſque craſſa, non tamen exigua,aut dura, ſed mollis, & inſignis. At auris, à qua iter
præberi externis obiectis diximus,& materiam,& formam habet ad hoc munus exequẽdum
valde idoneam. Materia externæ auris d cartilago eſt, quæ ab externis iniurijs defenditur;
neque enim ita abrumpitur,vt os, neque ita laceratur, vt caro; quanquam ima pars, quæ λόβος
Græcè dicitur, quod minus iniurijs exponatur, carnoſa eſt. oritur autem cartilago à ſinu in-
ſculpto in poſteriori, atque inferiori parte proceſſus maſtoidis; vnde ſurſum in priorem par-
tem reflectitur,aſcendenſque auris foramen e ambit,lateſcitque formam, quam videmus, ac-
cipiens. eſt enim f foris connexa, intus caua, anfractus illos præſeferens inſtar labyrinthi, &
partim ſpectat ad commoditatem audiendi, partim ad tutelam: ad commoditatem quidem, F
propter aeremmotum, qui per eiuſmodi anfractus tranſiens magis reſonat: ad tutelam uero,
quòd quę extrinſecus incidunt,ſiue beſtiolæ, ſiue corpora inanima, non ita facile poſſint ad
intimam aurem penetrare,& neruum lędere,carent enim aures operculo,quo prædita eſſe vi-
dentur reliqua ſenſuum inſtrumenta: Teguntur g enim oculi palpebris, ſupercilijs,genis,na-
ſo,oſſe iugali. Habet inſtrumentum olfactus octauum os caluariæ, à quo defenditur: lingua,
quæ eſt inſtrumentum guſtatus, clauditur in ore: aures pro opperculo habent anfractus, à
quibus etiam temperatur aer frigidior,qui alioquin intro penetrans, & neruum,& cerebrum
non mediocriter læderet. Affert præter vtilitates iam dictas aurium externarum forma h pul-
chritudinem non mediocrem, quam facile deprehendes ex deformitate, quæ ſequitur,
vbi abſcindantur: quamquam multò turpior redditur facies abſciſſo naſo. Manent immo-
biles aures pleriſque hominibus, i quòd breues ſint, & idcircò nullam ualentes ex motu vti-
litatem afferre: mouentur belluis, quòd ſint longiores, & circumactæ magis ad audiendum
accommodantur;uidimus tamen nonnullos homines,qui aures mouerent. Sed uenio ad auris
materiam, & formam internam, Materia eſt os cum membranis, neruis, arterijs. Os pertinet
partim ad ſonum, partim ad tutelam; nerui, & arterię partim per eiuſmodi os penetrant ad
externa,partim ad ipſum pertinent: membranæ ex neruo dilatato domicilium ſunt facultatis G
audiendi. Forma uaria eſt;continet enim auris quatuor ſinus, quorum ratio ſupra k expoſita
fuit, quà de caluaria,& propriè de oſſibus temporum; nam,vt ibi oſtenſum fuit, Primus reſi-
det inter radium proceſſus maſtoidis, & commiſſuram maxillæ cum capite ad proceſſum la-
pidis modo durum in interna caluaria; ad hunc primum peruenitur per externum foramen
auris,quod in ipſum peruium eſt, ita tamen ut initium primi ſinus duplici membrana obdu-
catur, obliqua,tenui tamen,& pellucida,ſicque clauſum ſit. Eſt autem ferè rotundus, conti-
netque intus tria paruula oſſa, canalem ſimiliter ex oſſe, & duo foramina cum tenui quadam
chorda. Ex tribus † paruulis oſſibus,primũ refert mallei formam, ſecundum incudis, tertium
ſtapedis;Mallei figura differt ab illa illius,quo fabri utuntur cum manubriolum habeat pyra-
midis modo figuratum; cuius craſſior pars,quę ſuperior eſt, capitulum habet in ſpeciem py-
ri,quod ad ſummam manubrioli partem natum, inde pendet, quaſi à pediculo. Incus bina
crura habet,ita vt referat etiam imaginem dentis minimi:alterum crus craſſius eſt,& breuius;
alterum longius,& tenuius ad finem inflexum.Summa pars incudis media excauatur, quate-
nus extremum mallei capitulum admittere poſſit. Tertium os adhuc minus eſt; refert autem
ſtapedis,qua equitantium pedes ſuſtinentur, figuram: habet enim tria latera, quorum vnum
rectum eſt,& latum,ac veluti baſis; alia duo anguſtiora, & flexa aliquantiſper, ita vt angu- H
lum obtuſum efficiant, quà inter ſe coeunt; ſuper quem, paruulus quidam proceſſus appa-
ret. Malleus ſuo manubriolo alligatur membranæ claudenti tympanum verſus partem ex-
teriorem, ſed ſuo capite inferitur in cauum ſummę incudis, cuius longius crus, cum ſtapedis
proceſſu paruulo ſupra angulum committitur; nam alterum crus ad parietem ſinus illigatur.
Duplex ergo commiſſura ex tribus conficitur;obducuntur extrema cartilagine ad faciliorem
motum, & laxè illigantur,& vno moto ex tribus, mouentur reliqua duo. At baſis ſtapedis ſo-
lamen vnum claudit ex duobus ſitis in primo ſinu,ad quem iam aggredimur. Vnum ouatam
figurã habens ſitũ eſt ad ſuperiorem,ac mediam partem ſinus; tenuiſſimaque mẽbrana clau-
ditur ambiente vniuerſum ſinum; clauditur autem à baſi ſtapedis. Alterum verſus poſteriorẽ,
atque inferiorem partem eſt,rotundum,atque eadem membrana obductum, per quod patet
aditus per vnam viam in ſecundum ſinum,per alteram in tertium. At filum, ſeu chorda tenuiſ
ſima per medium ſinum tranſit, pertinetque ad commiſſuram incudis cum ſtapede. Canalis *
verò ex oſſe incipit à priori parte quarti ſinus inſculpti ſimiliter in duro proceſſu oſſis tempo-
rum,procedenſque aliquantiſper ad poſteriora,reflectitur obliquè,ita vt non nihil etiam ex-
trorſum

a Gal. li. de Inſtr.odor. c.2.& l.8 d vſu par. c.6 & Ariſt. li. de ſenſu & ſenſili. c.2.
b Gal.li.de inſtr.odor.
c Gal.li.de inſt. olfac. c.2.& 7. de Plac.c.5.& Ariſt. li. de ſenſu & sẽſili.c.2.
d Gal.li.11. de vſu par. c.12.
e Gal.ibid.
f Gal.11.de vſu partiũ c.12.
g Gal. 10. de vſupar. c.7.& li.11 c.12.
h Gal.li.11. de vſu par. c.12. & 13.
i Gal.li.11. de vſu par. c.12.
k Supra li. 2. c.4.

† Vide ſupra tab.5. fig. A, B,C,D. pag.33

A trorſum feratur, deſcendatque ad primum ſinum, & ouatum foramen circumeat, dum finiatur
ad foramen, quod in externa caluariæ parte ſitum eſt inter proceſſum ſtiloidem, & radicem
maſtoidis in oſſe temporum. Habet autem hic canalis nonnulla parua foramina, per quæ ra-
muli ingrediuntur durioris nerui quinti paris per ipſum tranſeuntis ad partem exteriorem;
tum alia per quæ ingreditur, & egreditur arteria, quæ vna cum neruo per ipſum ducitur. Se-
cundus ſinus incipit ab ouato foramine primi; aſcenditque ad radicem duri proceſſus tempo-
rum; ternos autem anfractus præſefert, qui ad ipſum, à quo initium ſumunt, reuertuntur; vnus
à priori angulo incipiens, extrorſum vergit, & in eumdem ſinum per poſteriorem angulum re
dit; alter ab eodem priori angulo ſurſum tendens, per poſteriorem ſimiliter in eum ſinum re-
meat; tertius ad poſteriorem angulum, à quo incipit, peracto quodam circuitu, reuertitur. Spe
ctat in hunc ſecundum ſinum ouatum foramen primi, tum via vna ab altero foramine eiuſdem
primi. Tertius ſinus & primo, & ſecundo minor eſt; reperitur autem in eodem proceſſu duro
oſſis temporum ad priorem partem quarti ſinus; ita vt ſepto ex oſſe tenuiſſimo ſeparetur à ca
nali iam dicto; nam quod ad altitudinem ſpectat in partem anteriorem, vnde aliquantiſper in
cochleam ſerpit.

Ad hunc ſinum ſpectat ſecundum foramen primi per alteram viam, obduciturque mem-
B brana tenuiſſima, non ſecuſquam ceteri. Quartus ſinus ille eſt qui in poſteriori parte eiuſdem
duri proceſſus oſſis temporum magno foramine patet, per quod fertur vterque neruus & du-
rus & mollis quinti paris, à cerebro emanantes; ſed durior per canalem iam dictum à priori
parte huius quarti ſinus incipientem extra caluariam procedit; mollis in plures ramos diui-
ditur, qui per parua foramina in interiori parte quarti ſinus verſus poſteriorem inſculpta ten-
dunt ad ſecundum, & tertium ſinum. Inſtrumentum auditus, materiam, & formam habet ha-
ctenus expoſitam, ſed quo pacto vnaquæque particula ad auditum cõferat, non ſatis conſtat,
illud tamen in aperto eſt, quòd vbi agitetur membrana, agitatur etiam malleus per manubrio
lum membranæ illigatum; & propterea incus, & ſtapes, & ita aperitur ouatum foramen, adeò
vt ſonus per hoc, & per alterum rotundum penetrare ad alios ſinus poſſit obductos membra-
nula ex neruulo quinti paris dilatato, vbi domicilium eſt facultatis audiendi à cerebro tranſ-
miſſæ. Sed hæc coniectura magis, quam ſcientia comprehenduntur.

Guſtatus autem inſtrumentum præcipuum ſimile eſſe oportet obiecto, quod guſtatur, hu-
mor videlicet, quamobrem humidum eſſe debuit: huiuſmodi eſt [a] lingua, quæ ſapores perci- a Gal. li. de Inſtr. odoratus. c. 2.
pit per tunicam, quæ in eius ſumma parte ſita eſt: accipit hæc neruos ab anteriori parte cere-
bri molles, à tertio pari videlicet, neruorum: hoc enim fertur ad linguam, ita vt dexter neruus
ad dextram eius partem, ſiniſter ad ſiniſtram feratur; licet enim lingua minimè diuiſa ſit, ha-
C bet tamen dextram, & ſiniſtram partem, quarum vtraque à ſuo latere neruum accipit ex prio
ri b parte cerebri profectum: tranſit igitur guſtandi facultas ab anteriori parte cerebri ad b Ga. li. 8. de vſu par. c. 5. & 6.
linguam per neruos molles tertii paris à cerebro deductas; ſed cum natura partibus ad vnum
præcipuum finem conſtitutis ad alios quoque abutatur, lingua non ſolum guſtatus eſt inſtru-
mentum, ſed etiam c ſermonis præterquam quod pertinet etiam ad mandendum cibum, c Gal. li. 1. de mo. muſcul. c. 3.
quem tanquam manus dentibus conficiendum præbet; ſed tam ad loquendum, quam ad mã-
dendum neceſſarius eſt motus voluntarius varius, ſurſum, deorſum ad latera, ante, retro, in or-
bem; ob hanc cauſam nouem muſculis continetur hunc motum præſtantibus; hos d quarto li d Supr. lib. 4 c. 4.
bro perſecuti ſumus. Siti autem ſunt in penitioribus partibus linguæ, alii ad radicem, alii ad
alias partes: accipiunt neruos à poſteriori e parte cerebri, quæ durior eſt, propè initium me e Gal. li. 8. de vſu par. c. 5
dullæ ſpinæ, deriuantur enim ad muſculos linguæ nerui ſeptimi paris à cerebro profecti. Con
tinetur lingua muſculis, neruis, venis, arteriis, & ſubſtantia propria, quæ tunica in ſumma ſu-
perficie tegitur. Conſtat tunica hæc ex breuiſſimis fibris infernè ſurſum aſcendentibus: inter
has parua foramina continentur, ita vt rara ſit; ſic enim ob inæqualitatem, atque aſperitatem
fibrarum melius continent, quæ in os ingeruntur; ob raritatem admittit eorum ſuccum, ita vt
D penetrare poſſit ad internam ſubſtantiam; ne proximè contactu eorum quæ ſumũtur, lædi poſ
ſit; admittit enim ſuccum qui guſtatum mouet. Eſt autem propria linguæ ſubſtantia biparti-
ta, & vtrinque continetur fibris, rectis, obliquis, tranſuerſis: rectæ in ſemicirculum ipſam figu-
rant, tranſuerſæ craſſiorem reddunt; obliquæ in latera ducunt; In medio linguæ in longitudi-
i fig. 2. nem ſitum eſt ligamentum, *i*, cui tamquam oſſi fibræ nectuntur. Accommodantur igitur ad
motum fibræ, quibus lingua continetur, perinde ac muſculi: at ne in exteriorem partem, ma-
gis quam par ſit, à muſculis trahatur, id quod & ſermoni, & confectioni ciborum incommodũ
eſſet, ſubiecto ligamento retinetur, quod permittit, quantum neceſſe eſt, & non vltra linguam
impelli: ne autem ex motu ſicceſcat, prouidit natura glandulas f in ore vtrinque à lateribus f Gal. li. 10. de vſu par. c. 12.
gutturis, pituitam à cerebro excipientes, à qua lingua madefiat. Cæterũ ſubſtantia tota ſpon
giæ modo rara eſt, vt humorem in quo ſapor conſiſtit, facilè percipiat; ob quam cauſam eſt
etiam mollis, non tamen ita, vt facilè exponatur iniuriis, quas ei ſi mollior eſſet, inferret cibus
durus, aſper. Quòd attinet ad figuram, lingua a baſi craſſior eſt, ob firmitatem; ad mucronem g Ga. li. 11. de vſu par. c. 12.
h fig. 2 tenuior, ad faciliorem motum. Numero licet vna g ſit, gemina, *h*, tamen eſt, cum diſtinguatur
in dextram, & ſiniſtram partem; geminam enim habet ſubſtantiam ſuam, geminos muſculos,

venas,

venas,arterias, geminos item neruos, tam molles, quam duros; ita vt guſtatus inſtrumentum E
non ſecusquam odoratus,viſus,auditus,duplex ſit.

a Gal. l. 11. de vſu par. cap. 12. Magnitudo linguæ tanta eſt,quãta ori,in quo [a] continetur,ad vnguẽ quadret;ſi maior exiſteret,non poſſet in eo cõmodè recip:;ſi minor,minus bellè perficeret ſua munera;Factũ.n.os eſt à natura,vt receptaculũ linguæ tutiſſimum,in quo poſſit commodè ſuum officium exercere; neque enim factum fuit os impetu caloris, aut ſpiritus temerè, vt quibuſdam placuit, ſed ſapienter ad guſtatum ciborum,& potionum, [b] ad mandendum,ad ſermonem,ad vocem, & denique ad ſpiritum, vbi neceſſe eſſet ad aerem attrahendum, & educendum. Superior pars oris,quæ palatum appellatur,concaua eſt,vt cibum admittere poſſit,& continere, dũ conficitur in ore. Subſtantia palati non eſt ex oſſe duntaxat, cum poſterior eius pars verſus fauces,carne quadam ſimili contineatur:hæc craſſior eſt, & infernè à tunica palati, ſupernè à tunica narium tegitur.Ab hac ſubſtantia ſuſpenditur uua.

b Ariſt. li. de reſpi. & Hipp. li. de alimento.
c Ariſt. li. 1. de hiſtoria anim. c. 11.

Ad cibum verò conficiendum, & ſimul etiam ad ſermonem collocauit natura in ore dentes, † de quibus agere nunc opportunũ videtur; omiſimus enim eos ſupra, quã de oſſibus,vt † ſi.iij.
qui non eiuſdẽ generis eos eſſe cenſeamus,cum multis nominibus differant, vt proxime oſten iiij. v.
dam:licet tamen;ſi [d] Ariſtotelem [e] & Galenũ ſequi velis, oſſa commune genus ponere,quod vj.
duas ſpecies complectatur, dentes ſcilicet, & reliqua oſſa, ita vt differentiæ oſſium propriæ F
non prohibeant, quominus ſub communi illo oſſium genere contineantur, ſed re vera tot, ac tales ſunt,vt ſatius ſit dentes, & oſſa non ad idem genus, ſed ad diuerſa referre; quæ omnes facilè intelligentur,ſi dentium naturam ordine perſequamur: conſiſtit hæc in fine,& in compoſitione habili ad finem exequendum.Finem,ad quem dentes conſtituti ſunt à natura,præcipuum eſſe diximus, ad cibum conficiendum: manditur enim,extenuatur, mollitur à dentibus [f] vt deinde in ventriculo concoqui poſſit; ſed conferunt dentes etiam ad [g] ſermonem; qui edentuli ſunt,veluti ſenes,nequeunt literas omnes ita proferre, vt exaudiantur: dati ſunt & quibuſdam belluis dentes, quaſi arma ad morſum; at oſſa ad nullum eiuſmodi vſum conſtructa ſunt;tantum enim ſtabiliunt,ſuſtinent ac muniunt reliquas partes. Compoſitioni materia,& forma ſubijciuntur; ſpectemus primo dentium materiam, deinde pergemus ad formam.Diſtat ab oſſibus dentium materia,non modo quòd ſubſtantia diuerſa ſit,ſed quòd detecta maneat,quòd non naſcatur, ſed poſtea fiat,quòd toto tempore creſcat, quòd renaſcatur vbi pereat. Quod attinet ad ſubſtantiam, longè durior eſt in dentibus, quam in oſſibus. Secantur oſſa,id quod minimè [h] dentibus vſu venit, qui magis conteruntur in partes minutas: præterea in oſſium ſubſtantia penetrant ſolum venulæ per parua foramina; at in dentes [i] venulæ, arteria,neruus,præſertim ad radices, ex quo fit, vt dentes interdum cum pulſu G
doleant. Inſeruit natura in dentes arteriæ ramulum, vt habeant plus calidi innati ad incrementum perpetuum,inſeruit & neruum,vt ſentiant,debuerunt enim nudi occurrere cibis cõficiendis, & non oſſium modo tecti, quamobrem neceſſarius fuit [k] ſenſus, quo quæ moleſta ſunt,atque offendunt,dignoſcentes, declinare valeant; id quod oſſibus non accidit. Sentit autem non pars externa dentis quæ dura eſt, ſed internus ſinus per membranulam tenuem, qua obducitur: hanc ex neruo confectam fuiſſe veriſimile eſt, quamuis ſint, qui non ſolum ex nerui, ſed & ex venæ, & arteriæ ſubſtantia conſtitui ipſam exiſtiment: ſed omnes eiuſmodi particulę adeò exiles ſunt in dentium ſubſtantia, vt ſenſum lateant. Illud ſatis conſtat, quòd non ſentiunt, neque dolent dentes, priuſquam obiecti vis ad eiuſmodi mẽbranam perueniat; quod cũ non faciãt humida,aut ſicca,nõ ſentiuntur à dente, ſicuti calida,& frigida;pręterea quæ vnitatem manifeſtè ſoluunt, non mouent dolorem, priuſquam hanc membranam attingãt. Non naſcuntur dentes in prima conſtitutione,quemadmodum oſſa, [l] ſed poſtea fiũt, quandoquidem munus oſſium ſtatim à principio neceſſarium eſt, non ſic dentiũ; neque enim neceſſarius eſt horum vſus, cum infans lacte ſolo nutritur; naſcuntur autem primum [m] ſeptimo menſe dentes priores,qui minores ſunt, ita vt citius edi poſſint; Inter infantes illi primũ dentire incipiunt,qui calidiori [n] lacte vtuntur;deinde fiunt alij dentes;poſtremi autem pleriſque vigeſimo anno naſcuntur, quamquam teſte [o] Ariſtotele, interdum tardius, & etiam H
octageſimo anno. Scire tamen licet,quamuis dentes non edantur niſi tempore iam dicto,quo vſui eſſe poſſunt, pleroſque tamen in vtero latere in ſuis alueolis principium conſtitutionis habentes; nam vbi grandiorum fœtuum cadauera ſecentur, inueniuntur in alueolis veſtigia ipſorum; habentia partes imas molliores, ſummas verò, quæ erumpere è gingiuis debent, duriores. Sunt autem hi vigintiquatuor,interdum tamen,ſed rarò admodum viginti:reliqui nullum habent initium,niſi poſtquam infans in lucem eſt editus. Sunt autem reliqui duo poſtremi infernè,& totidem ſupernè vtrinq; vnus;præterea duo alij infernè, & totidem ſupernè vtrinquè ſimiliter vnus,illi videlicet,qui ſi à poſtremo numerare incipias,quinto loco tibi occurrent. Differunt dentes etiam ab oſſibus,quod hęc ſi ſemel interierant, non renaſcuntur; ſed ſex dentes poſteriores tam ſupernè, quam infernè paucis decidunt, at qui prius edun-tur,quòd debiliores ſint,& in priori parte,quæ anguſtior eſt,contineantur,& noui [p] ſubeunt in eorum locum, quamquam ſubeunt interdum ipſis manentibus; tuncque duplex dentium ordo ſe oſtendit, in malis quidem à parte externa, in maxilla ab interna; ſed vbi priores decidant,

d Ariſt. li. 3 de hiſtoria anim. c. 9.
e Gal. li. de oſſib. de c. 5.
f Gal. li. de ſuccor. bo. c. 5 & 3. de nat. fac c 7
g Gal. li. 4. de loc. aff. cap. 6.
h Ariſt. li. 3 de hiſt. ani. cap. 7.
i Gal. li 11. de vſu par. cap. 8.
k Gal. li. 16 de vſu par. cap. 1.
l Ariſt. li. 2. de gen. ani. cap. 4.
m Ariſt. li. 7 de hiſt. ani. cap. 10.
n Ariſt. loc. cit. & li. 5. de gener. anim. c. 8.
o Ariſt. li. 2 de hiſt. animaliũ c. 4.
p Ariſt. li. 5 de gen. ani. cap. 8.

A decidant,vt plerumque accidit,falſum eſt,quod nonnulli afferunt,manere radicem,& appen
dicem adiunctam nouam ſubire, quæ priorem expellat. Nam reuera dens appendicem non
habet,cum conſtet ex ſubſtantia vna perpetua, licet non æqualiter molli, aut dura;nam qua
parte in ſinu oſſis includitur,mollior eſt,extra verò durior,quod reliquis omnibus euenit,quę
appulſu aeris duriora fiunt;pinnæ auibus qua parte ſuis alueolis continentur, molliores ſunt,
qua verberantur aere,cornu duritiem imitantur.Carent igitur dentes appendice,& cum pue
ris decidunt extremæ partes,quæ veluti appẽdices videntur, aut reſtant,aut abſumuntur in-
ternæ,vt quæ molliores ſint,neque nouam appendicem exigunt;ſed ſiue abſumantur,ſiue ma
neant, nouus dens integer,producitur cum noua radice, quæ ſimiliter mollior eſt quàm ex-
terna pars aeri occurrens.Nam vt Lucretius [a] ſcribit: a Lucr.lib. 4.

Principio externa corpus de parte neceſſum eſt,
Aerijs quoniam vicinum tangitur auris;
Tundier,atq; eius crebro pulſarier ictu.
Proptereaq; ferè res omnes aut corio ſunt,
B *Aut cute concluſæ,aut callo,aut cortice tectæ.*
Interiorem etiam partem ſpirantibus aer
Verberat,hic idem cum ducitur,atq; reflatur.

Augentur oſſa,dum duriora fiant,vſque ad finem videlicet adoleſcentiæ;dentes per [b] to- b Ariſt. li. 2. de gene. ani. c. 4.
tum vitæ ſpacium increſcunt,non ſecuſquam vngues, id quod natura prouidit,quia dentes aſ-
ſidue atteruntur à cibo;at vngues ab vſu,niſi augerentur perpetuo, deficerent. [c] Incremen c Ariſt. ibi.
tum manifeſtum apparet,vbi oppoſiti dentes decidant;qui reſtant,cum non amplius atteran
tur,longiores euadunt; ita autem paulatim atteruntur ex cibo dentes, vt ſenſum lateat id,
quod abſumitur. Hoc rebus etiam externis euenit, quemadmodum idem Lucretius primo [d] d Lucret. lib. 1.
libro demonſtrauit his verſibus.

Quin etiam multis ſolis redeuntibus annis,
Anulus in digito ſubter tenuatur habendo.
Stillicidi caſus lapidem cauat;vncus aratri
Ferreus occultè decreſcit vomer in aruis.
Strataq; iam vulgi pedibus detrita viarum
Saxea conſpicimus,tum portas propter ahena
C *Signa manus dextras oſtendunt attenuari*
Sæpè ſalutantum tactu,præterq; meantum.
Hæc igitur minui,cum ſint detrita videmus:
Sed quæ corpora decedant in tempore quoq;
Inuida præcluſit rerum natura videndi.

Eadem igitur eſt ratio dentium,quorum partes,quę aſſiduè abſumuntur,adeò paruæ ſunt,
vt conſpici non poſſint. Quòd ſi dentes proceſſu temporis non apparent minores, id propte-
rea euenit,quod perpetuo augentur.Poſtremo forma oſſium ea eſt,quæ maximè ſubſtinendo,
& muniendo aptatur;dentium verò ea, quæ loquendo,ſed multò magis extenuando,ac mol-
liendo cibo,hic enim à dentibus diuiditur,frangitur,conteritur;quamobrem natura multifor
†1.2.fi. iij. mes dentes conſtruxit;quatuor quidem priores, tam in malis, quàm in maxilla τομεῖς † græ-
cè [e] appellatos,quod cibum incidant,effinxit latos,& acutos,ſcalpelli modo. Canini,†ita di e Gal.li de oſſib. c.5.
† 3. fi. iij. cti [f] quòd canum dentes imitentur,ad frangendum pertinent,atque idcircò ampli ad baſim, f Gal. ibid.
ad finem acuti facti,cingunt vtrinque incidentes. Sunt autem ſinguli vtrinque tam in maxil-
la,quam in malis;quamuis Cornelius [g] Celſus non ſingulos,ſed binos exiſtimet;eo quòd pri- g Celſ. lib. 8. c. 1.
† 4. fi. iij. mum ex † quinque maxillaribus inter caninos numeret.Canini habent à poſteriori parte ma-
xillares,† quos μύλας [h] græci vocant;ſunt autem vtrinque quini in malis ſimiliter atque in ma h Gal.li.de oſſib.c.5.
† 4.5.6 7.8.fi. iij. xilla,quorũ munus [i] eſt cibum ab incidentibus inciſum,à caninis fractũ comminuere, ac læ- i Gal.lib. 11 de vſu par. c.8.
uẽ,& mollẽ reddere. Effecti aũt fuerũt à natura lati,duri,aſperi,quæ conditiones molis neceſ
ſariæ ſunt; debent. n. eſſe latæ,vt [k] contineant id,quod minuẽdũ eſt,duræ,ne cõterãtur,aſperæ vt k Gal.ibid.
D cõprehendant,neq; integrum præterlabi ſinant quod cõminuendũ eſt:nã vbi ex longiori vſu
læues fiant,rurſus exaſperari ſolent, vt habiles ſint ad ſuũ officium præſtandũ. Forma igitur
dentiũ,ac ſuperficies expoſita eſt.De cauis autem ſcire elicet, dẽtes non ſolum paruum fora-
† patet in fi. 5. men ad initium habere,in quod intrat ramulus venæ,arteriæ, nerui, ſed etiam intus ſinum, †,
quendã paruulum,vt læuiores ſint,& facilius nutriantur, ſatis enim eſt, ſi duriori ſubſtantia
externa eiuſmodi ſinus circumdetur.Occupat aũt totum dentem, qua gingiuis tegitur, nam
qua parte nudus eſt,ſolidior fuit à natura procreatus,vt duriorũ ciborum confectioni inſer-
uiret.Obducitur hic internus ſinus membrana tenuiſſima,quæ vt ſupra [l] indicauimus,ſentien l Supra in hoc cap.
di vim dentibus præbet.Magnitudo dentium ea eſt, quæ propoſitis muneribus ſufficiat. Nu-
merus ex iis quæ dicta ſunt de triplici dentiũ genere facilè colligi poteſt, ſunt enim triginta m Gal. lib. de oſſib. c. c.5
duo, [m] ſexdecim in malis,totidem in maxilla, quatuor incidentes, duo canini, decem ma-
xillares, decem inquam iis, quibus omnes iam editi ſunt; nam iunioribus pauciores. De- n Ariſt. li. 2. de hiſt. anim. c. 4.
ſunt enim vltimi duo, qui poſt vigeſimum [n] annum produci ſolent: tum duo alii caninis

proximi, qui in lucem editis gignuntur ante septimum annum, & relinquunt molarem, quem E proximum canino inueniunt: sed vbi eum expellant, vt interdum accidit, sex tantum molares erunt, tam in malis, quam in maxilla, quibus accedent deinde duo extremi, quos diximus, & ita fient octo: quibus si addantur quatuor incidentes, & duo canini, fient quatuordecim, & sic in vniuersum viginti & octo, & non trigintaduo. Illud etiam ignorare non oportet quod adultis non solum vltimi molares procreantur, sed etiam penultimi, quamobrem antequam procreentur adhuc pauciores erunt. Restat situs Sunt tam in malis, quam in maxilla sinus quidã, qui quasi parua [a] præsepia, φάτνια græcè nuncupantur; in quibus quasi claui defiguntur dentium radices; eiusmodi commissuram Græci γόμφωσιν [b] nominant. Cęterum radices non æquales [c] numero sunt omnibus sed paruis singulæ, maioribus binæ, maximis ternæ, aut etiam quaternæ: quamobrem priores singulis radicibus nituntur, veluti incidentes, & canini; maiores hæ sunt in duobus incidentibus medijs, quam in ijs, qui à lateribus. Maxillarium eorum, qui in maxilla continentur, radices [d] binæ sunt, eorum, qui in malis ternæ. Interdum hæ qua ternæ, illæ ternæ sunt, præsertim in duobus maxillaribus intimo proximis. Huiusmodi igitur est dentium natura, quæ quantum distet ab ossibus, facile colligitur.

Ex sensuum instrumentis illud tantum restat, quod tactui inseruit. Est autem instrumentum tactus, quæcumque pars nostri corporis neruorum particeps, idque meritò, cum hic [e] F præcipuè sensus constituat animal. Ergo præter ossa, cartilagines, ligamenta, glandulas illas, quæ vasorum diuaricationem fulciunt, adipem, reliquæ partes omnes preditæ sunt sensu tactus, cui tanquam instrumentum inseruiunt. Inter omnes maximè exquisitè sentit cutis [f] interna digitorum manus, quæ mollis est, & mediam temperationem nacta, ita vt acrius percipere possit, quæ tractantur.

a Gal. li. de ossib. ca. 5. & li. 11. de vsu par. c. 8.
b Gal. lib. de ossib. in prooemio.
c Gal. li. de ossib. c. 5.
d Gal. ibid.
e Arist. lib. 2. de anim. c. 1
f Gal. 1. de temper. c. vlt.

NOTARVM SIVE CHARACTERVM, Qui figuris Tab. LXXVIII. inscripti visuntur, declaratio.

TAB. LXXVIII. Pars prior.

I	*Figura oculum ostendit à palpebris liberatum vbi,*
c	*c, glandulam indicat in interno angulo collocatam.*
a	Album oculi.
b	Pupillam.
II	Refert oculum cum eius musculis ab
g	altero latere tantum vbi, *g*, nerui substantiam ostendit, qui oculo vidẽdi facultatem impertit,
e e e	*e, e, e*, tres
f f	musculos, *f, f*, pinguedinem qua neruus
d d	obducitur, *d, d*, albam oculi tunicam,
b. a	*b*, nigrum oculi, *a*, pupillam.
III	Figura mõstrat cartilaginem trochleã imitãtem, quę in superiori oculi parte, iuxta angulum internum sita est.
b	Cartilago.
i	Tẽdines musculorum qui oculum circumagunt.
IV	Duram oculi tunicam ab externo latere exprimit vnà cum non parua portione nerui, videndi facultatem
p	deferentis, qui inscribitur, *p*. tenuis vero, qua obducitur membrana notatur
o	litera, *o*, venę quæ cum ipso feruntur,
n. l. b	*n*, cornea tunica, *l*, pupilla, *b*
V	Refert à latere duram oculi tunicam transuersim dissectã, vt venæ ab ipsa ad vuam tendentes in conspectum veniant.
s	Vbi, *s*, neruum ostendit, qui videndi facultatem ad oculum transmittit. ostendit & membranas ipsum obuoluentes, venas item, ac arterias quę cũ eo ad ocu-
r r	lum feruntur: duo vero, *r, r*, venas, ac arterias indicant, per duram tuni-
q	cam discurrentes. Verum, *q*, demonstrat vuam sub hac tunica colloca- G
l. b	tam, *l*, corneam, *b*, pupillæ foramen.
VI	Vuam ab interiori sede demonstrat, vnà cum neruo videndi facultatem deferente, & tenui ipsum obuoluẽte membrana,
ζ	vbi, *ζ*, ostendit nerui
y	substantiam, *y*, tenuem membranã,
x x	*x, x*, ramulos vasorum à dura oculi
u u	membrana ad vuam deriuatos, *u, u*,
t	quà vua introrsum verti incipit, *t*, pupillæ foramen.
VII	Vuam ab interiori parte repræsentat,
β	vbi, *β*, eius portionem ostendit, quæ
α	à dura membrana enascitur, *α*, eam quæ in interna conuertitur.
VIII	Retiformem tunicam à latere ostendit vna cum neruo videndi facultatem deferente, à quo enascitur: no- H
γ *	tatur neruus litera, *γ*, tunica, *.
IX	Refert tres humores simul iũctos, vbi
ε σ δ	*ε*, vitreum, *σ*, aquosum, *δ*, tunicam ciliarem eos diuidẽtem demonstrat. Crystallinus his vndique obducitur.
X	Vitreum à latere ostẽdit, cum crystal-
η θ	lino notato litera, *η*, ac vitreo, *θ*.
XI	Aquosum humorem vt in oculo se habet ostẽdit, qui crystallinum à prio-
η	ri parte occupat, notatum litera *η*.
η θ	Humor aquosus. *θ*. vitreus.

Humo-

TABVLA LXXVIII



XII	Humorem vitreum ostendit cum crystallino in propria sede collocato, ac notato, κ.
λ	Vitreus.
XIII	Humorem vitreum exprimit à priori parte dempto crystallino à sinu, μ, notato.
λ	Vitreus humor.
XIV	Ciliarem tunicam crystallino humori adnatam refert, vbi, ξ, ξ, tunicam indicat, ν, humorem.
XV	Demonstrat tunicam ciliarem, cuius origo notatur, σ, σ, finis, qua cum arachnoide committitur, ρ, ρ.
XVI	Humorem crystallinum arachnoide obductum à latere indicat: vbi, ϖ, humoris, ο, tunicæ monstrat partem posteriorem.
XVII	Ostendit anteriorem sedem arachnoidis tunicæ, quæ humoris crystallini priorem partem obducit, notatur autem τ.
XVIII	Refert anteriorē sedem humoris crystallini notatam, υ.
XIX	Eundem humorem à latere ostendit: vbi, φ, asperitatem demonstrat, cui ciliaris tunica illigatur.
XX	Oculum ostendit vna sectione à priori parte per posteriorem diuisum, vsque ad initium nerui videndi facultatem deferentis.
χ	Humor crystallinus.
ψ	Arachnoidis tunica priori crystallini humoris parti obducta.
ω	Humor vitreus.
A	Substantia nerui videndi facultatem deferentis.
B	Tunica retiformis.
C	Portio tenuis membranę, neruo videndi facultatem deferenti obducta.
D	Vua a tenui membrana constituta.
E	Hac sede vua in posteriora comprimitur, neq. corneam extra sibi obductam contingit.
F	Foramen vuæ oculi pupillam constituens.
G	Tunica ciliaris.
H	Dura oculi tunica, a crassa cerebri membrana profecta.
I	Portio prædictæ tunicæ, quæ cornea appellatur.
L	Aquosus humor; propriè autem inferius, L, locum suffusioni obnoxium ostendit.
M	Oculi musculi.
R	Adhærens tunicą a finibus musculorum obducta.
N	Pinguedo sub musculis.

TAB. LXXVIII. Pars posterior.

FIG. I. II. III. IV. V. VI.

I	*Figura ostēdit linguam vna cum eius musculis à cæteris corporis partibus resolutam.*
II	Eādem refert secundum longitudinē diuisam ac ab omnibus musculis separatam.
III	Monstrat omnes tam malarum, quàm maxillæ vnius lateris dentes euulsos.
IV	Superiorem dentium molarium partem ostendit.
V	Reliquorum dentium partem superiorem.
VI	Vnum ex molaribus secundum longitudinem diuisum, vt sinus internus appareat.
a	Quintum par musculorum linguæ.
b	Tertium.
c	Portio tunicæ palatum, & totum os obducentis.
d	Secundum par musculorum mouentium linguam.
e	Quartum par.
f	Portio tunicæ palatum, ac totum os obducentis.
g	Anterior pars linguæ.
h	Duo corpora linguam constituentia.
i	Ligamentum quo dicta corpora secūdum longitudinem alligantur.
l	Primum par musculorum linguæ.
1.2	Duo priores dentes.
3	Vnus ex caninis.
4.5.6.7.8.	Quinque dentes molares.

De Sectione cerebri, & reliquorum instrumentorum facultati animali inservientium. Cap. VI.

VT quæ dicta sunt de cerebro, quod præcipuum est animalis facultatis domicilium, quæ item de oculis, naso, auribus, ore, in quibus proprij sensus resident, commodè recognosci possint, præstat caput à reliquo corpore, siue viuente, vt in ijs qui capite plectuntur, siue mortuo abscissum habere; quod vbi abrasum fuerit, os nudâdum est, & summa caluaria in orbem præcidenda, adacta serra, paulò supra supercilia, & per tempora ducta vsque ad occipitium, ea animaduersione, nequid sub caluaria laceretur, interea capite à ministris per aures contento, ne dimoueatur. Vt summam igitur partem à reli qua caluaria separes, diuides os frontis, occipitij, temporũ eatenus quatenus, cũ dura mêbrana cohæret; hebetiori scalpello modò ad hãc, modò ad illam partẽ admoto; qua detracta, venulas in eius externa parte inspicies, per ipsam penetrantes: dein crassa cerebri membrana
B adhuc integra perforanda est, & per illud foramen adacta fistula inflanda, ut quatenus intumescere possit, appareat: quo facto septimus crassæ membranę sinus, qui in longitudinem fer tur, versus frontem, demisso scalpello totus aperiendus, & sanguis qui in eo continetur, detergendus, & vasa, quæ ab eo sinu oriri diximus, conspicienda; nudandum deinde cerebrũ à crassa membrana, quod fiet, si scalpello aperiatur, linea ducta à fronte ad occipitium per fundum eiusdem sinus, demisso prius per foramen specillo, ne quod subest, scalpello violetur. Secanda rursus eadem membrana ab aure in vtroque latere ad iam dictam lineam, ita vt in exteriores partes conuersa cerebrum nudetur, quod fiet, vt vasa, quæ à septimo crassæ membranæ sinu ad tenuem proficiscuntur, facile deprehendãtur, & acutiori scalpello resolui possint. Ea verò pars crassæ membranæ quæ nectitur cum octauo osse caluariæ, vbi diximus esse instrumen tum olfactus separanda est, & in posteriorem partem uertenda, & vtraque cerebri parte reducta tenuis membranæ progressus inspiciendus. Quòd si priorem partem crassæ membranę ab ea separes, quæ quasi septum interiecta est inter priorem, & posteriorem partem cerebri, quartus apparebit sinus crassæ membranæ vnà cum ramis ab ea deriuatis, quæ tamen melius inspiciẽtur, cerebri portione ablata, & ea propriè quæ per capitis longitudinem supra callosum corpus vtrinque fertur; digitis enim separatur tenuis membrana sensim à cerebro, quod ab ea nudatum delabitur, digito autem inquiri possunt commodè tunc sinus, qui à lateribus
C sunt callosi corporis; quibus inuentis, magna portio cerebri calloso corpori vtrinque superposita grandiori, atque acutiori nouacula adimenda erit: apparebit tunc callosum corpus, & simul tam dexter, quam sinister ventriculus anterior cerebri inuenietur. Erecto autem calloso corpore, septum medium inter vtrumque ventriculum pellucidum patefiet; tum scalpello callosum corpus à priori parte refectum in posteriorem reflectetur; iamque corpus, quod fornicem imitatur, calloso corpori subiectum in aperto erit; in cuius latera demitti stylus poterit, ipsum verò à priori parte resolui, vt perinde ac corpus callosum in posteriorem partem reflectatur: inspicies tunc vasa, quæ à quarto sinu crassioris membranæ, ad anteriores cerebri ventriculos feruntur sub corpore fornicem referente. Ostendet se etiam tunc plexus retiformis in vtroque anteriori ventriculo cerebri; quod si stylum demittas, facilè inuenies, quo pacto ille plexus ex posterioribus partibus in priora descendat, & quo pacto cum arteria sursum ascendente iungantur vasa à quarto sinu duræ membranæ deriuata; quibus deinde resolutis, & in posteriorem partem adductis, glandulam cuneiformem ad vasorum diuaricationem collocatã intueberis; tunc aũt totius cerebri ventriculus, quasi communis sinus duorum primorum occurret cum canali, per quem pituita ad peluim delabitur: occurret etiam iter, quod ex tertio ventriculo ad quartum perducit, quibus perspectis, prior pars cerebri tota re
D secanda erit. Crassa membrana, quam septum esse diximus, prioris, & posterioris partis cerebri nisi prius ablata fuerit, ipsa quoque oculis subijcietur; cum adiunctum adhuc habeat septimum sinum, quem diuisimus; per eum si demittatur stylus plumbeus, inuenientur illi duo, qui à lateribus sunt lambdoidis: inuenietur & octauus, quem in priorem partem ferri dicebamus; inuenientur & quatuor primi ad sellam in osse sphenoide collocatam pertinentes, qui omnes aperiendi posteà sunt scalpello, vt oculis subijciantur: post hæc stylum demittes in quartum cerebri ventriculum, qui à posteriori parte est, per canalem, qui à tertio ad ipsum fertur. Discernes tunc clunes, & testes, vnà cum altero canali ibi existente, per quem pituita similiter ad peluim descendit. Iam verò vt posterior cerebri ventriculus, & medullæ spinæ initium intelligatur, posterior cerebri pars, unà cum crassa membrana in priorem partem ex caluaria attrahenda. Sic aperiens, discernes quartũ cerebri uentriculũ, cũ processu vermiformi, & initio medullæ. Poteris deinde neruos, qui ex cerebri tã priori, quam posteriori parte exeunt, facilè reperire; quibus extractis, ad peluim accedes, seu infundibulũ, ac glandulã cum dura membrana glandulæ superiecta, & arterijs quæ ad latera ipsius procedunt. Quòd si neruorum a cerebro emanantium statim extra duriorem membranam numerum, ac partitionem inspicere velis, secta superiori parte caluariæ ut ante dictum est, læuiter ab interna basi ossis,

quæ

quæ reſtat,reſolues duram membranam acutiori ſcalpello præcidens neruos,uaſa,& proceſ- E
ſus,quibus alligatur , ſic educere poteris cerebrum dura membrana inuolutum , atque inuer-
ſum,ita ut ima pars ſublimior collocetur;ſic enim patefiet,quod propoſitum eſt.

Perſpecto cerebro,ad oculos accedes,ac palpebras,quorū muſculos eo modo ſecabis,quo
quarto libro docuimus,cū de muſculis ageremus;ĩquires,& uenas,& arterias,& neruos,qui à
primo,& ſecundo pari à cerebro feruntur ad oculos , unà cum ramulo minoris rami tertij pa-
ris,quos in adipe muſculis obducta reperies.Serra prius excides frontis os,oculi ſinum conſti-
tuens;ubi oculum euellis,adhærentem membranam,quę oculum conſtruit ab oſſe reſecabis,e-
ius portionem,quæ in interna palpebra ſita eſt,oculo appenſam relinquens ſi muſculos conſi-
derare uelis:At ubi ab oculo & muſculos,& adhærentem membranam detraxeris , apparebit
neruus uidendi facultatem præbens unà cum uenis,& arteriis,a cerebro in duram membranã
translatis.Incides deinde in longitudinem neruum,a quo craſſam,& tenuem membranam , a
qua ueſtitur,acutiori ſcalpello detrahes,& nerui ſubſtantiã deprehendes,ſicque corneæ,uuæ,
& arachnoidis tunicæ initia inuenies;quibus inuentis,tranſuerſum neruum qua in oculum in
greditur,præcides,& oculum rotundum ſine ulla appendice ſiniſtra manu prehendes, pollice
ad pupillam,reliquis digitis ad poſteriorem partem admotis;dextra uero tenuem,atque acu F
tum ſcalpellum prehendens,lineam trãſuerſam duces,per duram tunicam corneam,vnde hu-
mores per ſe poſteà elabentur in ſiniſtram manum,dextra oculo apprehenſo:danda autē ope
ra eſt,vt chryſtalloides ſupra vitreum,non vitreus ſupra chryſtalloidem collocetur;quod fiet,
ſi vbi ex oculo elabuntur humores,ſiniſtra manus proxima ſit,in qua recipiuntur chryſtalloi-
des,& vitreus,nec non etiam tenuis,qui manu pauliſper inclinata permittendus eſt effluere .
Retento itaque chryſtalloide,& vitreo, apparebit tunica illa ciliaris , quæ anteriorem vitrei
partem in orbem circūdat,chryſtalloidi illigata, quæ leniter tractata ab his ſeparanda eſt, &
chryſtalloides à vitreo deducendus,vt eius tunicã telę araneæ ſimilem inſpicias,quã à laterib.
ſcalpello acuto incides,& unguibus auelles:licebit tunc & digitis chryſtalloidem tractare , vt
eius durities perſpiciatur.At tunicæ oculi,à quibus humores iam effluxerunt, ſuper ſiniſtrum
pollicem euertendæ ſunt;primum autē ſe oſtēdet retiformis,quam ſi ſimul colligas,mucci ſub-
ſtantiam præſeferet;internam deinde vuam cernes,cum colorum varietate, & vaſis ex tunica
dura in ipſam penetrantibus;hanc perſequeris ſcalpello vſque ad iridem,vbi pupillam,& cor
neam quæ ab ea abſcedit,prius inſpectam reſolues.

Licet & alio pacto oculum ſecare,orſa ſectione à priori parte à cornea;Vtrouis modo ſece-
tur,inueſtigandæ diligenter ſunt tunicæ,& humores,quibus continetur . Quod ſi auditus in- G
ſtrumentum perſpicere velis,cutis à cartilagine auris detrahenda eſt,& ſerra abſcindēda ma-
xima pars oſſis,quæ foramini ſuperiecta eſt,& validiori ſcalpello paulatim reliquum os exci-
dendum,vt in conſpectum veniat foramen,& membrana , in quam neruus degenerat , vnà cū
paruulis oſſibus,quæ ibi continentur. Naſus,& os oculis ipſis patent , & facile ſecari poſſunt ,
ita ut nihil amplius tradendum ſit de ſectione inſtrumentorum animalium.

De Membris. *Cap. VII.*

CVm in prioribus libris de oſſibus,cartilaginibus,ligamentis,neruis,venis,arteriis,muſcu-
lis,quæ partes ſimpliciores ſunt,egiſſemus in quinto,deinde ad magis compoſitas acceſ
ſimus,& initio eius libri corpus noſtrum diuiſimus in ventrem,thoracem,caput , & membra ;
perſecuti hactenus ſumus uentrem,thoracem,caput;reſtant nunc membra,brachia nimirum ,
& crura,quæ cum uoluntario motui inſeruiant,ipſa quoque inter inſtrumenta animalis facul-
tatis numerari poſſunt.Ergo hæc iam exponere oportet .

Sunt autem facta brachia propter manus,ut crura propter pedes;quamuis brachium diui-
ſerimus [a] in humerum,cubitum,& manum,perinde ac crus,in femur,tibiam,pedem :loquemur H
primo de manu,tum de pede.Manus,ut tradidit Ariſtoteles, [b] data eſt homini pro armis, ut
ratio pro arte;quamobrem ratio,ut inquit ille,ars eſt ante artes,& manus inſtrumentum [c] an-
te inſtrumenta omnia;quod ad prehendendum ſpectat: par autem fuit , inſtrumentum quod
prehendit, id percipere, [d] quod prehenditur , atque idcirco ſenſu tactus exquiſito predita
eſt manus,quà prehendimus quæcumque prehendenda ſunt , & per quam vtimur cęteris in-
ſtrumentis.Compoſitio totius brachij,& idcirco etiam manus ea fuit,quæ maxime habilis eſ
ſet ad prehendendum. Materia fuerunt primò oſſa,ligamenta,cartilagines ad ſtabilitatem,&
motus facilitatem accommodata;deinde nerui,per quos uis ſentiendi,& mouendi a cerebro
reciperetur;tum muſculi,qui uarios motus ad arbitrium noſtrum præſtarent,& tandem cutis,
in qua tangendi ſenſus uigeret.At brachij pars,quæ proprie manus dicitur, & propter quam
reliquum brachium factum eſſe diximus,diuiditur [e] in primam palmæ partem,palmam,& di
gitos quinque,quorum ille qui magnus dicitur,& pollex,ἀντίχειρ [f] a græcis uocatur,quòd reli-
quis quatuor opponatur in prehendendo. Verùm quo motu moueatur humerus,cubitus,quo
deinde manus,una cum digitis,abunde expoſuimus quarto [g] libro,qua de muſculis,ubi uniu-
ſcuiuſque chordas,ac ſectionem enarrauimus. Oſſa autem,quibus omnes brachii partes conti
nentur,

a Supra li. 5.c.1.& G. li.2. de vſu p.c 2.
b Ariſtot. 4. de Parti. anim.c 10. & Ga. 1.li. de uſu p.c. 2.
c Ariſt. ibi. & 3.lib. de anim. tex. 28.
d Gal. li.2. de vſu p.c. 6.& Ga. li. 1.de tempe ram. c. vlt.
e Celſus li. 8.c.1.& G. li. de inæquali intēperie ca. 2. & 1.de uſu p.c.2.
f Ga.l.1.de vſu p.c.22.
g Supra li. 4.c.5.& 7.

A nentur,ſecundo [a] libro perſecuti ſumus,ſicuti tertio [b] neruos,uenas,& arterias; ex quibus facilè colligi poteſt,quantum fuerit naturæ artificium, in fabrica totius brachij, & propriè manus, ac digitorum, quorum extremum ab externa parte vnguibus tegitur, non quidem fruſtra, vt videtur voluiſſe Plato, [c] ſed vt facilius prehenderentur minuta corpuſcula, & vt extremę illæ partes,ab externis [d] iniurijs defenderentur: ſunt enim ex materia, quæ neque frangitur,vt os,neque laceratur vt caro,ſed iniurijs facile renititur.Eadem eſt ratio crurum, quæ facta ſunt propter pedes:ſunt autem hi ambulandi inſtrumentum,vt manus prehendendi. Ita autem conſtituti ſunt ex calce,planta,digitis, vt ad munus ingrediendi ad quod deſtinantur, maximè aptarentur; adde, quod non nihil etiam ad prehendendum conducunt. Oſſa verò,ligamenta,cartilagines, nerui, venæ, arteriæ, muſculi, ex quibus & totum crus,& propriè pes componitur, in libris proximè [e] adductis traduntur, ita vt non opus ſit harum particularum aut naturam,aut ſectionem vlterius enarrare.

> a Supr.li.2. cap.7.
> b Supr.li 3 varijs capitibus.
> c Plato in Timæo & Gal. 1. de vſu par c.8
> d Ariſt.li.4 de part.an. c.10.& Ga. 1. vſu par. c 8.& c.10.
> e Supr.li.3. 3.4.

De Sectione viuorum. Cap. VIII.

B Ex partibus humani cadaueris nulla reſtat amplius exponenda, ita vt abſoluta ſit Anatome vniuerſa,illa excepta, quæ ad viuentes belluas pertinet, quam ad finem diſtulimus, quòd ſatius ſit, vt initio [f] diximus ante in cadaueribus,deinde in viuentibus belluis ſectionem exercere, quæ vt primo libro docuimus, maximè finem oſtendit, ad quem conſtructæ ſunt animalium partes,cum materia,& forma ex qua conſtruuntur,facile etiam in cadaueribus deprehendantur: multiplex autem eſt ſectio viuentium belluarum, nam & multæ ſunt partes quarum actionem aut vſum venarij per ipſam oportet. Eas nunc eo ordine exponemus,quo in cadauere enarratæ ſunt;incipiemus enim a partibus ſimplicioribus, ab oſſe, cartilagine,ligamento,neruo,uena,arteria,muſculo; inde tranſibimus ad ea,quæ in ventre, tum ad ea,quæ in thorace,poſtremò ad ea,quæ in capite continentur. Quodcumque autem ſpectandum ſit, belluam pręſtat pluribus partibus vincire ad aſſerem, quem primo [g] libro expoſuimus, vbi de theatro, & ſcamno Anatomes tractauimus. Oſſa igitur ſectione cadauerum ſatis vim firmamenti, quam habent, præſeferunt. Tamen ſi uiuente animali membrum aliquod frangatur, collabetur, nec ſuſtineri amplius poterit. Oſſe itaque aperto,fracturam tunc oculis diſcernes, per quam facilè dijudicabis ab eo ante ſolitum ſuſtineri membrum, quod tunc concidit;quamquam citra ſectionem idem nobis hominum infortunia ſæpè demõſtrant. Eundem ferè vſum habet etiam cartilago,quæ ſi frangatur,partes ipſi inhærentes col-C labi ſimiliter videbis. Hæc quo pacto motus facilitatem præſtet, cadauera demonſtrant, in quibus etiam conſpicitur vis ligamentorum,quæ prohibent,ne facilè articuli ſuo loco moueãtur:ea autem quæ tranſuerſa continent chordas flectentes, aut extendentes digitos,ſi in cane viuente detracta cute pręcidantur, ſinent chordas huc, atque illuc errare;id quod oculis ipſis cernes, cum bellua mouebit particulas, ad quas illę feruntur. Cernes etiam ſimul quo pacto externæ tendendi,internæ flectendi facultatem habeant, cum bellua ſpontè membrũ dimouebit. Nerui,qui vſum præbent canalis,per quem uis fertur ſentiendi,& mouendi,ſi detracta cute laqueo aſtringantur,non amplius ſuo munere fungentur,ita vt pars,ad quam pertinent,ſenſu,& motu priuetur,qui reſtituentur vbi laqueus reſoluatur. Quod ſi neruus ſecetur tranſuerſus,non reſtituetur amplius aut ſenſus,aut motus. Propriè [h] autem ut recurrentium neruorum vim dignoſcas,quam ad vocem edendam afferunt,ſcalpello linea ducenda eſt longior,per collum, quę cutem unà cum ſubiectis muſculis uſque ad aſperam arteriam diuidat,ſumma diligentia ne uaſa,quæ à lateribus ſubiecta ſunt,uiolentur; dein manibus aſpera arteria comprehendẽda,ut recurrentes nerui,qui à laterib.eius ſunt,inueniantur,qui ſi ambo aſtringantur,deficiet [i] uox tota;ſi alter dumtaxat, ſeruabitur dimidia; vbi ſoluatur uinculũ reſtituetur,quę perierat: præciſis autẽ, aut alligatis neruis recurrentibus, pro uoce redditur D flatus. Spinę medulla ſi in uiuo animali pręcidatur,quę ſubiectę ſunt partes, [k] nihil amplius mouebuntur,aut ſentient,quòd per ipſam uis animalis à cerebro ad neruos,& inde ad ſingulas corporis partes non amplius feratur, ut ſolebat. Venarum munus etiam in ipſo cadauere euidentiſſimum eſt, in quo inueniuntur plenę ſanguinis, qui à iecinore fertur ad omnes corporis partes alendas; id tamen in uiuo animali cognoſcere poteris,quòd alligata uena tabeſcet,& non amplius aletur pars,ad quam illa pertinebat. Arteriarum pulſus à corde emanãs, qui in cadauere deprehendi minimè poteſt,deprehenditur in uiuente: licet enim ſectione [l] oſtendere,alligata ſuperiori parte arterię, inferioris pulſum ceſſare, ut quę ſupernè proficiſcatur ab ipſo corde. Quòd in arteria, quę per inguen ad femur tendit,in longitudinem ſcalpello lineam ducas,& fiſtulam [m] demittas eius magnitudini reſpondentẽ, quę tam ſupernè, quam infernè ultra ſectionem pertineat, deinde ſic diuiſam arteriam alliges; pulſabit ſuperior pars, ut quę facultatem à corde adhuc accipiat; inferior uacabit [n] à pulſu, quem excitare non poterit ſanguis, ac ſpiritus, qui per fiſtulam à ſuperiori parte arteriæ ad inferiorem transfertur. Quòd ſi arteriæ omnes, quæ à corde ad cerebrum tendunt, præcidantur,

> f Sup. li. 1. cap 9.
> g Sup.li.1. cap.8.
> h Gal. li.2. de plac.c.6
> i Gal.2.lib. de Plac.c.6
> k Gal.l. de form. fœt. cap.5.
> l Gal.li.an. ſang. in ar. c.8 & li de for. fœtus. cap.5.
> m Ga.ibid.
> n Gal.loco citato.

ijs tantum, quæ per foramina transuersorum processuum uertebrarum ceruicis ascendunt E
a Gal. 1. li. de pulsuũ usu c. 2. inuiolatis, adhuc fungetur cerebrum suo munere, & mouebitur animal motu uoluntario,[a] nõ tamen vehementius, nam si currat, decidet, quod pauci illi spiritus facile absumantur, sed rursus recreabitur spiritus aliqua ex parte. Musculi detracta cute cernuntur ad sua initia recurrere, cum mouentur; quod si ad initia secentur, contrahentur versus chordam, neque poterũt amplius suum officium facere, si medii præcidantur, vna pars versus initium, altera versus finem cõtrahetur; neque poterunt amplius exequi suum munus. Sed transeamus ad partes magis compositas, primo ad eas, quæ in ventre resident, ad naturalem facultatem attinentes: harum facultas, atq; vtilitas, ex sectione etiam cadaueris intelligitur, vt quod peritoneum tegat, ac defendat; omentum, & mesenterium vasa diducat, ventriculus cibum conuertat in succum, iecur succum in sanguinem.

Quod si uiuentem canem aperias, qui non multo ante cibum sumpserit, uentriculi officium esse intelliges mutationem eorum, quæ absumuntur. Quod attinet ad fœtum, si canem, uel suẽ utero gerentem secto abdomine aperias, non uiuit; deinde uterum incidas, a quo chorium inuolucrum resoluas; fœtus cum non amplius perspiratum habeat per arterias a matre, statim strangulabitur; nisi apertis inuolucris respiret, nã tunc aere attracto, aliquandiu uiuet; quod F si aperto utero relinquatur fœtus adnexus, discernes eius arterias pulsare. Simul cum arteriis uteri, a quibus si separetur, statim pulsu priuabitur. At earum quoque partium, quæ in thorace resident, uis deprehenditur sectione uiuentis belluæ, & primum quod potus ingestus non trã sit per asperam arteriam, sed per gulam; tum quod pulmonis motus sequitur motum thoracis; quod item arteriæ moueantur motu cordis. Si detur bellua latioris pectoris, ut simia, magis ad hanc sectionem accommodabitur. Valido igitur, & acuto scalpello diuidere pectus oportet a iugulo ad mucronatam cartilaginem, vbi membranæ quæ in longitudinem eius cauum diuidunt, plurimum inter se distant: apparebit tunc in medio pericardium, quo aperto, discernetur motus cordis, & arteriarum. Quod si tunc ex altera parte thorax perforetur, ita ut in cauũ penetret foramen, pulmo ab eo latere non amplius mouebitur, neque dilatabitur, vt spacium illud impleatur, in quod aer per foramen ingredi potest, si ab vtroque latere thorax perforetur peruio foramine, pulmo non amplius mouebitur, & ita strangulabitur animal. Verum vbi supernè aspera arteria perforetur, & in id foramen fistula demittatur, per quam pulmo infletur, aliquo modo recreabitur, & aliquandiu viuet, priusquam stranguletur. Licet & os thoracis attollere, sectione vtrinque adhibita, quà cum cartilaginibus committitur, & quà cum septo transuerso: sublato igitur osse, & in superiorem partem conuerso conspicietur motus septi trãsuersi, motus item cordis, cuius si dexter ventriculus persecetur, pulsabit adhuc sinister; si trãsuersum secetur totũ, adhuc seruabitur pulsus in auriculis, quo pulsu tam cessante, cessat & ille, quem arteria venalis in pulmone præ se ferebat. Ad instrumenta vocis percipienda & neruorũ recurrentiũ quos vocales appellant, opus est bellua magnę vocis, veluti sue, hanc enim [b] Galenus accipit. Superest sectio capitis. Cum præcipuę cerebri actiones sectione nullo pacto ostẽdãtur, tantũ ex viuente bellua deprehendere potes, & quod cerebrum mouetur motu arteriarum, quas continet tenuis membrana ipsum inuoluens; ita vt si hæc adimatur, cerebrum non amplius pulset; & quod per se non sentiat; quæ non solum tunc percipere potes, sed in homine etiam, vbi caput vulneretur. Quòd si cerebri vterque ventriculus aperiatur, amittet bellua statim [c] sensum, & motum; si alter dumtaxat, amittet quidem, non tamen ex toto; id quod demonstrat ipsum sensus, & motus esse auctorem.

b Gal. li. 16 de vsu p. c. 4.

c Ga. li. 7. de Plac. c. 3

Quæ de Anatome dicenda nobis erant, habeant hunc finem. Siquis autem diligẽter ea perlegerit, quamuis cognoscat ab alijs accepta, intelliget à nobis (nisi fallimur) multis nominibus facta esse meliora.

H

Soli Deo honor, & Gloria.